LVCERNA PAROCHORVM SEV CATHECHESIS AD PAROCHOS

demonstrans per Quæstra Decisionem omnium ferè casuum frequentiorum, & difficiliorum, tàm in administratione Sacramentorum, quàm aliorum munerum Parochialium.

EX COMMVNI DD. SENTENTIA.

NEDVM PAROCHIS, SED EXAMINANDIS in concursu Beneficiorum, pro audiendis Confessionibus, pro Ordinibus suscipiendis, vtile, & necessarium.

AVTHORE

D. APR. ANTONIO RAGVCCIO V. I. D.

Canonico, & Maiori Pœnitentiario Metropolitanæ Ecclesiæ Beneuentanæ.

Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini

D. ALEXANDRI DE SANGRO, PATRIARCHÆ Alexandrini, Archiepiscopi Beneuentani, & olim sub Illustrissimis DD. Maximiliano de Palumbaria, & Pompeio Cardinali Arrigonio Archiepiscopo, Visitatore, & appellationum generali Auditore.

SVPERIORVM PERMISSV.

NEAPOLI, MDCXXIII.

Ex Typographia Octauij Beltrani.

SVMTIBVS ANDREAE PALADINI.

Digitized by Google

SANCTISSIMO PATRI, ET DOMINO NOSTRO.

D. GREGORIO XV.

Pontifici ter Optimo, ter Maximo, ter Beatiſsimo.

VNIVERSALIS ECCLESIAE Paſtori Vigilantiſsimo.

ANTONIVS RAGVCIVS CANONICVS, ET MAIOR POENITENtiarius, Sanctæ Metropolitanæ Eccleſiæ Beneuentanæ.

POST PEDVM OSCVLA BEATORVM Perpetuam Fœlicitatem.

OFferunt, Beatiſſime Pater in Templum Domini, argentum alij, alij aurum, vel lapides precioſos, alij minutum obulum, &, vt illorum pietas commendatur, ita horum deuotio haùd eſt condemnanda.

Ego, inter tot, precioſa aliorum munera, Scriptorum ſcilicet diuerſa Volumina ad coadiuuandas fidelium animas excogitata, minimum obulum, opuſculum hoc, pro exigui ingenij mei humilitate, Parochorum vſibus elaboratum, iuxta Diuinũ, & vetus præceptum, ne vacuus hac prima vice appaream S. T. pedibus humiliter offero, & ſub eiusdem auguſtiſſimo nomine, vt in lucem prodeat pari animi demiſſione, ac ardore maximè exopto.

Digitized by Google

Et cui Opuſculum dedicari decentius oporteat, quam Tibi? qui Summus Templi Sacerdos, & Eccleſiaſticæ diſciplinæ ſupremus es moderator, & qui in Scrinio pectoris iura cuncta conſeruas? & ſub cuius nomine operi manus hominum ſecurius, vel felicius deuenire ſuccedat, quam ſub Tuo? quod eſt admirabilis, & incompatibilis poteſtatis, de qua dubitare ſacrilegium eſt. Et cui ego libentius, quam Tibi? cuius benignitatis (cum exiſtens Rotæ Auditor, huc pro iuribus Apoſtolicæ Sedis tuendis, ſimul cum ampliſsimo Cardinali Barbarino, tunc Cam. Apoſt. Cler. delegatus fuiſti) participem aliquando me fuiſſe, dum recordor, lætitia exulto, & in eam ſpem facile deuenio, vt credam ab eodem, nunc in ſupremo omnium gradu poſito, labores hos meos, pro publica vtilitate ſuſceptos, eiusdem benignitatis oculo eſſe proſpiciendos, ex quibus nullum alium ſanè fructum vberiorem quæro, quam, vt Sanctiſsimæ Maieſtati Tuæ humillimi oratoris, & deuotæ creaturæ ſtudia pernoteſcant.

Cæterum hæc, & quæ alia adduci poſſent plurima, & maxima, ſi imprudentem me non mouerent, vel potius cogerent ad opuſculum nomini Tuo conſecrandum: adhuc tamen bonitas illa Tua, quæ tecum ab initio creuit, & ſemper comitata eſt, & quæ Te in immediato poſt Deum in terris loco meritò collocarunt, volentem me facerent debitorem, immò verò id officij genus me neceſſariò torquerent.

Opuſculum igitur (qualecunque illud ſit) Sanctitati Tuæ omni iure debitum defero, trado, dedico ſperans, vbique tutum, & omnibus propterea gratum; quod ſi in Tua comendatione erit, quod oro, & exorare maximè cupio, erit mihi pulcherrimum ad nomen, fructuoſiſsimum ad vſum; dignetur Sanctitas Tua cum eo, animi mei continuati ſeruitutis agnoſcere obſequia, nec dedignetur, ſi minimum ſit, nam Maieſtas habet hoc in ſuis laudibus ſingulare præconium, quod ſi magna dare conſueuit, minima tamen non nouerit aſpernari, & Deus Sanctitatem Tuam diu Eccleſiæ ſuæ conſeruet fœlicem, & incolumem. Beneuenti die 7. Octobris 1622.

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO ET REVERENDISSIMO

D. D.

LVDOVICO CARDINALI LVDOVISIO

S. R. E. CAMERARIO.

TOTIVS STATVS ECCLESIASTICI
Superintendenti, & Summi Pastoris Nostri Gregorij XV.
ex Comite Horatio, Duce Forani fratre Nepoti
charissimo, Patronoque meo, &
Domino colendissimo.

ANTONIVS RAGVCCIVS

CANONICVS ET MAIOR PAENITENtiarius, Sanctæ Metropolitanæ Ecclesiæ Beneuentanæ.

Summam Felicitatem.

TE quoque Ampliſſime Ludouice in huius libelli patronum aduoco, atque tui nominis ſplendorem eius obſcuritati, & humilitati patrocinium humiliter imploro, Tibi, & illum dedico, nec deterret me tui nominis Maieſtas, nam ea de te prædicare audiui, quæ bonis omnibus animum faciunt, & quod, vbi creuit in te Maieſtas, creuit, & cum Maieſtate facilitas, & quanto celſior, tanto ad omnes homines fouendos humanior. Et cui congruentius poſt Summum Pontificem, quam Nepoti egregio? qui noui Athlantis Patrui tui onus ſæpe tuis Virtutibus ſubleuas. Altiſſimus Deus, licet per

Digitized by Google

se assequi omnia possit, tamen ad orbem terrarum hoc tempore gubernandum, Gregorium XV. Vicarium sibi delegit. Ipse verò te, sed neque Diuinam prouidentiam Gregorius, nec Gregorij vota Ludouice fefellisti, vterque certatis, Tu diuinos Patrui mores, prudentiam, ac sapientiam, ac cæteras virtutes, ille Diuinitatem imitando. Nihil hic Amplissime Ludouice de tui generis splendore dicam, cum Ludouisiæ familiæ priscam nobilitatem, & Ludouisiorum olim comitum dominia, & prærogatiuas Scriptorum monumenta testentur, nil de tuis virtutibus, cum in ampliſſimorum munerum Christianæ Reipub. administratione, Vrbi, & Orbi iam notæ sint. Vnum illud oro, vt libellum respicere humillimi serui tui ne dedigneris, nec mireris, quod minimus ego, nec vllo modo tibi cognitus, tàm familiariter tecum agere ausus sim. Sufficit enim pro me adducere, quod Patrui tui (quem Deus diutissimè seruet incolumem) benignitatis, cum existens Rotæ Auditor à fel. rec. Clem. VIII. delegatus fuit, particeps aliquando fuerim, de cuius temporis memoria, & vehementer lætor, & humiliter glorior, & Deus Amplitudinem tuam Illustrissimam diù conseruet felicem, & incolumem. Beneuenti die 17. Decembris. 1622.

Digitized by Google

PRAEFATIO AVTORIS.

OMnium artifex Dominus, qui otiosus numquam, sed continuus operator existit eò, hominem ad sui immaginem procreauit, vt, quantum ei per naturam liceret, sui immitator esset Authoris: & calcato ocio, omnium malorum fonte, & præcipuè libidinis, iuxta illud Ouidianum: Ocia si tollas, periere Cupidinis arcus: in ijs potissimum nauaret operam, quæ, & ipsius Dei cultum, & caterorum hominum respicerent salutem. Quod opus, quãto à spiritibus nequitiæ maiori obsidione oppugnatur, tanto à Christi militiæ decurionibus, (qui nos Parochi sumus) arctium custodia, & sollicitudine est defendendum, & maiori vigilantia custodiendum, quia hostis noster, cui mille nocendi artes, tàm varijs expugnandus est testis, quàm pugnat insidijs, vt D. Paulinus in Epistola ad Seuerum. Quamobrem pro imbecillis ingenij mei viribus (licet in ocio non sim, ociosis enim Deum non adesse D. Ambrosius, & Menander scripserunt) vt mihi, & cæteis, qui animarum curam gerunt (quod munus est ars artium, & scientia scientiarum. cap. cum sit ars de ætat. & qualitat. cap. Mainardus dec. 13.) pro tanto munere, inter tot hostium inuisibilium certamina, securius exercendo facili adiumento sim, hanc Cathechesim, seu Lucernam Ecclesiæ luminum splendore corruscam, in medium affero, qua, adiuuante Domino, quæ nostri muneris pro fidelium animarum salute sunt sine offensione intuebimur. Neque tamen, id mentis meæ est, vt laborem hunc (qualiscunque ille sit) doctrina præstantium ob oculos po-

Digitized by Google

nam, sed rudioribus prodesse studium fuerit: quamuis, & illis etiam, si charitatis oculo prospiciant, haud erit inutilis, cum quæ studio nostro, cura, ac diligentia, hic promouentur, omnium consulunt rationibus, omnium fidelium seruiunt gloriæ: demonstrat enim Lucerna hæc per quæsita decisionem cunctorum ferè casuum particularium difficiliorum, & frequentiorum, tam in administratione Sacramentorum, quam aliorum, quæ ad Parochum pertinere sum arbitratus in praxi fori pœnitentialis, & extra, & quod maximè faciendum est secundum communiorem D D. sententiam, & quæ alij obscurius forsan, & per longorum tractatuum volumina, huc idem retulerunt, hæc clarius, distinctius, & breuius commõstrabit, qui incumbet, literatus euadét, & propterea est honorandus beneficijs iuxta tex. de mulcta de præben.

Et licet horum aliqua apud multos nota, & vulgata videantur, tamquam à multis tractata, qui nobis non præripuerunt, sed præbuerunt materiam, quoad reliquos tamen nouus sit docendi modus, intentum, & gratum habebit benignum lectorem.

Quoniam verò præcipuum Parochi munus (vt illius nomen sonat) est spiritualem cibum fideli populo præparare, quod Sacramentorum administratione completur, de Sacramentis in communi prius, & de eorum singulis postea, cum declaratione casuum particularium in vnquoque, nihil præterea in alijs etiam quæ præcipuè in praxi, etiam huc pertinere animaduertimus, intactum relinquentes, breuiter, & compendiosè, sed clarissime tractabimus, & à notitia nominis, quæ ad cognitionem rei plurimum confert, sumetur Diuino fauore principium, præmisso inprimis, & repetito, vt dicenda, haud censeantur dicta, ni Magistræ veritatis Ecclesiæ, cui omnino subijcimus, iudicio comprobentur.

Digitized by Google

EXHORTATIO PAROCHIALIS

ILLVSTRISSIMI, ET REVERENDISSIMI

D. D.

ALEXANDRI DE SANGRO

PATRIARCHAE, ALEXANDRINI,

Archiepiscopi Beneuentani, ad Parochos Ciuitatis, & Diœcesis Beneuenti.

OPVS quod vestris potissimum vsibus, elaborauit Abbas Raguccius, verè, vt inscribitur, Lucerna, verè Catechesis est. Hoc enim, quantum in suo quisq. munere (præter ea, quæ alios tangunt) exequi debeat, clarissimè intuetur, & exactissimè initruitur, neque per ambages, aut longos verborum circuitus, qui legentium animos plerunq; confundunt; sed veritas cum breuitate, & breuitas cum veritate, & charitate totum absoluit, & summatim, quæ de facili leguntur, & mente facilius tenentur, clara explicatione commõstrat: quo fit, vt lector auidè percurrat, sine defatigatione percipiat, & intellecta tenacius mente retineat, & in promptu facilius habeat. Vestri igitur officij erit, ac muneris Authoris studium vestro studio coadiuuare, & quod ille (quantum in se esset) vt vobis, quibus multum se debere fatetur, præcipuè prodesset, lucubrauit; sua quisque vestrum diligentia, & charitatis affectibus, complectatur, & non modo studiosè legat, sed in vsum quã diligentissimè potest quotidiè inducere studeat, & ita excipere velitis, atque amplecti, vt vel hoc beneuolentiæ signo labori illius pro vobis suscepto respondeatis. Quod facturos vos, siue rei, vtilitate compulsos, siue nostra exhortatione persuasos, facile confidimus. Valete in Domino muneris, & oneris nostri memores,

Digitized by Google

AVTHOR AD BENIGNVM LECTOREM, & in malignum.

Lector amans salue, lector inique vale.

Idem ad Liuidum.

Fac simile, aut melius post nostros carpe labores.

De Cleanthea Eruditissimi Domini

ANTONII RAGVCCII LVCERNA.

HIERONIMVS PECORARIVS E SOCIETATE IESV.

Lucerna loquitur.

Nocte vigil, dormito die, tumulata renascor,
Perque vices morior, perque vices orior
Lucis alumna diem fugio: viuida noctem,
Est inimica dies, nox inimica mihi.
Visceribus nutrita meis me flamma ligurit,
Dira parens, quæ me suscitat illa necat.
His mea lux chartis veteri non occidit æuo,
Perpetua nitidum luce micabit opus,
Ac mihi quot solos æternat Sol meus illi,
Hos ego restituam non obitura dies.

Digitized by Google

D. MAXIMILIANI RAGVCCII, SACRAE Theologiæ, & V. I. D. Authoris Nepotis.

CLara Lucerna foras exi per ſæcula cuncta
Grata viris doctis, grata futura pijs
Nil tibi contrarij extinguent de lumine venti
Angebunt potius: lumen vbique tuum
Auſter, vt accenſus extollit lumina tædis
Sit tibi ab inuidia, gloria lucidior.
Si labor Authoris Momo videatur inanis,
Deſpice: nam laus eſt diſplicuiſſe malis.
Summa tibi merces Chriſti iuuiſſe miniſtros:
Summa tibi merces ſit placuiſſe bonis.

Eiuſdem

DOMINI MAXIMILIANI SACERDOTIS Prothonotarij Apoſtolici.

NIliacus Princeps vicinum vidit, vt æquor
Ligna nocturnis fallere caſtra dolis.
Prorſus, vt ambigerit nautarum campus an vrna
Vnde foret tumulis, nam foret vnda ſatis
Iuſſit, vt inciperet plenè Pharus æmulæ lunæ.
Nocturnos æquoreos fallere ſæpè dolos:
Sic auribus, Pater alme tuis, Pharus altera ſurgit
Obſcuros mentis fallere docta dolos.
Si AEgipti Pharus illa vias, hæc monſtrat Olimpi
Vtrum mortales dicite, præſtat opus?

Digitized by Google

D. IOANNIS BLASII RAGVCCII

ad Patruum ſuum.

PAtrue das Parochis hanc lucem ſed mihi calcar
Figis, vt exiliens, ad tua geſta ferar.
Efficiam, ſi vita comes, ſi gratia cæli,
Si datur ingenij parua fauilla tui.

Ex Seminario Beneuentano

DE OPERE

Adm. Illuſtris, & Reuerendis D. Abbatis Antonij Raguccij, Curiæ Archiepiſc. Auditoris, & Iudicis appellationum Ordinarij, ac Vicarij S. Sophiæ, & Deputati Seminarij.

DEſine nunc alios, Curate reuoluere libros,
Deſine, nam ſtudio ſat erit iſte tuo,
Præmia pro meritis, Authori digna precator
Optato, votis, fata benigna ſuis.
Fœlicem vitam poſt mortem gaudia Cæli,
Vtque ſuum nomen ſæcla futura canant.
In tumulo creſcent violæ, roſa, nardus, amenum,
Terraque ſit cineri nil oneroſa ſuo.
Gloria pro ſtatua ſurgat, ſtat fama perennis.
Pro facibus luceant ſydera clara poli,
Collacryment Muſæ: lætetur cælica turba,
Plangat ab inſigni, Mors ſuperata viro.

Digitized by Google

D. PAVLI DE SANGRO, MARCHIONIS
Castrinoui filius Ducis Turris maioris.

Si methodo clara, & breuibus cupis, omnia verbis,
Quæ Parochos deceat nosse, Lucerna docet.

D. IOSEPHI D'AVOLOS DE ARAGONIA
D. Ioanni, filius ex Marchionibus Vastæ, & Pischaræ.

Qua securus oues possis bene ducere Pastor,
Indicat, hæc rectas clara Lucerna vias.

ODDI DE PALVMBARIA DOMICELLI
Romani, Marchionis Petræfortis Nepotis Illustriss.
Maximiliani olim Archiepisc. Beneuentani.

Quæ pro Curatis, veteres scripsere nouiquè
Hoc opus egregium cum breuitate docet.

Don Caroli Carafæ ex Ducibus Campileti.

O cui commissa est animarum Cura Sacerdos,
Ecce liber, studio, sufficit iste tuo.

Francisci Caraccioli, ex March. Ciuitatis Vultuarien.

E Mundi tenebris penetres vt ad æthera tutus:
Ista Lucerna suo lumine monstrat iter.

Caroli Gambacurtæ, ex Marchionibus Celentiæ.

Si quis habere cupit propriæ monimenta salutis,
Luceat ante oculos, ista Lucerna suos.

Cl. Io-

Digitized by Google

D. IOSEPHI EQVITIS HIEROSOLYMIT.
D. Ioannis de Aquino Baronis Petræpulcinæ filij.

Vulnera, quo valeas animi curare Sacerdos,
Hoc opus est Medicus, hoc medicina tibi.

Cl. IOANNIS BAPTISTAE PAGANI
ex Baronibus Petræsturminæ, & fratris Vgonis,
Ducis Terræ nouæ.

Nauita, quò fugiat scopulos, cum sydere magnes
Indicat audaci, dum rate verrit aquas.
Vt fugias Sathanæ laqueos, & compita dura
Curate, hic Magnes, hic tibi Sydus erit,

Scipionis Falengerij, ex Baronibus Lapigij.

Si morbos animi, si vis medicamina nosse;
Vna tibi subitò, clara Lucerna notat.

Fuluij de Limatio I. C. Beneuentani.

Si subitò cupies animorum pellere morbos;
Per faciles regulas, ecce Lucerna docet

D. LVCII TONTARI, V. I. D. IVDICIS
Terræ montis Horculei, ad Parochum.

Non opus est alijs libris, hæc continet omnes
Summa hæc officio, sat erit vna tuo.
Est opus, vt studeas, noctùque, diùque libello
Atque ità commissæ nil patientur oues

D. CAE

Digitized by Google

D. CAESARIS RAGVCII ARCHIPRESB. Terræ Ceruinariæ, Authoris fratris.

Lucerna loquitur.

Ne ruat in tenebris, sed currat ad æthera tutus,
Clerus cum populo Dux ego fidus ero.

IVLII CAESARIS BARICELLI Doctoris, Medici, & Philosophi Clarissimi.

Aeton, atque Phlegon Pyrois Pæanis, Eous:
Ducentes currum per iuga summa Poli.
Sydereos remouent ignes, & naribus efflant
Elatis terris, lumina clara suis,
Haud secus, auratæ pictor monumenta Lucernæ
Sacri dum studij, pandis in orbe faces.
Ausonium lustras gyrum flammante Pyropo.
Et decoras studio sæcula nostra, tuo
Viue vir excellens, viuat tua fama perennis
Viue: tuum celebrat, Cynthius altus opus.

DOMINI VINCENTII MARGIACHAE Beneuentani. V. I. P.

Corporis infirmi pellunt medicamina morbos,
Ecce animi tenebras clara Lucerna fugat.

PE-

Digitized by Google

PETRI PIPERNI BENEVENTANI
D. Medici, & Philosophi clarissimi, & acutissimi.

DE LVCERNA

Adm. Illustris, & Reuerendissimi Domini
ANTONII RAGVCII, AVDITORIS, ET
Visitatoris Generalis Illustrissimi, & Reuendissimi
D. Patriarchæ de Sangro, Archiep. Ben.
ad Lectorem.

Palladis abstrusa in veris Lucerna docebit
Nergal in obscuro hoc athere Lector erit.

Eiusdem pij viri monitio ad Momum.

Sit procul hinc Momus, procul hinc sit lingua profana,
Qui meruit laudes, est lacerare nefas.

Ad Benignum Lectorem.

HAbes, Benigne Lector, Lucernam tibi promissam in fronte. Tractatus de voce Canonicorum in capitulo propediem habiturus hæc alia opera nostra; Vasculum Ecclesiasticæ Disciplinæ; Tractatum de statu Animarum in præsenti vita, & in altera; Litteralem, & germanam expositionem sacræ Geneseos, & Tractatum Visitationis. Roga Deum pro me, & vale in Domino.

Digitized by Google

DE SACRAMENTIS IN COMMVNI.

De nomine, seu voce, Sacramenti.

QVAESITVM I.

SVMMARIVM.

1 *Sacramenti varia significatio apud Ethnicos.*
2 *Sacramenti significatio apud Catholicos.*

Quot modis sumitur hæc vox sacramentum?

1 DIC. Quod apud priscos scriptores aliquando sumebatur pro iure iurando, quo milites fidelem operam reipublicæ se præstituros polliceb antur. Veget. lib. 2. de re milit. Alex. Genial. lib. 1. c. 20. Hinc milites sacramentarij.

Aliquando pro depositio in loco sacro, contendentium in iuditio Varro lib. 4. de lingua lat. hinc sacramento contendere apud Cic. lib. 1. de orat.

Aliquando tàm in iure canonico, quàm ciuili, pro iuramento, vt 22. q. 4. c. qui sacramento, & q. 5. c. paruuli, vbi periuri ad sacramentum ideſt iuramentum accedere prohibentur, & in Concil. Toletan. 2. c. 9. sacramento astringatur ideſt iuramento, & l. 2. C. si aduers. vendit. sacramenta puberum, ideſt iuramenta.

Digitized by Google

Aliquando in sacris literis sumitur pro re secreta, & occulta, vt sacramentum Regis abscondere bonum est. Tob. 12. & nescierunt sacramentum Dei, Sap. 12. & vt notum faceret nobis sacramentum voluntatis suæ ad Ephes. 2.

Ad quod significandum Græci mysterij vocabulo vsi sunt, quod vel dicitur à μυστος *mystos*, quod latinè est scelus, quasi, quod scelus sit, secreta pandere, vt Euseb. lib. 2. de præparat. euang. vel vt alij melius a μυς *mus*, quod est claudo, & στομα, *stoma*, quod est os, quod cui secreta committimus debet is, ea silentio cooperire, quasi quod qui sacra nouit, vel speculatur; nefas sit de eis inaniter loqui.

Aliquando sumitur pro re sacra occulta, qua diuina virtus, sub tegumentis rerum sensibilium nobis salutem operatur; & in hac significatione, nostra de sacramentis erit acceptio vocabuli, & tractatus.

De diffinitione Sacramenti.

QVAESITVM II.

SVMMARIVM.

1 *Variæ definitiones Sacramenti.*
2 *Communis definitio Sacramenti.*

Quid est Sacramentum.

1 DIC. Quòd pluribus modis definitur, vel potius describitur apud sacros scriptores. Primo, sacramentum est sacræ rei signum. Aug. lib. 10. de ciuit. Dei c. 5. & habetur de conse. dist. 2. c. sacrificium. Secundo, est visibilis forma, inuisibilis gratiæ: idem Aug. in lib. de Cath. Rud. c. 26. vt habetur in d. c. sacrificiū. Tertio est quod sub tegumento rerum uisibilium diuina virtus nobis salutem operatur. Idem Aug. in lib. de Corpore Christi, & habetur in c. multi. 1. q. 1. Cui subscribit D. Ambros. vt habetur in can. super cit.

Quarto,

Digitized by Google

Quarto est materiale elementum, foris sensibiliter propositum, ex similitudine repræsentans, ex institutione significans, ex sanctificatione continés aliquam inuisibilem, & spiritualem grã. Hugo de S. Vict. in lib. de sacram. 1. q. c. 2. cui suscribunt D. Angelicus. Ricc. & alij 4. sent. dist. 1. q. 1. art. 1. Quinto est signum sensibile, significans gratiam Dei, vel eius effectum ex institutione diuina efficaciter, quod ordinatum est ad salutem hominis viatoris, Doctor subtilis 4. sent. dist. 1. q. 2.

Omnes has diffinitiones, vel potius descriptiones, illa D. Augustini primo loco posita licet breuior sit, plenè complectitur, quã sequuntur omnes, teste Vualdens. thom. 2. de Sacram. c. 2.

QVAESITVM III.

SVMMARIVM.

1 *Signi diffinitio in communi traditur.*
2 *Eidem ad Sacramentum applicatur.*

Quid est signum in definitione Sacramenti positum?

1 DIC. Quod est illud, quod vltra sui speciem, quamocunque intuentium ingerit, facit in alterius rei cognitionem venire, August. lib. 2. de doct. Christiana c. 1. Et hoc proprie dicitur signum naturale, vt est vestigium humi impressum, quod illac animal transijsse significat, & fumus in altum eleuatus, ignem subesse demonstrat.

Sed hic notet Parochus Sacramenta non esse, nec considerari, vt signa naturalia, sed, vt signa significantia ad placitum, ex institutione authoris, qualia sunt vexilla, tubæ, campanæ, &, huiusmodi, quæ secundum instituentis placitum significant, id quod efficiunt, nam Dominus noster Iesus Christus aurhor Sacramentorum ita voluit, vt Sacramenta extrinsecus signent, quod faciunt intrinsecus. Hinc lotio in baptizato extrinsecus facta, lotionem in euis anima interius factam significat, &

Digitized by Google

efficit, & cibatio in ſacramento Euchariſtiæ, quæ communicantis ore percipitur, ſpiritualem animi refectionem ſignificat, & operatur, quod idem in vno quoque Sacramento dicendum eſt.

QVAESITVM IV.

SVMMARIVM

1 *Res ſacra nomine gratiæ ſanctificans exponitur.*
2 *Signum Triplicis rei ſacræ, eſt Sacramentum.*

Quid intelligitur per rem ſacram in definitione Sacramenti poſitam?

1 DIC. Quod principaliter intelligere debemus, gratiam gratum facientem, ſecundum communem opinionem, ſeu gratiam iuſtificantem, quæ eadem eſt, quàm tunc in anima non ponente obicem ſacramenta ſignificant, & efficiunt, cum materia, & forma ſacramentorum in illorum debita adminiſtratione coniunguntur.

Hic vero notandum eſt Parocho per ſacramenta cauſari in nobis gratiam tanquam per inſtrumenta, & ſic inſtrumentaliter, ſed à Deo principaliter tanquam à principali auctore illam effici à Chriſto Domino ſecundum quod eſt Deus auctoritatiuè, & principaliter; ſecundum vero quod eſt homo meritoriè, & efficienter, ſed inſtrumentaliter, prout humanitas eſt inſtrumentum coniunctum diuinitatis, à ſacerdote verò tanquam à miniſtro, atque ita ſacramenta efficiunt gratiam inſtrumentaliter, Chriſti, humanitas, vt inſtrumentum coniunctum diuinitati, ſacerdos per ea miniſterialiter, Deus vero principaliter, vt teſtatur Doctor meus Angelicus ſæpiſsime à me citandus in 3. p. q. 64 art. 3. licet benigniſsimus Deus, & quarũcunque gratiarum largitor, gratiam ſuam in ſacramentis non alligauerit, vt vulgata ſacroſanctorũ Doctorum ſententia eſt.

2 Sed res ſacra, quam ſignificant ſacramenta triplex eſt, præſens,

Digitized by Google

sens, quæ est gratiam gratum faciens, vt dictum est. præterita quæ est passio Christi; & futura, quæ est gloria Paradisi, vnde bene canitur ab ecclesia: O sacrum conuiuium, in quo Christus sumitur, recolitur memoria passionis eius, mens impletur gratia, & futuræ gloriæ nobis pignus datur, D. Thom. 3. p. q. 60. art. 3.

QVEAESITVM V.

SVMMARIVM

1 *Per Sacramenta ex opere operato æqualis gratiam confertur.*
2 *Ex opere operantis iuxta dispositionem dignè accedentis inæqualiter gratia tribuitur.*

An Sacramenta conferant gratiam omnibus æqualem digne tamen sumentibus.

1 DIC. Quod ex opere operato sacramenta conferunt omnibus dignè sumentibus, parem, & æqualem gratiam, etiam iudicij expertibus; secus ex opere operãtis, nam Deus largitor gratiæ maiorem, vel minorem illam digne sumẽtibus secundum adultorum dispositionem, & deuotionem, impartitur, sicut etiam fit in alijs operibus meritorijs, & hæc est communis sententia, vide Nauar. in manu. c. 22. num. 1. & alios.

2 Et cum audit Parochus opus operatum, & opus operantis, intelligat per opus operatum ipsammet actionem sacramenti externam, à Deo ordinatam ad gratiam conferendam, & per opus operantis intelligat opus suscipientis, vel sucipientium sacramenta, quorum sicut potest esse maior, vel minor deuotio, sic ex ipsorum opere maiorem, vel minorem gratiam per sacramenta conferri tenendum est dd. 4. sent. dist. 1.

Digitized by Google

An omne signum rei sacræ sit Sacramentum.

QVAESITVM VI.

SVMMARIVM.

1 *Non oēs figuræ veteris Testamenti dictæ sunt Sacramenta.*
2 *Immolatio Agni Paschalis fuit Sacramentum veteris Legis.*

CVm Sacramentum sit signum rei sacræ, an omnes creaturæ sint Sacramentum: quia sunt signa rerum sacrarum iuxta illud Apost. ad Rom. 1. inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, & similiter sunt Sacramenta figuræ veteris Testamenti, & ceremonia, quia Christum significabant iux. illud ad Colloss. 2. quæ sunt vmbra futurorum, corpus autem Christi, atq. ita etiā erunt Sacramenta in nouo Testamento, consecrationes Altarium, aspersio aquæ benedictæ, cruces, campanæ,, & alia huiusmodi, quia sunt etiam signa rei sacræ? Dic. quod Sacramentum est signum rei sacræ in quantū est sanctificans homines. Figuræ vero veteris Testamenti non dici possunt Sacramenta, neque ceremoniæ illius legis, quia nō sanctificabant, sed significabant Christi sanctitatem, prout in se sanctus est, licet qua significabant Christi sanctitatem, in quantum per eam, cultores illius legis sanctificabantur, vt immolatio Agni Paschalis, quæ significabat Christi immolationem, qua sanctificati sumus, il la dicebantur pioprie Sacramenta illius legis. Creaturæ vero sensibiles significant aliquod sanctum, nēpe sapientiam, & bonitatem Dei, non in quantum per ea homines sanctificantur, sed prout in se ipsis sancta sunt, & ideo non possunt dici Sacramenta, sicut nec cruces, consecrationes, campanæ, & alia in nouo testamento, D. Thom. 3. p. q. 60. art. 2. ad primum, & ad secundum.

De Au-

Digitized by Google

De Authore Sacramentorum.

Sacramenta nouæ legis à quo fuerunt instituta, &c.

QVEAESITVM VII.

SVMMARIVM.

1 *Sacramenta nouę legis à Christo Domino sunt instituta.*
2 *Excusantur doctores aliqui ante Concilium Trid. qui locuti sunt de promulgatione, non institutione,*

SAcramenta nouæ legis à quo fuerũt instituta? Dic. quod à Christo Domino omnia Sacramenta fuerunt instituta, & est de fide, & contrarium asserens anatema est Conc. Trid. sess. 2. c. 1. D. August. in lib. de vera relig. D. Ambr. lib. 4. de Sacram. c. 4. & habetur in c. ad abolendum de hær. Couar. c. 10. variar. num. 3. Cathec. Rom pag. 132.

Itaque reprobatur eorum opinio, qui asserebant Sacramentum pęnitentiæ fuisse institutum in Conc. Niceno, & eorum, qui dicebant Apostolum Iacobum fuisse auctorem Sacramenti extremæ vnctionis, nam, neque ecclesia vniuersalis, quæ per legitimum Concilium rappręsentatur, neque Apostoli potuerunt instituere Sacramentum, quia Christus eis talem gratiam nõ impartiuit; Apostolus autem Iacobus promulgator fuit, nõ autem institutor Sacramenti extremę vnctionis, & sic intellige Mag. sent. 4. d. 24. ex sent. Agr.

Nec est tenenda opinio, imò maxime redarguenda Alex. de Ales. 3. p. q. 23. mem. 2. & D. Bonau. qui etiam Doctor ante Concilium Trid. locutus est, qui dicebant Sacramentum Confirmationis fuisse institutum in Concilio Meldensi, aut, vt alij volebant in Concilio Aurelianensi, sed posset dici pro eorum defensione, quod in illis concilijs fuit declaratum aliquod pertinens ad eius materiam, vel formam concluditur ergo omnia Sacramenta nouæ legis fuisse à Christo Domino instituta, si-

Digitized by Google

cut,& veteris legis Sacramenta à ſolo Deo,vt ſuo loco dicetur. inſtituta fuerunt.

Et cum dicitur omnia Sacramenta fuiſſe à Chriſto Domino inſtituta,vt præmiſſum eſt,intelligat Parochus,quo ad eſſentialia, ideſt,quoad illa, quæ concernunt ad perfectionem Sacramentorũ; nam circa accidentalia,id eſt ea,quæ fiunt ab eccleſia in eorum adminiſtratione, vel in ſanctificandis eorũ materijs, vt benedictiones, ceremoniæ,& alia,fuerunt ab Eccleſia inſtituta,vſum vero illorum,& promulgationem Apoſtolis commiſiſſe Dominum,docet D. Thom. 4. ſent. d. 23. q. 2. ar. 1.

De Numero Sacramentorum.

QVAESITVM VIII.

SVMMARIVM.

1 *Sacramenta nouæ legis ſunt ſeptem.*
2 *Traduntur huius ſeptenarij numeri multiplices congruentiæ.*

Quot ſunt Sacramenta Eccleſiæ?

1 DIc. Quod ſunt ſeptem,Baptiſmus,Confirmatio,Euchariſtia,Pœnitentia, Extrema Vnctio, Ordo, & Matrimonium, & eſt communis ſententia, & habetur in Concil. Trident. ſeſſion. 7. cap. 1. Et conuenienter Chriſtus Dominus reliquit ſuis fidelibus ſeptem hæc ſacramenta, nec plura, nec pauciora, namque per ſacramenta fideles inſtituuntur in vita ſpirituali, quæ ſimilitudinem quandam habet cum temporali vita, namque ſeptem concurrunt ad vitam temporalem.

2 Primũ,vt homo naſcatur, & huic reſpondet ſacramentum Baptiſmatis,quo renaſcimur Chriſto. Secundum, vt hominis oſſa conualidentur,& ipſius robur augeatur, & huic reſpondet ſacramentum Confirmationis,quod dat robur, & vires fideli ad profitendam fidem Chriſtianam in Baptiſmo ſuſceptã. Tertium,vt nutriatur, & huic reſpondet ſacramentum Euchariſtiæ,

Digitized by Google

ristiæ, quod est cibus, & nutrimentum animæ. Quartum, vt si infirmatur medicinas habeat, quibus sanetur, & huic respondet sacramentum Pœnitentiæ, quo anima per peccatum mortale, sauciata recipit sanitatem. Quintum, vt ex præteritis infirmitatibus imbecilles vires reficiantur, & huic respondet sacramentũ Extremæ Vnctionis, quo virtutes animi recreantur, & peccatorum reliquiæ tolluntur. Sextum, vt Magistratus in Republica, numquam desit, cuius imperio regatur, & huic respondet sacramentum Ordinis, quo spiritualis Magistratus circa publica sacramentorum ministeria, sacraq; functiones perpetuo in ecclesia exerceatur. Septimum, vt propagatione legitima prolis seipsum, & humanum genus, conseruet, & huic respondet sacramentum Matrimonij ad propagationẽ multitudinis Christi fidelium, D. Thom. 3. p. q. 65. ar. 4. & sic non plura sacramenta, nec pauciora.

Potest, & afferri alia ratio, quia homo per inobedientiam, effectus fuit subditus septem infirmitatibus spiritualibus, nempe tribus culpis, & quatuor pœnis scilicet.

Culpæ originali,
Culpæ mortali, &
Culpæ veniali.
Et quatuor pœnis, scilicet,
Malitiæ,
Concupiscentiæ,
Ignorantiæ, &
Debilitati ad bonum operandum.

Ab his ergo septem malis animam liberant sacramenta, nẽpe à culpa originali Baptismus liberat; ab actuali culpa liberat Pœnitentia; à culpa veniali liberat extrema vnctio; ab infirmitate malitiæ eripit Eucharistia; ab infirmitate concupiscentiæ eripit Matrimonium, ab ignorantia eripit sacramentum Ordinis, & à debilitate ad bonum operandum eripit Confirmatio. D. Thom. 4. sent. d. 2. q. 1. ar. 2. & 3. p. q. 65. ar. 1. D. Anto. 3. p. tit. 14. c. 1. §. 3. Sot. & alij in 4.

Potest

Digitized by Google

Poteſt,& tertia ratio afferri,vt ſcilicet homo fieret aptus, tũ ad theologales, tùm ad morales, ſeu cardinales virtutes; ad fidem enim hominem Baptiſmus ducit, & ideo Sacramentum fidei appellatur; ad ſpem extrema Vnctio, & ideo dicitur Sacramentum ſpei; ad charitatem Euchariſtia, quapropter proprijſſimè Sacramentum charitatis appellatur. Ad actum iuſtitiæ per Secramentum Pœnitentiæ dirigimur, quod Sacramentum iuſtitiæ nuncupatur; ad actum prudentiæ per Sacramentũ Ordinis, & ideo Sacramentum prudentiæ nominatur; ad actũ temperantiæ incitat nos Matrimonium, quapropter matrimonij Sacramentum temperantiæ nomen habet. Duran. 4. ſent.

Poteſt addi,& quarta ratio, quia ſeptem ſunt ſtatus hominũ in eccleſia Dei. Primus intrantiũ, & huius ſtatus eſt Baptiſmus.

Secundus eſt pugnantium, & huius ſtatus eſt Confirmatio.

Tertius eſt vires reſumentium,& huius eſt Euchariſtia.

Quartus eſt reſurgentium,& huius eſt Pœnitentia.

Quintus eſt exeuntium, & huius eſt extrema Vnctio.

Sextus eſt miniſtrantium, & huius eſt Ordo.

Septimus eſt nouos milites introducentium, & huius eſt Matrimonium Inſtit. Can. lib. 2. de Sacramentis,Sot. 4. ſent. d. prima, q. 6. art. 1. concluditur ergo ſeptem congruenter eſſe Sacramenta,nec plura,nec pauciora.

De figuris ſeptenarij numeri Sacramentorum

An ſeptenarius numerus Sacramentorum, &c.

QVAESITVM. VIIII.

SVMMARIVM

1 *Variæ figuræ 7. Sacramentorum recenſentur.*

AN ſeptenarius numerus Sacramentorum fuerit præfiguratus in veteri ſcriptura? Dic. quod ſic.

Primo creatio mundi in ſeptem dierum ſpatio Gen. 11. re-

creatio-

Digitized by Google

creationem ipsius per septem Sacramenta faciendam præfigurarunt Sot. in 4. d. 1. q. 6. ar. 1.

Secundo, ædificatio domus septem columnis sustentatæ per sapientiam Prou. 9. ædificationem Ecclesiæ his septem Sacramentis innixam significabat Sot. loc. cit.

Tertio, lotio Naman Syri, vt est 4. Reg. 5. hæc septem Sacramenta, quibus nos, & abluimur, & ornamur, & in pristinam sanitatem restituimur pronunciabat.

Quarto per septem agnas, quas Abraham obtulit Amalec in signum veteris amicitiæ, hæc septem Sacramenta quibuscum Deum placamus, significata sunt.

De causa institutionis Sacramentorum.

Cur fuerunt instituta Sacramenta.

QVAESTVM X.

SVMMARIVM

1 *Ob plures causas Sacramenta sunt instituta*

CVr fuerunt instituta Sacramenta? Dic. ob plures causas. Prima est, vt essent signa, & pignora diuinorum promissorum, vt enim Dominus in veteri testamento, cum aliquod opus institueret, cuius magnitudo promissi fidē abrogare posset, aliqua signa, quæ non nunquam miraculi speciem haberēt adiunxit, vt in Israelitici populi liberatione Exod. 3. sic D. N. Iesus Christus promissa sua de peccatorum venia de cæleſti gratia, de communicatione Spiritus sancti promissi constantiam his signis, id est Sacramentis testificatus est.

Secundo, vt essent remedia pro animarum sanitate, vel tuenda, vel recuperanda, virtus enim passionis Christi, id est, gratia per Sacramenta tanquam per alueum in nos deriuat, & ad varia spiritualia charismata nobis impertienda.

Tertio, vt essent notæ, & symbola quibus fideles ab infidelibus

Digitized by Google

bus internoſcerentur, vt fuit ſignum Circumciſionis datum Abrahæ.

Quarto, vt his ſignis fidem noſtram Chriſtianam profiteremur, cui addimus humani ingenij imbecillitatem fuiſſe etiam cauſam inſtitutionis ſacramentorum, per illa enim debilitas noſtra ad Deum dirigitur.

De neceſſitate Sacramentorum ad ſalutem.

QVAESITVM XI.

SVMMARIVM

1 *Omnia Sacramenta ſunt ad ſalutem neceſſaria, ſed non omnibus.*
2 *Explicatur quæ Sacramenta omnibus, & ſingulis neceſſaria ſunt, quæ vero communitati.*

An Sacramenta ſint omnibus, & fidelibus æquè neceſſaria ad ſalutem.

1 DIC. Quod omnia quidem ſunt neceſſaria ad ſalutem, ſed non omnibus, nam quædam ſunt neceſſaria abſolute, & ſimpliciter, vt ſine ipſis ſalutem minime adipiſci valeamus, & hæc ſunt Baptiſmus ſimpliciter Pœnitentia ex ſuppoſitione, id eſt, ſuppoſito peccato lætali, Ordo ſacer reſpectu eccleſiæ, quia per ipſum creantur Miniſtri vniuerſitati fidelium pro diuino cultu adminiſtrando, iuxta illud prouerb. 11. Populus corruet vbi nõ eſt Gubernator. Cætera ſunt neceſſaria ſecundũ quid; nempe Confirmatio, extrema Vnctio, vt ſine ipſis homo fidelis ſaluari poſſit, dummodo non contemnat, aut per negligentiam omittat. Conc. Trid. ſeſſ. 6. de iuſtificatione can. 7. & ſeſſ. 7. can. 4.

2 Vel dic clarius, quod ſacramenta quædã ſunt neceſſaria, quo ad totam eccleſiã, ſed quoad ſingulos fideles non ſunt omnia neceſſaria, ſed quinque tantum, nempe Baptiſmus ſimpliciter Ioan. 6. Niſi quis renatus fuerit, &c. Euchariſtia ſaltem ex præcepto

Digitized by Google

cepto ecclesiæ de communicando semel in anno, vt in c. omnis, vtriusque sexus de pœnit. & remiss. an autem sit de iure diuino necesse perceptio huius sacramẽti. vide Sot. d. 12. q. 1.

Confirmatio verò ei, qui fit clericus, ex Conc. Trid. c. 14. sess. 23. de reformat. necessaria est, ad bene esse tamen licet si non confirmatus fiat clericus non peccet mortaliter, dummodo absit contemptus. Pœnitentia suppositio peccato mortali simpliciter necessaria est. Ordo, respectu totius ecclesiæ, & matrimonium necessaria sunt, non vero singulis.

De necessarijs in vnoquoq; sacramento.

QVAESITVM XII.

SVMMARIVM.

1. *Tria necessaria sunt in vnoquoq; Sacramento*
2. *Distinguitur multiplex intentio Ministri*
3. *Quæ intentio sit necessaria, explicatur.*

Quot sunt necessaria in vnoquoq; sacramẽto, vt perfectum sit?

1 DIC. Tria esse necessaria, scilicet materiam, formam, & ministrum cum intentione faciendi, quod facit ecclesia; vel rem, verba, & ministrum cum intentione Concil. Flor. sub Eug. 4. quorum si aliquod defuerit, sacramentum minimè perficitur, vt ex fide, & communi Theologum schola habetur.

2 De materia, & forma vniuscuiusque sacramenti in proprijs locis tractabitur; quo vero ad intentionem, sciat Parochus triplicem posse esse, vel formalem, seu actualem, qua quis bene aduenit, quod facit, aut cum baptizat, consecrat, vel absoluit, bene aduertit id, quod facit, & hæc intentio non est simpliciter necessaria, quia sic Deus videretur obligari ad impossibilia, nam mens humana labilis est; hinc Aug. in lib. de liber. arb.

non

Digitized by Google

non, inquit, est arbitrij nostri, quin vitijs tangamur Sot. 4. sent. d. 1. q. 5. art. 8.

Vel intentio ministri potest esse spiritualis, vt hæc est quandoquando quis agressus est administrare sacramenta cum intentione in principio ministerij sui illa perficiendi iuxta mentem ecclesiæ, sed in ipso actu sacramenti illam intentionem actualem postea non habuit, hic minister dicitur habuisse intentionem virtualem, quæ sufficit ad perfectionem sacramenti, dummodo tamen in illo actu administrationis non habuerit contrariam intentionem, quia tunc non perficeretur Sacramentũ. Sot 4. sent. d. prima q. 1. Nauar in Man. c. 1. di dolore virtuali.

Vel intentio ministri potest esse habitualis, & hæc est, cum Sacerdos intendit fieri minister ecclesiæ suscipiendo ordines, & postea per quandam consuetudinem, & vsum Minister baptizat, vel alia Sacramenta administrat nullam habens considerationem actualem circa ea, quæ facit, dummodo non habeat cõtrariam intentionem, hæc etiam est sufficiens in ministro pro sacramentorum administratione D. Thom. 3. p. q. 64. art. 8. ad tertium. Sot. 4. d. 1. q. 5 a. 8.

Concludat ergo Parochus in Sacramentorum administratione intentionem actualem non esse necessariam sed virtualem sufficere: nam quodamodo est ipsamet actualis intentio præterita, quæ licet propter aliquam mentis vagationem præsens non sit, tamen implicitè, & virtualiter adest in actione, qua fit virtute ipsius præcedentis, & dicitur perseuerare vsque ad perfectionem sacramenti, dummodo tamen, vt dictum est animus non diuertatur voluntariè contraria intentione, sed obliuione quadam naturali distrahatur. Habitualis autem est etiam sufficiens, secundum quod explicatum est.

De intentione suscipientis Sacramenta.

QVAESTVM XIII.

SVMMARIVM

1 *Requiritur intentio suscipientis in adultis, & paruulis gestãtium.*

2 *Sine*

Digitized by Google

2 *Sine intentione recipiens Eucharistiam suscipit Sacramentum, non rem sacramenti.*

An in collatione Sacramentorum requiratur intentio suscipientis?

1 DIC. Quod sic, vt in adultis propria, in paruulis verò requiritur gestantium illos ad Sacramenta, qui pro eis respondeant de cons. d. 4. c. paruuli. & hæc intentio in adultis debet esse positiua recipiendi sacramentum, vt tale, aliàs sacramentum non reciperent & inualidum esset, quod intelligat Parochus in Sacramentis, in quibus requiritur propria intentio, quæ si ab omnino inuito recipiantur, nulla sunt c. maiores de Bap. D. Thom. 3. p. q. 64. art. 8. & q. 98. art. 7. ad se-
2 cun. arg. Secus esset in receptione Eucharistiæ, nam si quis sine intentione eam reciperet, sacramentum reciperet, sed non rem sacramenti D. Thom. loc. cit. & in Baptismo si quis, in peccato obfirmatus reciperet, dummodo non habeat omnino intentionem contrariam non recipiendi, reciperet quidem Sacramentum, sed non rem sacramenti, vt suo loco dicetur.

De sacramentis reiterandis, vel non.

QVAESITVM XIV.

SVMMARIVM.

1 *Quænam sint sacramenta irreiterabilia, & quæ reiterabilia.*
2 *Quare aliqua sacramenta irreiterabilia.*

An sacramenta possint reiterari?

1 DIC. Quod inter septem sacramenta tria sunt irreiterabilia; scilicet Baptismus, Confirmatio, & Ordo, & sacrilegium esset reiterare; alia vero quatuor sunt reiterabilia, siue cum instat præceptum, siue ex deuotione, quoad Pœnitentiã, & Eucha-

Digitized by Google

& Eucharistiam; dummodo dignè ad ea accedatur. Extrema Vnctio vero infirmis quotiescunq; sunt in vitæ discrimine constituti. Matrimonium quoque reiterari potest. Et ratio, quare illa tria reiterari non possunt, est, quia imprimunt characterem, in anima suscipientis; qui character est quoddam signum indelebile, ita impressum in anima, quod numquam deleatur, & remaneat, etiam post mortem Cathec. Rom pag. 193.

Est & alia ratio, cur Baptismus non reiteretur, quia sicut in vita temporali semel quis generatur, sic in spirituali vita semel quis regeneratur; quod fit per Baptismum. Vel dic, quia Baptismus habet similitudinem quandam ad mortem Christi, quæ vnica fuit. Vel dic, quia effectus Baptismi est remissio culpæ originalis, tàm in paruulis, quàm in adultis, quæ semel remissa non redit. Hinc Apost. ad Ephes. 4. Vnus Deus, vna fides, vnū Baptisma, licet in adultis cum remissione originalis, fit etiam volūtariorum remissio peccatorum D. Thom. 3. p. quæst. 69. ar. 1. ad prim.

De Charactere.

QVAESITVM XV.

SVMMARIVM.

1 *Imprimitur ne Character in anima.*
2 *Quid intelligatur nomine Characteris.*
3 *De loco Characteris plures sententiæ.*

An Character imprimatur in essentiâ animæ, vt in proximo subiecto.

1 DIC. Quod non, sed imprimitur in intellectu D. Tho. 3. parte quæst. 63. art. 4.

2 Et per Characterem intelligat Parochus potestatem colendi Deum, suscipiendo, vel administrando sacramenta; itaque per Characterem quis habet facultatem ad exercendos actus sacramentorum

Digitized by Google

mentorum, & est effectus sacramenti, sicut est gratia Sot. 4. d. 1. q. 4. art. 4. & definitur quòd est signum quodam indelebile impressum in anima, in susceptione aliquorũ sacramentorum.

Alij Theologi discordant de loco characteris, Dur. in 4. collocabat non in anima, sed in potentia executiua, sed hæc opinio, & error Durandi exploditur a Christiana schola: Marsilius, in essentia animæ, sicut in subiecto: Scotus in voluntate, sed hæc parum conferunt ad Parochi institutionem, propterea, missa faciamus.

De dignitate sacramentorum inter se, & differẽtia.

QVAESITVM XIX.

SVMMARIVM.

1 *Vnum sacramentum est altero dignius.*
2 *Sacramentum Eucharistiæ est dignissimum inter omnia sacramenta.*
3 *Quomodo alia sacramenta ad inuicem se præcedant.*
4 *Quomodo sacramenta differant.*

An sacramenta sint inter se vnum alio dignius, & inter se differant?

1 DIC. Quod sunt vnum altero dignius diuersis respectibus.
2 Sacramentum Eucharistiæ est inter omnia dignissimum, quia continet sub speciebus ipsum Christum omnis gratiæ fontem, in reliquis vero sacramentis continetur quædam eius virtus participata: est etiam dignissimum aliorum, quia est eorum finis, & ad illud pleraque sacramenta consumantur Dion. de Ecc. hier. c. 3. p. 3. q. 65. num. 3. in corpore. Aliorum autem sacramentorum multiplex ait S. Thom. est comparatio, siquidem sacramentum Baptismi dicitur potissimum in via necessitatis. Sacramentum Ordinis præcellit alijs post Eucharistiam respectu perfectionis, & ministri, sicut, & Confirm. Sacra-

Digitized by Google

menta Pœnitentiæ, & extremæ Vnctionis sunt inferioris gradus à prædictis; quia ordinantur ad vitam Christianam non per se, sed per accidens: ordinantur enim in remedium supervenientis defectum; sed inter hæc duo Pœnitentia est dignius sacramentum, quia maioris necessitatis, per se enim primo ordinatum est ad deletionem mortalis peccati. Extrema verò Vnctio dignius, qui maioris perfectionis, nam delet reliquias peccatorum. Sacramentum verò Matrimonij est dignius ratione significationis, quia significat coniunctionem Christi, & ecclesiæ, vnde Apost. ad Ephes. 5. sacramentum hoc magnum est.

4 Differunt autem inter se, quia Baptismus, Confirmatio, & Ordo non possunt sine sacrilegio reiterari, alia verò reiterabilia sunt, vt dictum est, quare aut illa tria imprimunt characterem est quia per hæc tantum fideles peculiari quodam modo Deo consecrantur, vnde talis consecratio est deputatio perfectiua ad Diuinum cultum a sanctis character vocatur.

Differunt, & alio respectu, vt sacramentū Eucharistiæ differt a cæteris, quæ sunt sacramenta in vsu, & dum fiunt a ministris, & non antea nec postea, vt Chrisma, & aqua baptismalis non dicuntur sacramenta, nisi quando, vel Episcopus vngit infantem, vel quando quis baptizatur, & ideo Chrisma, & aqua baptismalis vocantur materiæ sacramentales Gloss. in c. 1. de consec. d. 4.

Sed sacramentum Eucharistiæ est nedum, qnando consecrantur species panis, & vini, sed etiam remanet post consecrationē, quousque species illæ incorruptæ perdurant.

Differt etiam sacramentum Eucharistiæ a cæteris, quia illa sunt signum rei sacræ, nempe gratiæ inuisibilis, hoc autem est signum gratiæ, & Christi, qui sub illis speciebus continetur c. 1. de summ. Trin. c. cum Matthæ de celebrat. miss.

Differt etiam à cæteris Sacramentum Confirmationis, & Ordinis, quia hæc non administrat, nisi ab Episcopo, quæ differentię considerantur ratione ministri, alias autem differentias habebit Parochus in proprijs locis, dum de eorum singulis agetur.

De

Digitized by Google

De differentia inter sacramenta nouæ, & veteris legis, & quæ erant illa.

QVAESTIVM XVII.

SVMMARIVM.

1 *Sacramenta nouæ legis differunt a sacramentis veteris legis.*
2 *Multiplex differentia assignatur.*
3 *Sacramenta veteris legis recensentur.*

An sacramenta nouæ legis differant a sacramentis veteris legis?

1 DIC. Quod plurimum differunt.
2 Primo, quia non aperiebant cælum, ideoque antiqui patres ad inferos se descensuros fatebantur Iacob Gen. 37. descēdam (inquit) lugens ad filium meum in infernum; & Iob. 17. infernus domus mea est, & 14. quis mihi hoc tribuat, vt in inferno protegas me. & Psal. 88. quis est homo, qui viuet, & non videbit mortem, &c. Sed sacramenta nouæ legis aperiunt cælum, quod in Christi Baptismo, vt Matth. 3. cum cæli aperti sunt, benè significatum est,

Secundo, quia illa tantum promittebant, & significabant gratiam Dei, sed non conferebant, ideo vocantur illa egena, & vana elementa secundū Gloss. super c. 3. ad Galat. hæc autem nostra, & significant, & conferunt gratiam, Aug. contra Faust. lib. 18. c. 13. D. Thom. 3. p. q. 65. art. 1. Conc. Flor. sub Eug. 4. Trid. sess. 7. c. 6i

Hanc differentiam bene expressit Canisius ex Augustino longe inquiens, sacramenta hæc præstant legis antiquæ sacramentis, quia sunt virtute maiora, vtilitate meliora, numero pauciora, intellectu angustiora, obseruatione faciliora, significatione præstantiora, quæ significant, sanctificant, & dant salutem.

Digitized by Google

3 Sacramenta autem veteris legis erant principaliter Circumciſio, eſus agni Paſchalis, & alia. Et notandum hic, quod Circumciſio tantum erat in maſculis; ſed in fœminis remedium erat fides parentum, ideſt, quam habere debuiſſent parentes, ſi minus haberet de præenti in fide parentum, ideſt, Abrahæ, qui appellabatur patèr fidei, quæ Circumciſio fiebat octauo die cultro petrino, quia octaua ætas ſignificat reſerationem ad vitam, & culter petrinus Chriſtum, per quem omnis corruptio aſcinditur iuxta illud Pauli. Petra autem erat Chriſtus, & qui incircumciſi ante diem octauum moriebantur, vtique damnabantur; ſed credendum eſt imminenti Periculo mortis ante diem octauum illos circumcidi potuiſſe, vt fit apud nos in Baptiſmo.

Sacramenta vero legis naturæ erant oblationes, orationes, & ſacrificia, in fide tamen Chriſti venturi: quæ erant in remedium ad abluendam originalem culpam, & hoc in adultis, nã in paruulis fides parentum ſatis erat. inde D. Gregor. 4. moral. quod, inquit, apud nos valet aqua Baptiſmi: hoc egit apud veteres, vel pro paruulis ſola fides, vel pro maiorib⁹ virtus ſacrificij, vel pro his, qui ex Abrahæ ſtirpe myſterjum Circumciſionis in quo peccatum originale deletur. Nota tamen, quod ordines ſacerdotum veteris legis non imprimebant characterem, nec illi ſacerdotes habebant claues, ſed tantummodo erant mediatores populi ad Deum & legales miniſtri.

De ceremonijs circa ſacramentorum adminiſtrationem.

QVAESTVM XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Omittens in adminiſtratione ſacramentorum ceremonias ex contemptu peccat mortaliter.*

2 *In*

Digitized by Google

2 *In casu necessitatis si omittantur ceremoniæ prædictæ, non peccatur dummodo substantialia obseruentur.*

An sint obseruandæ cæremoniæ in administratione Sacramentorum, quas ecclesia mandat obseruare?

1 DIC. Quod sic, & eas omittere ex contemptu & extra casum necessitatis esset mortale; declarant enim ea, quæ sacramenta ipsa in nobis operantur, & eorum in animis fidelium altius imprimunt, ijsque mens fidelium ad sublimium rerum cogitationem erigitur, fides, & charitas excitatur.

2 In casu autẽ necessitatis, & sacramentis necessitatis v. g. Baptismo, & pœnitentia si omitterentur, & substantialia adhiberentur, vera sacramenta conferrentur, nec peccatum committeretur; quia ceremoniæ non attingunt naturam rei. sed accidentalia quædam sunt, quæ illius naturam excedunt, & virtutem declarant.

De effectibus Sacramentorum.

QVAESITVM XIX.

SVMMARIVM.

1 *Effectus Sacramentorum duo sunt principales.*

2 *Effectus, & proprietas sacramentorum est duplex.*

Quot sunt effectus sacramentorum?

1 DIC. Quod sunt duo principales. Primus est collatio gratiæ iustificantis, vel gratum facientis. Alter effectus est (in tribus tantùm sacramentis, vt dictum est) impressio characteris, qui character, etiam indignis imprimitur, quia non repugnat peccato c. maiores de Bap.

In alijs verò sacramentis, in quibus non imprimitur character

Digitized by Google

effectus est ornatus quidam animæ D. Thom. in 4. sent. d. 1. quæst. 1. art. 4. & alij Doctores antiqui, in summa verò non meminit talis effectus, quia non aliqua ratione, vel auctoritate firmatur.

2 Vel dic, quod effectus, & proprietas sacramentorum, est duplex; altera communis omnium, & hæc est gratia Dei, nam omnia sacramenta conferunt gratiam non ponentibus obicem, quę gratia duplex est. Vna, quæ dicitur prima gratia, & est V. G. quæ datur pęnitenti V. g. dignè accedenti ad sacramentum pænitentiæ. Altera, quæ datur, quando quis dignè suscipit communionem, vel conficit, & hæc est augmentum primæ.

Alter verò effectus, & proprietas sacramentorum vltra characteris impressionem in susceptione trium sacramentorum, est id, quod operantur in recipiente, vt in Baptismo redditur homo idoneus ad recipiendum cætera sacramenta, in Confirmatione augetur fides. In Eucharistia. præter alios effectus est donatio spiritualis consolationis, & in gratia Dei conseruatio. In Pænitentia est medela præsentis animæ morbi, & præseruatio à futuro. In extrema Vnctione est fortificatio in tẽtationibus. In Ordine datur gratia ad sanctam administrationẽ aliorum sacramentorum. In Matrimonio denique est medicina in expellenda concupiscentia

De materijs, & formis Sacramentorum in communi.

QVAESITVM XX.

SVMMARIVM

1 *Omnia Sacramenta nouæ legis constãt ex materia, & forma.*
3 *Declaratur exemplariter discurrendo.*

An omnia Sacramenta nouæ legis constent materia, & forma, ideſt rebus, & verbis?

DIC.

Digitized by Google

1 DIC. Quod sic, vnde doctissimus Augustinus in Ioan. tract. 80. Accedit inquit verbum ad elementum, & fit sacramentum; itaque in omnibus sacramentis necessario reperitur vt supra, vel aliquod, quod fungatur vicè rei, vt materia; & verba, vel aliquod vicè verbi, vt forma, exempli gratia in
2 Baptismo materia est aqua, & forma sunt verba: Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti Amen. In matrimonio, consensus vnius contrahentium est loco materiæ, & consensus alterius est loco formæ, vt suo loco latius (Deo dante dicetur), vt latius est videre in Concil. Florent. Sub. Eug. 4 in instruct. Armen.

De præscripta materia, & forma Sacramentorum.

QVAESITVM XXI.

SVMMARIVM

1 *Determinata forma, & materia requiritur in Sacramentis.*
2 *In vnoquoque Sacramento est duplex materia propinqua, & remota, & declaratur in singulis.*

An omnia Sacramenta habeant formas, & materias determinatas?

1 DIC. Quod sic, vt sine ipsis minime constent, vt in Baptismo materia est aqua naturalis, & forma Ego te baptizo. &c. Et in Eucharistia est panis ex tritico, & vinum ex vite; forma verò sunt verba consecrationis, inde si aliquod horum deesset, Sacramentum non constaret, quia sic author instituit D. Thom. 3. p. q. 90. art. 5.

2 Sed aduertendum, quod in vnoquoque Sacramento est duplex materia, nempe materia propinqua, & remota, vt in Baptismo materia remota est aqua naturalis, in Pœnitentia sunt peccata, in Confirmatione Chrisma, & oleum consecratum; in extrema Vnctione Oleum benedictum; in Ordine, instrumenta

Digitized by Google

singulorum ordinum, in matrimonio sunt ipsemet contrahentes, vt in concil Florent. de institut. Armen.

Materia vero propinqua in vnoquoq; Sacramento est actio, seu passio, vt in Baptismo est ablutio, in Confirmatione, & extrema Vnctione est vnctio. In Ordine est porrectio instrumentorum. In Sacramento Pœnitentiæ, & Matrimonij est actus exterior, vt in Matrimonio consensus expressus, & in Pœnitentia Confessio, & actus pœnitentis Conc. Trid. sess. 5. c. 7. & 14. & sess. 25. c. 3. Idem dic de formis, ideſt, quod sacramenta habent certas formas, quibus non adhibitis, vel mutatis essentialiter sacramenta non constant Conc. Trid. sess. 7. c. 1. & Cathech. de sacram. D. Thom. 3. p. q. 60. art. 6, & 7. & licet non omnes materiæ, & formæ sacramentorum habeantur ex Euangelistis, sponsa tamen Christi, quæ est ecclesia accepit eas ex traditione à Christo per Apostolos. Illustr. Bellarm. de sacram. c. 4. Et habetur c. cum Marthæ de celebr. Missar.

De certis qualitatibus materiæ sacramentorum.

QVAESITVM XXII.

SVMMARIVM.

1 *Sacramenta habent certas qualitates.*

An materia sacramentorum debeat habere aliquas qualitates?

1 DIC. Quod sic, & ita necessario, vt sine ipsis non constaret sacramentum, & sunt illæ, vt Christus instituit, vt v. g. in Eucharistia panis, qui est materia, & vinum, sit ille ex tritico, & hoc ex vite, ideſt, vitis racemis expressum, & etiam in sensibili quantitate, nam si quis consecraret in athomo hostiæ; vel in athomo aquæ baptizaret, dubium esset sacramentum. Hinc sequitur, quod si fieret additio ad materiam, ita vt alia ab ea, quæ erat euaderet non esset debita materia sa-

cramentis

Digitized by Google

erāmentis vt si vino adderetur acetum, aquæ lutum, & similia vel si ita mutaretur, vt sui naturā amitteret, vt inferius dicetur.

De expressione formæ sacramentorum.

QVAESITVM XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Sacramentorum formæ sunt externa voce explicandæ.*
2 *In matrimonio sufficit nutus, vel aliquod signum externum.*
3 *Confessio sacramentalis non potest fieri per nunciū, vel epistolā*

An forma sacramētorū sit externa voce explicāda.

1 DIC. Quod formæ Sacramentorum sunt necessariò exprimendæ vocali oris expressione, nec sufficeret nuntius
2 aut scriptura: sed in sacramento Matrimonij sufficit nutus, vel aliquod signum externum denotans acceptationem, & consensum Sot. 4. d. 1. q. 1. art. 6. Coua. 2. par. de sponsal. c. 4. Idem dixerunt aliqui posse dici de Sacramento Pœnitentiæ, idest, vt Confessio facta per nuntium, vel epistolam esset valida & Petrus de Soto in instructione sacer. lect. 10. de Sacramento Pœnitentiæ, & Naur. c. 2. num. 306. in Manuali, sed id non
3 sufficere, & cōfessionem hoc modo factam inualidam declarauit fel. rec. Clamens Octauus.

De variatione formæ sacramentorum.

QVAESITVM XXIIII.

SVMMARIVM

Sacramentorum formę variantur multipliciter, primo

1 *Ex additione vocis.*
2 *Ex diminutione.*
3 *Ex mutatione.*
4 *Ex corruptione.*
5 *Per transpositionem.*
6 *Per interruptionem.*

Quot

Digitized by Google

Quot modis poteſt variari forma ſacramentorũ, ita vt de eius validitate dubitari poſſit?

1 DIC. Quod ſex modis. Primo, per additionem alicuius vocis, vt ſi dicat Parochus. Ego Antonius baptizo te in nomine Dei Patris omnipotentis, & Filij eius Ieſu Chriſti, & Spiritus ſancti ab vtroque procedentis.

2 Secundo, per detractionem, vt ſi dicat. Te baptizo in nomine Patris,& Filij, & Spiritus ſancti, vel Hoc eſt Corpus meum.

3 Tertio, per mutationem vocis, vt ſi dicat, Ego te tingo, vel lauo in nomine Patris,& Filij, & Spiritus ſancti, Amen.

4 Quarto per corruptionem vocis, vt ſi dicat in conſecratione hoſtiæ: Hoc eſt enim cor meum.

5 Quinto, per tranſpoſitionem, vt baptizo ego te in nomine Patris, &c. Vel in conſecratione dicat: Corpus meum eſt hoc.

6 Sexto, per interruptionem, vt ſi aliqua interruptio in pronunciatione formæ intercedat, vt ſi Sacerdos dicit: Ego te baptizo, reprehendat deinde clericum,& ſequatur poſtea reliqua verba formæ Dur.4.ſent.d.3.

His præmiſſis ſciat Parochus eam mutationẽ formę reddere ſacramentum inualidum, quæ mutat integritatem formalem formæ, quæ conſiſtit in ſenſu, & verborum ſignificatione; nec ſacramentum redditur nullum ſi mutetur integritas materialis vt idioma, præcepta Grammaticæ, quia forma eſt illa, quæ determinat materiam ſignificando, vt tunc dicetur eſſe ſublata forma, quando non remaneret eadem ſignificatio, & idem ſenſus verborum, & hæc regula erit obſeruanda in quacunque mutatione ex ſex modis ſuperius notatis D. Thom. 4. ſent. q. 60. art. 7. & 8. Petrus à Soto lect. 6. de ſacramentis in genere, & eſt communis opinio Theologorum in 4. d. 3. Et mente teneat Parochus illum dici verum ſenſum verborũ formæ, quando verbum habet propriam ſignificationem ex prima inſtitutione, vel ſaltem accommodatione vſus illorum verborum ſecundum regionis morem.

De con-

Digitized by Google

De concurſu materiæ, & formæ.

QVAESITVM XXV.

SVMMARIVM.

1 *Materia ſimul debet cum forma coniungi.*
2 *In Sacramento Euchariſtiæ forma præceſſit, & remanent ſpecies conſecratæ*

An debeat ſimul concurrere materia, & forma in adminiſtratione Sacramentorum?

1 DIC. Quod ſimul debent coniungi ſimultate moraliſ, aliàs non eſſent ſacramentum: licet parua mora non vitiaret ſacramentum: ſed in ſacramento Euchariſtiæ forma
2 præceſsit quando facta eſt tranſubſtantiatio, & remanet ſacramentum poſtea factum ſcilicet ſpecies ſacramentales conſecratæ, in quibus eſt Corpus Chriſti.

De malis miniſtris Sacramentorum.

QVAESITVM XXVI.

SVMMARIVM.

1 *A miniſtris ex officio ſed toleratis licet petere Sacramenta.*
2 *A miniſtris non toleratis non licet niſi in neceſſitate petendo Sacramentum neceſſitatis.*

An liceat petere ſacramentum à malo Miniſtro ſine peccato?

1 DIC. Quod aut mali Miniſtri ab eccleſia tolerantur, & tunc licet petere ab eis ſine peccato; ſi tamen incumbit eis ex officio; Aut non tolerantur ab eccleſia, & tunc non licet niſi in Baptiſmo ſtante neceſſitate, & in articulo mortis confiteri volenti Fr. Barthol. ab Angelo Dial. 1. S. 48.

Quæſi-

Digitized by Google

QVAESITVM XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Licet à parato petere ſacramenta.*
2 *Parochum etiam non paratum licet inducere, aut alium non Parochum, in caſu neceſſitatis.*
3 *Ex debito charitatis tamen ſi habet dignum miniſtrum tenetur non inducere indignum.*

An liceat petere ſacramenta à Miniſtro exiſtente in peccato mortali?

1 DIC. Quod licet, dummodo ille ſit paratus conferre,
2 quia tunc non eſſet inducere eum ad miniſtrandum, & per conſequens ad peccandum; ſed ſi eſſet Parochus poſſem ſine culpa mea, licet culpa ſua petere ſacramẽta à mini-
3 ſtro in mortali exiſtente. Idem dic, quãdo quis eſſet in articulo mortis, vel neceſſe haberet ſub pœna peccati mortalis ſacramẽta recipere, poſſet tunc ſine culpa illum ad id inducere D. Tho. 3.p. q. 64.art. 6.& in 4.ſent. d.5.q.5. Caet. & Sot.d. 1. q. 5. art. 6. in 4. ſed ſi aderit dignus miniſter tenetur ex debito charitatis non inducere indignum non paratum ad miniſtrandum, aliàs peccat contra charitatem, verum ſi dignum minus habere poterit licebit ei compellere Parochum ad miniſtrandum, etiam in tempore alio, quam de præcepto Sot. in 4. d. 1. art. 6. q. 1. Nau. c. 25. num. 181.

QVAESITVM XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Ab excommunicato occulto, vel nondum denunciato, vel publico percuſſore Clerici licet petere Sacramenta*
2 *Secus verò, ſi ſit denunciatus, vel publicus percuſſor, tunc enim petere non poſſunt, niſi ſacramenta neceſſitatis Baptiſmi, & pœnitentiæ in articlo mortis.*

An liceat

Digitized by Google

An liceat petere sacramenta a ministro excommunicato?

1 DIC. Quod sic, dummodo non sit publicè denunciatus, vel publicus percussor Clerici. Nauar. c. 27. nu. 35. in Manua. ex extrauag. ad excitandum, & est communis opinio
2 Secus esset, si minister esset publice denunciatus, vel publicus percussor clerici, quia tunc non liceret petere, nisi Baptismum, & pœnitentiam in articulo necessitatis, & est communis opinio.

QVAESITVM XXIX.

SVMMARIVM.

1 *Minister solemniter administrans, & sine necessitate peccat si sit in mortali.*
2 *In necessitate, & sine solemnitate administrans Baptismum quamuis in peccato non peccat mortaliter.*

An minister administrando in peccato mortali peccet mortaliter?

1 DIC. Quod sic, si solemniter, & sine necessitate administrat D. Thom. 3. p. q. 64. art. 6. Vict. nu. 23. Nauar c. 22. n. 3. & alij. Excusaretur tamen, si priuatim, & non solemniter ex necessitate administraret, vt in sacramento Baptismi; sed excepto casu necessitatis grauissimum committeret peccatum sacrilegij, maxime vero in sacramento Eucharistiæ, ob
2 dignitatem tanti sacramenti, & ratio est, quia per ministrum in peccato existentem contaminatur, quantum est ex parte ministrantis illa actio sacramenti, cùm sancta non sanctè tractetur; quare debet minister mundus esse iuxta illud Mundamini, qui fertis vasa Domini.

QVAE-

Digitized by Google

QVAESITVM XXX.

SVMMARIVM

1 *Peccat mortaliter administrans culpabiliter in mortali.*
2 *Quare debet aliquis cõfiteri administrans, & sumens Eucharistiam, vel celebrans*

An peccet mortaliter, qui ex ignorantia non tamẽ culpabile administrat sacramenta existens in culpa mortali?

1 DIC. Quod non, sed peccaret, si ex ignorantia culpabili, & scienter administraret Nauar. de pœn. cap. 1. S. Sacerdos num. 21. Hinc admonentur admistrantes sacramenta, nedum alijs vitam procurant, sibi mortem parent, curare debere, vt in gratia sint per contritionem, aut etiam per confessionem, vt notat Nauar. c. 22. num. 30. quæ confessio est necessaria in celebraturo. Ne si excusaretur vrgente necessitate, & nõ
2 adesset copia confessoris, quia tunc absque prœuia confessione, sed cum contritione, & cum voluntate quam primum postea confitendi, posset celebrare Conc. Trid. sess. 15. c. 17. Sed hoc non liceret, qãndo crimen Parochi esset publicum, vel haberet annexam excommunicationem, quia tunc debet abstinere, & prius confiteri, & absolui.

QVAESITVM XXXI.

SVMMARIVM.

1 *Administrans in Diaconatu, vel subdiaconatu in mortali peccat mortaliter.*
2 *Vt quis peccet male administrans duo sunt ponderãda.*

An peccent mortaliter subdiaconi, vel diaconi, si non

Digitized by Google

non existentes in gratia exercent actum suorum Ordinum?

1 DIC. Quod sic secundum veriorem opinionem Cael. in 4.q.64.art. 6. ad primum Nau. c.25. num.72. licet solum peccant venialiter dicit Sot. in 4.d.1.art.6.q.1.

De inferioribus clericis, an peccent mortaliter, vel venialiter exercentes actum suorum Ordinum, habebit Parochus, cum de
2 sacramento ordinis Deo adiuuante tractabitur. Hic interim notet, duo debere concurrere, vt peccatum committatur in administratione sacramentorum, vnum, vt minister sacer ex officio & non, vt est persona priuata administret, alterum, vt actio, quam facit sit pertinens ad consecrationem D. Thom. 3. part. q.64.art.6.ad primum Couar.in c. alma mater de sent.excom. prima par.§.6.num. 5.

QVAESITVM XXXII.

SVMMARIVM

1 *Non peccat Parochus solemniter celebrans Matrimonium in peccato mortali.*
2 *Ipsimet contrahentes non efficiunt matrimonium sine presentia Parochi.*

An peccet mortaliter Parochus, si in peccato mortali existens publice, & solemniter matrimonium celebret iux. Conc. Trid. expositonem?

1 DIC. Quod non peccat, quia ipse non est propriè minister huius sacramenti, solummodo auctorizat, & adhibet
2 solemnitatem; nam porprij ministri sunt ipsimet contrahentes: nihil ominus sine proprij Parochi præsentia, de præcepto ecclesiæ Matrimonij celebratio esset nulla.

QVAE.

Digitized by Google

QVAESITVM XXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Ipsi contrahentes matrimonium in mortali, vt ministri sunt non peccant.*
2 *Nec peccat Concionator in mortali prædicans.*
3 *Nec Sacerdos benedicens aquam benedictam,*

An peccent ipsimet contrahentes existētes in mortali cum sint ministri, vt dictum est, dum contrahunt, vel dum petunt debitum coniugale ad inuicem, quod est actus matrimonialis?

1 DIC. Quod nō, quia in his actib⁹ nō cōsiderantur, vt ministri consecrati, ideoq; non peccant in ministerio. Sed bene peccant, vt suscipientes sacramentum, dum contrahunt in peccato mortali Sot. in 4. d. 1. art. 6.

2 Hinc colligitur non peccare concionatorem si in peccato existens concionem habeat, quia prædicatio non est actus commissionis Caet. in Summula verbo prædicatorum peccata, Armill. verbo prędicat nu. 2. Idem dic de sacerdote in mortali existente, dum aquam benedicit, quia non est actio consecrationis benedicere aquam, licet contrarium sentiat Nau. de pœn. d. 1. §. sacerdos. nu. 17. sed melior est prima opinio.

QVEAESITVM XXXIIII.

SVMMARIVM

1 *Absque necessitate non licet petere Sacramenta ab excommunicato.*
2 *Si necessitas vrget, licet petere ab excommunicato non nominato, vel percussore, & hæretico occulto, si non adsit periculum auersionis.*
3 *Ab aliis, qui ab ecclrsia tolerantur, permissum est ab ecclesia petisacramenta*

Digitized by Google

An liceat petere sacramenta a sacerdote declarato hæretico, vel excommunicato, vel aliàs inhabili?

1 DIC. Quod si necessitas non vrget, à nullo horum sacramenta petere, vel suscipere licet.

2 Sed si necessitas adsit, possunt peti sacramenta ab excommunicato non nominato, nec percussore publico clerici, & ab eo suscipi secundum Sotum in 4. d.1.q.6.art.6.propositi.7. Idem dic de Hæretico occulto nisi esset periculum auersionis, quia
3 tunc nullo pacto liceret. Ab alijs ergo, qui ab ecclesia tolerantur petere in casu necessitatis permissum est, quãdo tamen sunt parati ministrare, & in hoc casu si eis ex officio administrare competit, etiam absque necessitate petere licebit, addit Nungnes in 3.p.S. Thom. q.64. art.6. dist.3. Ea sacramenta, quæ sunt in præcepto diuino tempore extremæ necessitatis posse suscipi.

QVAESITVM XXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Reiterantes irreiterabilia Sacramenta non sunt irregulares nisi in baptismo.*

2 *Reiterantes Sacramentum Confirmationis, vel Ordinis, licet secundum aliquos sint irregulares, tamen probabilior sententia est quod non.*

3 *Reiterans sacramentum Baptismi ignoranter non fit irregularis ignorantia tamen facti, non iuris.*

An reiterantes sacramenta, quæ non sunt reiterabilia incurrant irregularitatem?

1 DIC. Quod non, præterquam in Baptismo, sed peccant mortaliter, & ratio est, quia in iure non decernitur pœna irregularitatis, nisi in Baptismo, & irregularitas non incurritur nisi in casibus in iure expressis. Sot.4. sent. d.7.q.1.art.5.

Digitized by Google

2 Alij dicunt, quod irregularitas etiam incurritur in reiteratione aliorum duorum sacramentorum non reiterabilium, puta Confirmationis, & Ordinis, & quod solus Papa, super ea dispenset, vel etiam Episcopus, vbi probabilis ignorantia excuset, sed prima opinio est probabilior, imo si aliquis per ignorantiam facti rebaptizet, vel rebaptizaretur, nec irregularitas incurritur, nec culpa.

3 Sed si ignorantia iuris id fieret tunc incurritur irregularitas & peccatum mortale Scot. in 4. d. 6. q. 8. Nau. c. 27. nu. 246. Excusatur tamen aliquis rusticus, qui ignorantia inuincibili, quia iura id prohibentia nesciebat, nec scire tenebatur id faceret Sot. 4. d. 3. q. 1. art. 9.

QVAESITVM XXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Inuitus tractus ad sacramentum Baptismi, si habeat intentionem recipit sacramentum, sed non rem sacramenti.*

2 *Secus autem si non habeat intentionem, sed contrariam voluntatem.*

An reciperent sacramenta, qui per metum vel vim ad illa traherentur?

1 DIC. Quod ad Baptismum, si quis ad illud duceretur per vim, aut metum, sed haberet intentionem suscipiendi, reciperet Sacramentum, sed non rem sacramenti, idest reciperet characterem, sed non gratiam sacramenti, vt sunt qui metu mortis ad sacramentum Baptismi ducuntur, quia licet talis actio ipsius videatur coacta, & inuoluntaria secundum quid, voluntaria tamen fuit simpliciter, quæ sufficiebat ad recipiendum characterem.

2 Sed si omnino hic inuitus traheretur, & retinens, & haberet omnino voluntatem contrariam non suscipiendi, tunc non reciperet

Digitized by Google

ciperet nec ſacramentum, ideſt, characterem, nec rem ſacramēti, ideſt gratiam, & hic ſciat Parochus, quod aliqui recipiunt ſacramentum, & rem ſacramenti, vt ſunt digni; aliqui ſacramentum, ſed non rem ſacramenti, vt ſunt indigni: aliqui nec ſacramentum, nec rem ſacramenti, vt ſunt habentes omnino contrariam voluntatem; aliqui rem ſacramenti, ſed non ſacramentum vt ſunt, qui ſpiritualiter communicant: de quo modo communicandi intelligebat D. Auguſt. inquiens, quid paras ventrem, & acuis dentem, crede, & manducaſti, nam qui legitime impediti communicare non poſſunt realiter, ſpiritualiter dicto modo communicare poſſunt.

De Baptiſmo Ioannis.

QVAESTIVM XXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Baptiſmus Ioannis non fuit ſacramentum, ſed figura, & diſpoſitio, ad Sacramentum baptiſmi Chriſti.*

2 *Baptiſmus Ioannis non erat de præcepto.*

An baptiſmus Ioannis fuerit ſacramentum?

1 DIC. Quod non, ſed fuit quædam figura Baptiſmi Chriſti, & diſpoſitio ad illum D. Bonau. in 4. diſt. 2. & habetur in c. non regenerabitur de conſec. diſt. 10. & illius quoddam ſacramentale, quod ſolum corpora abluebat non autem animam iux. illud Matth. 3. Ego baptizo vos aqua, ille baptizabit vos Spiritu ſancto, quod quidem fuit ſanctificatum baptiſmo Chriſti. Ambroſ. lib. 1. comment. in luc. 1. Hinc Gloſſ. ſuper verba Matth. c. 4. ego baptizo vos aqua, dicitur tantum corpus lauo, &c. & vt ad Chriſti Baptiſmum dirigam.

2 Itaque baptiſmus Ioannis nō fuit de præcepto, ſed deſeruiebat, vt præuia pœnitentia magis idonei, qui illum reciperent,

Digitized by Google

redderentur ad baptismum Christi Sot. 4. d. 2. in fine. Scotus tenet, quod S. Ioannes baptizauit baptismo Christi, quod nouit fuisse sacramentum, potest etiam dici, quod baptismus Ioannis fuit in remissionem peccatorum, non vt baptismus aquæ sed virtute contritionis, & pœnitentiæ, quam prædicabat Iesus. Ethæc de sacramentis in communi satis, nunc de eorum singulis.

DE SACRAMENTO BAPTISMI.

QVAESTVM I.

SVMMARIVM.

1 *Baptismus vocatur ablutio peccatorum.*
2 *Item sacramentum fidei.*
3 *Item illuminatio.*
4 *Item vocatur expurgatio.*
5 *Item vocatur plantatio.*
6 *Item vocatur principium sanctissimorum præceptorum.*
7 *Ité alijs nominib. à Cyryll.*

Quot nomina habet hoc sacramentum baptismi apud sacros scriptores?

1 DIC. Primo, quod vocatur Baptismus, quod græcum vocabulum est, & ablutionem quamcunque significat, sed in proposito nostro, ea ablutio est Baptismus, quæ præscripta verborũ forma ministratur. Catech. Roman. pag. 197. & baptizare significat, immergere, lauare, abluere, tingere.

2 Secundo vocatur sacramentum fidei, quia illud suscipientes fidem Christianæ religionis profitentur.

Tertio

Digitized by Google

Tertio, vocatur Illuminatio, ab Apoſtolo Paulo, illuminati, inquit, magnum certamen ſuſtinuiſtis, Paſſionum paſſionem ſignificans, cum Baptiſmum ſuſceperunt.

Quarto, vocatur expurgatio à D. Chriſoſt. in oratione, quã habuit ad baptizatos, quia per Baptiſmum expurgamus vetus fermentum.

Quinto, vocatur ab eodem, ſepultura, plantatio, & crux Chriſti, quia per Baptiſmum conſepelimur Chriſto complantamur eidem, & virtutem crucis participamus

Seſto, vocatur à D. Dieny. principium ſanctiſſimorum præceptorum, quia cum Baptiſmus ſit ianua chriſtianæ vitæ, per ipſum tanquam per ianuam ad Chriſtum ingredimur. vocatur à D. Cirillo Archiepiſcopo Hieroſolimorum, per hæc encomia, captiuitatis liberatio, peccatorum remiſſio, mors peccati, animi regeneratio, teſtamentum candidum, ſignaculum ſanctum, & indelebile, currus ad cælum, delitiæ paradiſi regni cæliſtis conciliatio chariſma adoptionis filiorum, hactenus D. Cirillus in procatacheſi ſua circa finem.

De Definitione Baptiſmi, quando fuit inſtitutus, & cæpit obligare, & quotuplex ſit.

QVAESITVM II.

SVMMARIVM.

1 *Definitio Baptiſmi traditur.*
2 *Baptiſmus fuit inſtitutus a Chriſto ante paſſionem.*
3 *Baptiſmus eſt triplex, fluminis, ſanguinis flaminis,*
4 *Solum baptiſmus aquæ eſt proprie Sacramentum.*
5 *Qualis ſit baptiſmus fluminis.*
6 *Qualis ſit baptiſmus flaminis.*

Quid eſt Baptiſmus?

Digitized by Google

1 DIC. Quod est ablutio corporis, seu intinctio exterior sub certa forma verborum, vel est sacramentum regenerationis per aquam in verbo Mag.4.sent.d.3. D Thom. 3.p. q.66.art. 1.Catechis. Rom.de baptismo, vbi notet Parochus, quod neque aqua, neque verba sint Sacramentum, sed ablutio facta per aquam in corpore,ideſt, applicatio materiæ cum forma est sacramentum, quæ ablutio facta, est signum ablutionis interioris factæ in anima, & sic competit ei definitio sacramẽti quod sit signum rei sacræ.

2 Baptismus autem fuit institutus à Christo Domino,vt etiam totam vim regeneratiuã haberet ante passionem, vt habetur Ioan.3. & 4.quod Christus baptizasse ibi dicitur, ideſt,discipuli eius de ipsius mandato, & Christus instituit hoc sacramentum facto suo,ideſt, quando fuit baptizatus in Iordane D. Thom.3, p. q.66. art.2. Catech. de Baptismo. Et quod fuerit iustitutum hoc Sacramentum ante passionem ex Doctorum sententia constat, quia Apostoli baptizati fuerunt sacramento baptismi ante passionem D. Aug.epist.183.ad seleuc, & cæpit obligare post passionem,& promulgationem D.Thom.3.p.q.66.art. 2. Sot. in 4.d. 3. q-1. art. 2.

Quando quis baptizat in casu necessitatis,vt minister extra Ordinem non consecratus non peccat mortaliter,si facit in peccato mortali; secus si esset cõsecratus.

3 Baptismus est triplex, nempe fluminis, sanguinis, flaminis, ideſt, tribus modis potest quis baptizari,& saluari, ideſt, baptismo fluminis, ideſt, aquæ, de quo Ioan. 6. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, &c. Baptismo sanguinis, ideſt, martyrij de quo Ioan. 12. baptismo habeo baptizari, ideſt, in Sanguine meo.

Baptismo flaminis de quo Actor. 1. Vos autẽ baptizabimini Spiritu sancto, & habent de consec. d. 4. c.necessarium, vt si quis vellet baptizari,& hoc desideret cum summo feruore animi, & detestatione peccatorum,cum amore Dei, si non inueniat, qui eum baptizet, & moriatur saluus est. de baptis. debitu. de consec. dist. 4. c. Baptismi inuicem, & c. Catechum. &c. nõ

dubito

Digitized by Google

dubito. Hinc D. Ambroſ. doleo ventrem meum, quia quem regenaturus eram perdidi, ille tamen gratiam non amiſit

4 Sed ſciendum, quod ſolum baptiſmus aquæ eſt proprie ſacramentum, reliqui vero duo modi nõ abſolute vocãtur Baptiſmi, ſed ſimilitudinarie, quia ſupplent vicẽ, Baptiſmi aquæ in tẽpore neceſsitatis cap. baptiſmi liceat c. cathe. de conſec. d. 4. tantum vnum eſt baptiſma, vnde in ſymbolo confiteor vnum baptiſma; & ad Epheſ. vna fides, vnus Deus, vnum baptiſma.

5 Et pro declaratione ſciendum baptiſmum fluminis eſſe, quando quis baptizatur cum aqua, vt fit communiter apud Chriſtianos.

6 Baptiſmum flaminis eſſe, quando quis inſpiratus à Spiritu ſancto habet deſiderium recipiendi baptiſmum aquæ cum pœnitẽtia, & contritione peccatorum, & hoc proprie dicitur in adultis. Baptiſmum vero ſanguinis eſſe, quando quis ob Chriſti fidem recipit martyrium, & de hoc habetur Mar. 10. & Luc. 13. poteſtis baptizari baptiſmo, quo ego baptizor, & habeo baptizari alio baptiſmo intelligens de paſsione ſua, quæ fuit omnium martyriorum longè maximum martyrium, D. Tho. p. 3. q. 66. art 2. Sot. in 4. d. 3. q. art. 2. Nau. c. 2. nu. 5.

Qui Baptiſmus ſit perfectior.

QVAESITVM III.

SVMMARIVM.

1 *Baptiſmus ſanguinis eſt alijs præſtantior,*
2 *Hoc intelligitur non quoad eſſe ſacramentum, ſed quoad collationem gratiæ maiorem.*
3 *Chriſtus recepit omnia illa Baptiſmata*
4 *Quare Chriſtus voluerit baptizari in Iordane*

Cum Baptiſmus, vt dictum eſt, triplex ſit, quis horum trium eſt perfectior, & excellentior?

DIC

Digitized by Google

1 DIC. q; baptiſmus ſanguinis eſt alijs præſtantior; Baptiſm⁹ vero flaminis eſt præſtantior baptiſmo aquæ Sot. 4. d. 3 quę. art. 12. ex D. Aug. & ratio eſt, quia copioſior gratia confertur per martyrium, quàm per Baptiſmum flaminis ſeu fluminis propter maiorem charitatem, quæ apparet, quam
2 in alijs, vt Sot. ibidem. Sed hæc comparatio intelligatur, quoad collationẽ gratiæ, non autem quoad eſſe ſacramentum. quia quoad hoc baptiſmus aquæ alijs eſt dignior, quia ſacramentum & imprimit characterem, & eſt in præcepto, quod de alijs non habetur; licet Alexander Alenſis dicat etiam quoad alia baptiſmum aquæ eſſe alijs præſtantiorem, & omnia hæc baptiſmata
3 recipiſſe Chriſtum Dominum teſtatur Sotus d. 3. in 4. q. 1. art. 2. & voluit baptizari in Iordane, quia tranſitus Iordanis populi Dei ad terram promiſsionis ſignificauit tranſitum fidelium ab hoc mundo ad gloriam, ſicut tranſitus maris rubri ſignificauit deſtructionem peccati.

De neceſſitate baptiſmi.

QVAESITVM IIII.

SVMMARIVM.

1 *Baptiſmus eſt neceſsarius ad ſalutem*
2 *Per baptiſmum intelligitur omnes baptiſmus fluminis, ſanguinis, & flaminis.*
3 *In baptiſmo flaminis virtualiter continentur omnes baptiſmi.*
4 *Paruulis eſt neceſsarius baptiſmus aquæ ſine quo non ſaluantur.*
5 *Apoſtoli fuerunt baptizati baptiſmo Chriſti.*

An baptiſmus ſit ſimpliciter neceſſarius ad ſalutem?

DIC.

Digitized by Google

1 DIC. Quod eſt adeo neceſſarius, ſiue in re, ſiue in voto vt in adultis, vt ſine eo ſaluari quis minime poſſit, vt habetur in Ioan. Euangeliſta loco citato, & cõmunis eſt opinio.
2 Sed hic per baptiſmum intelligat Parochus omnes tres ſpecies baptiſmi, ſed diuerſo modo: nam baptiſmus flaminis, & ſanguinis, tunc proſunt, quando abeſt deſiderium baptiſmi fluminis, quod eſt ſacramentum: & hoc implicitè eſt in animo recipientis martyrium ob fidem Chriſti, ſicut qui habet deſiderium baptizari in aqua, ſed non habet oportunitatem, tunc ei ſi moritur ſufficit deſiderium, quod vocatur baptiſmus flaminis, quia
3 in eo implicitè continetur Baptiſmus aquæ, qui baptiſmus flaminis ſolummodo in adultis reperiri poteſt, ſed paruulis neceſſarius eſt in re Baptiſmus aquæ; alioquin etiam innocentiſsimi morientes cum peccato originali, tam filij infidelium, quam fidelium ad æternam pœnam, quæ pœna damni vocatur damnandi ſunt, quæ pœna eſt in æternum priuatio viſionis diuinæ gloriæ; non autem patiuntur pœnam ſenſus, quia nullum peccatum actuale commiſerunt. Et hic nota, quod Apoſtoli fuerunt baptizati baptiſmo Chriſti, vt eſt comunis opinio Doctorum, & habetur in c. quando, & C. ſi eos de conſec. d. 4. ſic etiam, & Ioannes baptiſta. D. Thom. 3. p. q. 68. art. 4. Idem dic de Beata Virgine, non tamen ad delectionem culpæ, qua omnino caruit, ſed ad alios effectus ſacramenti Riccar. in 4. d. 4. art. 1. quam Beatam Virginem matrem ſuam Chriſtus baptizauit ſicut & beatum Petrum Apoſtolum, reliquos verò Apoſtolos ipſe Beatus Petrus baptizaſſe teſtatus eſt mihi doctiſsimus Theologus, & Canoniſta D. Hyeronimus Pecorarius.

De

Digitized by Google

De neceſſarijs in Baptiſmo.

QVAESTIVM V.

SVMMARIVM.

1 *Tria ſunt de neceſſitate Baptiſmi, materia, forma, & intentio miniſtri.*
2 *Materia baptiſmi explicatur, nam debet eſſe aqua naturalis.*
3 *Forma baptiſmi explicatur.*
4 *Miniſter baptiſmi duplex ordinarius, & ex neceſsitate*
5 *In caſu neceſsitatis quilibet poteſt baptizare,*

Quot ſunt neceſſaria, ſiue de eſſentia Baptiſmi, ſine quibus, vel eorum aliquo minime conſtaret?

1 DIC. Quod ſunt tria, materia, forma, & intentio miniſtri faciendi, quod facit eccleſia. Nota hic de miniſtro, quod ſi baptizat Acolytus præſente Subdiacono non peccat mortaliter; ſecus ſi Subdiaconus præſente Diacono baptizaret & ratio eſt, quia baptizare eſt officium Diaconi, & non Subdiaconi, & ideo vſurparet officium alterius.

2 Materia eſt aqua naturalis, ſiue ſit fontis, ſiue fluminis, ſiue maris, ſiue lacꝰ, ſiue putei, ſiue ſtagni, ſiue cuiusuis loci, dummodo ſit aqua naturalis, etiam ſi ſit turbida, non tamen eo modo ingroſſata, vt aquæ raritas non appareat. Item aqua ex glacie, ex niue, ex grandine liquefacto ex ſale liquefacto, quod tamen fuerat ex aqua maris congelatum. Item aqua, quę aliquo artificio a vino limphato ſecerneretur, quod fieri poteſt ſecundum Thom. in 4. art. 6. item fuiſſet aptiſsima materia huius ſacramenti illa aqua que exiuit de latere Chriſti, quia fuit verè aqua naturalis Sot. in 4. d. 3. q. 1. art. 4. Ang. in nu. Bapt. 4. nu. 5. Sed teneat mente Parochus, quod in baptizando non non debet vti pro materia alia aqua quam illa quæ conſeruatur in fonte baptiſmali, quæ eſt ſanctificata myſterioſis eccleſiæ cæ-

timonijs

Digitized by Google

rimonijs alias peccat mortaliter, ſi absque neceſsitate baptiza ret in al js aquis.

3 Forma autem baptiſmi ſubſtantialis eſt hæc: Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti Amen. Greci dicũt baptizetur ſeruus Chriſti, baptizãt, & non attribuũt actũ baptizandi miniſtris ad euitandũ errores antiquorũ, qui virtutẽ principalem baptizandi miniſtris tribuebãt S. Th. q. 66 nu. 5. ad 1. Et licet in caſu neceſsitatis hæc forma cum debita materia, & intentione ſufficiat ad ſacramentum, extra tamen neceſsitatem debet baptizans adhibere alias orationes, & cæremonias, prout in baptiſterio, aliàs peccat mortaliter, & poteſt puniri.

4 Miniſter vero ſacramenti Baptiſmi eſt duplex, aut ordinarius extra caſum neceſsitatis, & hic eſt proprius Parochus, vel alius ſacerdos de ipſius, vel Epiſcopi licentia. D. Thom. 3. p. q. 67. art. 1. & ſequent. ſiue etiam ipſemet Epiſcopus, qui dicitur primo Parochus & plenè Curatus.

Aut eſt extraordinarius in caſu neceſsitatis, & tunc quilibet poteſt adminiſtare ſacramentũ Baptiſmi, ſeruato tamen ordine, vt vbi maior ſit, ceſſet minor; vt præſente Parocho non debet baptizare alius ſacerdos, nom. Parochus, niſi tamen eſſet cenſura innodatus Parochus, cui incumberet ex officio. Ang. Baptiſmus 5. nu. 1. Sot. 4. d. 4. ſic etiam præſente ſacerdote non debet baptizare alius non ſacerdos, ſic præſente viro non debet baptizare fœmina, & ſi baptizaret fœmina præſente viro non eſſet ſine peccato, ſaltem veniali, ſicuti etiam, ſi baptizaret inferior præſente ſuperiore, niſi tamen excuſaretur, ſi ille ſuperior neſciret formam Baptiſmi, vel modum baptizàndi D. Ant. 3. p. tit. 14. c. 12. §. 13.

5 Diaconus etiam extra caſum neceſſitatis nõ poſſet baptizare ſine licentia Epiſcopi, vel Parochi q. 3. d. can. conſtet. de conſec. d. 4. an ſacerdos. D. Thom. 3. part. q. 67. art. 4. q. 1. & in caſu neceſsitatis non ordinati, cum ſtola, & manipulo, vel cotta, baptizantes eſſent irregulares c. 1. de cler. non ord. min.

De

Digitized by Google

De intentione Ministri.

QVAESITVM VI.

SVMMARIVM.

1 *Intentio ministri in baptismo quænam debeat esse.*
2 *Intentio ministri baptizantis sufficit, si sit intentio faciendi, quod facit ecclesia.*

Quæ est debita intentio ministri?

1 DIC. Quod debet esse, facere quod facit ecclesia, vt v. g. qui baptizat debet habere intentionem faciendi, quod facit ecclesia; vbi nota, quod, & si intentio baptizantis non dirigeretur ad finem ablutionis, qui est facere illum Christianum, & membrum Christi, sed tantum baptizare illum iuxta inentionem ecclesiæ, adhuc esset verè Baptismus, quia intentio ministri non est necesse, vt feratur in supremum illum fi-
2 nem, sed sufficit, vt feratur in finem proximum, qui est faciendi, quod facit ecclesia Sot. in 4. d. 1. q. 5. art. 8. qui refert ita tenere Scot. in 4. d. 6. q. 5. quod probatur esse verum per can. 1. q. 1. Spiritus sanctus.

QVAESITVM VII.

SVMMARIVM.

1 *Si quis simul cum intentione faciendi, quod facit ecclesia haberet intentionem faciendi aliquod peccatum baptizans vere baptizat.*
2 *Idem dic, si hoc modo etiam ludens baptizaret.*

An esset vere baptismus, si quis baptizando haberet intentionem faciendi, quod facit ecclesia, & insimul intentionem committendi adulterium, aut aliud peccatum?

DIC.

Digitized by Google

1 DIC. Quod ſic, & ita habetur de conſec. d. 4. can. non
2 illud, & D. Thom. in 4. d. 1 q. 5. art. 10. ſic etiam eſſet Baptiſmus, ſi quis fingendo ſe eſſe presbyterum per ludum baptizaret, cum intentione tamen faciendi, quod facere ſolent Presbyteri, & ita habetur in Can. ſuperius allegato Spiritus ſanctus 1. quæſt. 1.

QVAESITVM VIII.

SVMMARIVM

1 *In baptiſmo, ſi deeſt intentio babtizantis infans non remanet baptizatus.*

2 *Adultus verò in hoc caſu propter eius fidem, & deuotionem remanet baptizatus baptiſmo flaminis.*

3 *Omnis baptizatus cenſendus eſt verè baptizatus, nec eſt rebaptizandus, niſi conſtet de intentione contraria miniſtri, vel ſuſcipientis.*

An ſaluabitur baptizatus, ſi miniſter baptizãdo profert debita verba ſuper debita materia, ſed malitioſe non habet intentionem baptizandi?

1 DIC. Quod, vel loquimur de infantibus, & tunc ſi deeſt maligni baptizantis intentio quamuis alij dixerint ſupplere ſuperni ſacerdotis miſericordiam, nihilominus abſolute dicendũ eſt non baptizari, aut loquimur de adultis, & tunc ſuffi-
2 cit eis eorum deuotio, & fides, & ſaluarentur Baptiſmo flaminis, quia vtique ſi eſſent certi non fuiſſe vere baptizatos ob malitiam Miniſtri vel ob defectum caperent iterum baptiſmum.

3 Sed dic melius, quod cum Miniſter agat in baptizando, vt Miniſter eccleſiæ, & per prolationem formæ exprimitur intentio Eccleſiæ cenſendus eſſet verè baptizatus niſi tamen exterius contrarium appareret per intentionem Miniſtri, vel ex parte ſuſcipientis D. Thom, vbi ſupra,

QVAE-

Digitized by Google

QVAESITVM IX.

SVMMARIVM.

1 *Tam in collatione baptismi, quam aliorum Sacramentorum requiritur virtualis intentio ministri.*

2 *Virtualis intentio ministri semper perseuerat, nisi fuerit interrupta per contrarium actum.*

An esset baptismus, si quis sciens natum puerum habet intentionem illum baptizandi, cum ad baptismum defertur, quę tamen post octo dies, vel aliud tempus ad baptismum portatur, interim minister nihil de puero baptizandi, vt intendebat prius, cogitauit, sed postea ex improuiso ei oblatum baptizet.

1 DIC. Quod tunc non esset Baptismus, quando nulla præcessit intentio saltem virtualis, tam in collatione Baptismi, quam aliorum sacramentorum, quæ intentio illum mouet
2 ad baptizandum Sot. in 4. vbi supra ex sent. D. Thom. Hic autem virtualis intentio videtur perseuerare, si non fuerit interrupta per contrarium actum.

De materia Baptismi.

QVAESITVM X.

SVMMARIVM.

1 *Multæ rationes assignantur, cur in aqua, & non in alio liquore sacramentum baptismi fuerit institutum.*

De materia baptismi, prophetia, & figura in veteri testamẽto.

2

Cur in aqua, & non in alio liquore sacramentum Baptismi fuit institutum?

1 DIC.: Primo, quia aqua vbique habetur, ne quis defectus materiæ excusaretur. Secundo, quia sicut aqua lauat sor-

des

Digitized by Google

des corporis exterius, ſic gratia per aquam mundat animam interius. Tertio, Quia, ſicut aqua pro refrigerando caloris feruore a corporibus humanis ſolet eſſe remedium, ſic ad tollendas animi cocupiſcentias, per Baptiſmũ ipſius materia in aqua inſtituta fuit. Quarto, quia, ſicut aqua ratione ſui puritatis nil relinquit odoris, aut maculæ, vt vinũ vel alius liquor, ſic Baptiſmus nullam maculam peccati in baptizato relinquit, ideoque congruentiſsime in aqua materia baptiſmi inſtituta fuit, Cathech. Rom. de ſacramento baptiſmi.

2 De qua materia Baptiſmi ſunt prophetiæ & figuræ in ſcriptura veteri, vt Ezech. 36. effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus iniquinamẽtis veſtris, & Geneſ. 1. Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas, & Ezech. 44. Effundam aquam mundam, & Exod. 2. vbi Moiſes demergitur in flumen, quem filia Regis, ideſt, Eccleſia ex aquis extollit, vt de conſec. d. 4. c. nequemquam. Præterea Ezech. 16. quando lota es, non es lota aqua in ſalutem. Inſuper diluuium aquæ tẽpore Noe fuit figura baptiſmi, vt 1. Petri c. 3. Vel arca patris Noe.

QVAESITVM XI.

SVMMARIVM.

1 *Nec in lixiuio nec in eo omni, quod vere adeſt aqua naturalis Baptiſmus fieri poteſt.*

2 *Lixiuium, & brodium ſi ſit taliter alteratum, vt non perdiderint formam aquæ naturalis poteſt in ipſis fieri Baptiſmus.*

An poſſet fieri baptiſmus in lixiuio, vel aqua, quæ ſolet fluere ex naribus hominum, aut animaliũ, vel in lacrymis, vel in ſputo, vel in aqua, quæ fluit ex inciſionibus vitis, vel in aqua, quæ ſupernatat in ſanguine, vel in aqua, quæ per diſtillationem, ſeu compreſſionem ex herbis, ſeu floribus ſeu radicibus exprimitur?

DIC.

Digitized by Google

1 DIC. Quod non, quia huiusmodi non sunt veræ aquæ
2 naturales. Sed de lixiuio dic, quod si non esset ita per cineres alteratus, vt aquæ naturam amiserit, posset in eo fieri baptismus. Idē de brodio, si non esset pinguedine spissum, vt quæritas aquæ in ea non esset sed appareret quoddam tertium.

QVAESITVM XII.

SVMMARIVM.

1 *In aqua vitis non potest fieri babtismus.*
2 *In aqua Sulphurea potest fieri, dummodo non amiserit naturam aquæ.*

An posset fieri baptismus in aqua, quæ ardere solet vt aqua vitis ab alchimistis composita, vel in aqua sulphurea?

1 DIC. Quod in aqua vitis non potest fieri baptismus, sed
2 in sulphurea bene potest fieri dummodo non ita superaretur à qualitate sulphuris, vt aquæ naturam amiserit.

QVAESITVM XIII.

SVMMARIVM.

1 *Liquor immixtus aquæ, si naturam suam aqua perdiderit, nō potest esse materia baptismi.*
2 *Regula generalis est: mixtio, vel alteratio, quæ tollit naturā aquæ, efficit, vt illa non sit debita materia baptismi.*

An baptismus fieri possit in aqua naturali, sed admixta cum vino, vel oleo, vel alio aliquo liquore, vel cum alio corpore?

1 DIC. Quod si liquor immixtus superat naturam aquæ, vel sit in pari quantitate, ita vt tertium quoddam genere

tur,

Digitized by Google

tur, non poteſt fieri baptiſmus, ſic etiam quando aliud corpus in aquã immitteretur, vt terra, vel cinis, quãdo aqua ſuperaretur ab illo. Et ſit regula generalis, quod illa mixtio, ſeu alteratio impedit, quominus aqua ſit idonea materia baptiſmi, quæ tollit naturam aquæ, ſed ſi immixtio ſit pauca, vt aquæ natura remaneat, poteſt in ea fieri baptiſmus.

QVAESITVM XIV.

SVMMARIVM.

1 *Aqua veneno admixta vbi ſit periculum mortis non eſt apta materia baptiſmi.*
2 *Similiter nec aqua ebulliens, quæ mortis eſſet cauſa.*
3 *Aqua ex ſale reſoluta calore Solis, vel ignis ex aqua maris concreta, eſt materia baptiſmi: ſecus de ſale excauato ex foſſis.*

An poſsit fieri baptiſmus in aqua reſoluta ex ſale, vel in aqua ebullienti, vel in aqua, in qua eſſet infuſum venenum?

1 DIC. Quod aqua, in qua eſſet mixtum venenum, ſi eſſet
2 periculum mortis, non eſſet apta materia baptiſmi, nec
3 aqua ebulliens, ſi calore illius mortis periculum infantulo immineret; de aqua reſoluta ex Sale, ſi ſal eſt ex fodinis, vel foſſis excauatum, non poteſt fieri baptiſmus in ea, ſed ſi ſal eſt concretum calore Solis, vel ignis ex aqua maris, poteſt in ea fieri Baptiſm°.

Digitized by Google

QVAESITVM XV.

SVMMARIVM.

1 *Peccat Minister baptizans absque necessitate in aqua nigra vel rubea, vel alijs coloribus.*
2 *Sic bapizatus debet postea baptizari sub conditione.*
3 *Sic baptizans ex necesitate non peccat.*
4 *Sed an sit baptizatus, explicatur*

An possit fieri baptismus in aqua naturali, seu nigra vel rubea, aut aliàs colorata?

1 DIC. Quod nulla vrgenti necessitate peccat minister vtẽs aqua huiusmodi, quia esset dubium, si esset apta materia aqua alterata, vel corrupta ab accidentibus, & ratio est, quia exponit se periculo inualiditatis sacramenti in detrimentum, tàm
2 graue animæ, proximi, & baptizatus huiusmodi esset rebaptizãdus sub conditione, incipiendo a negatiua; si non es baptizatus, ego te baptizo, &c. Secus esset dicendum in extrema necessitate deficiente alia aqua, quia tunc non peccaret, nam minister ex actu charitatis moueretur, quantum in se esset proximi periculo prouidere, sed absque necessitate peccaret, vt dictum est,
4 an autem esset Baptismus scit, qui omnia nouit, sed tu dic, non esse Baptismũ si alteratio accidentium aquæ naturam mutasset

QVAESITVM XVI.

SVMMARIVM.

1 *Aqua baptismi necessario debet tangere corpus.*
1 *Non esset baptizatus si tantum aqua tangeret capillos vel vestes, vel esset coopertus pelle secondina.*

An sit necessariũ in baptismo, vt aqua tangat corpus baptizati realiter, & satis sit si tãgat capillos?

DIC.

Digitized by Google

1 DIC. Quod neceſſarium eſt, vt tangat corpus, quia ca-
2 pilli non ſunt pars corporis humani, ſed potius excre-
menta quædam D.Thom.3.p.q.66.art.2.Sot.in 4.d.5.q.1.art.
3. Et eo minus non eſſet baptiſmus, ſi tangeret tantum veſtes,
vel ſi baptizaretur coopertus pelle ſecundina, quia aqua non
tangit corpus, nam pellis illa ſecundina eſt extra corpus infan-
tis,licet Syluester aliter ſentiat.verb. Baptiſmus n.4.q.1.& alij.

QVAESITVM XVII.

SVMMARIVM

1. *Tribus modis poteſt fieri baptiſmus, Primo, aquæ effuſione, Secundo, aſperſione, Tertio, immerſione.*
2. *Immerſio poteſt eſſe vna, vel trina, & huius ſignificatio explicatur.*
3. *Baptizans debet obſeruare conſuetudinẽ Cathedralis eccleſiæ. Baptizans trina immerſione ſi in prima proferret formam baptiſmi, verè baptizaret, ſi habeat intentionem, etiam si relinquat alias immersiones.*

An poſſit fieri baptiſmus vna immerſione, vel trina vel aſperſione ad libitum miniſtri?

1 DIC. Trib'modis poſſe Baptiſmũ fieri. Primo effuſione
aquæ,quando infunditur ſuper caput,ſeu corpus pueri
ex aliquo vaſe. Secundo, aſperſione quando aqua aſpergitur
2 per ſpongiam ſeu ramum. Tertio, immerſione, quando puer
per latera aut brachia immergitur in aqua,& hæc immerſio po-
teſt eſſe vna, vel trina;ſi eſt vna ſignificatur vnica mors Chriſti,
& vnica Deitas, ſi trina, ſignificatur Trinitas diuinarum perſo-
narum,& triduum ſepulturæ Chriſti D.Greg. lib.1. Epiſt. c. 4.
3 & habetur de conſec. d.4.in c.Doctrina. Sed baptizans debet
in modo baptizãdi obſeruare conſuetudinẽ Eccleſiæ Cathedra
lis,alias peccat ſaltem venialiter Sot.lib.4.d.6.art.2. Sed D.Th.
dicit peccare grauiter 4.ſent.q.66.art.8.

Digitized by Google

4 Qui minister si haberet intentionem baptizandi trina immersione,& tamen in prima immersione proferret formam verborum,& omitteret secūdam,& tertiam immersionem, verè baptizaret,si habuit intentionem faciendi,quod ecclesia. Cact. in 3. par.q. 66.art.8.ad 4. Victoria de baptismo num. 19. & ratio est,quia intentio ministri conformatur vt dix mus intentioni,& consuetudini ecclesiæ. quæ non vtitur trina immersione, tanquam simpliciter necessaria, sed tanquam accidentali ceremonia,quia si esset trina immersio de essentia Baptismi, tunc non baptizaret, qui per aspersionem baptizat, q tamen est falsum.

QVAESITVM XVIII.

SVMMARIVM

1 *Baptizans non seruans consuetudines Cathedralis Ecclesiæ in baptizando peccat.*
2 *Hodie in vsu est baptizare per aquæ effusionem semel, vel ter, in quo seruanda est consuetudo loci.*
3 *Infantulus infirmus leuissimis guttis saltem caput tãgentibus potest baptizari*

An minister vere baptizaret,si in baptismo discederet ab vsu, & consuetudine ecclesiæ Cathedralis circa modum, vt per immersionem trinam, vel vnam, aut per aspersionem, aut per effusionem aquæ?

1 DIC. Quod baptizans non se conformans matrici ecclesiæ, quantum ad ceremonias, & accidentalia, licet vere baptizaret, peccat saltem venialiter, vel secundum
2 D. Thom. grauiter, vt supra. Et hic notet Parochus, quod antiquitus baptizabatur per trinam immersionem c. de trina c.de multis c.eodem modo de consec. d. 4. & etiam per aspersionem,vt in Act. Apost.sed hodie in vsu est baptizare per effusionem

Digitized by Google

ſionem aquæ, vt fit Romæ,&hic Beneuenti, eiusque Diœceſi & multis alijs locis, vt noui, quæ effuſio poteſt fieri ſemel, ſeu ter, c.de trina loc. citato,& conſuetudo loci ſeruanda eſt; Be-
3 neuenti, & in ſua Diœceſi fit ter. poterit infirmus infantulus baptizari leuiſſimis guttis per aſperſionem Sot.4.d.3.q.1.ar5. & ſufficit ſi gutta caput tantum tangat, nam caput eſt pars principalis corporis,in qua omnes ſenſus vigent D.Thom.3.p, q.66. art. 7.& 8. & ſic regulariter baptiſmus debet fieri in capite.

QVAESITVM XIX.

SVMMARIVM.

1 *In caſu neceſſitatis poteſt fieri baptiſmus in aliqua parte corporis extrema quæ appareat, vt digitus, pes, manus.*
2 *Puer tamen ſi viuus egreditur ſub conditione debet baptizari.*
3 *Secundum aliquos tamen hoc non eſt neceſſarium.*
4 *Quid agendum de puero ſuperuiuente baptizato in caſu neceſſitatis.*

An poſſet fieri baptiſmus in aliqua extrema parte corporis, vt in digito pedum, vel manuum?

1 DIC. Quod ſi non appareat alia pars principalior corporis, tunc baptizanda eſſet illa pars extrema, quæ
2 apparet,vt digitus,pes,vel manus. Sed ſi puer integer poſtea egredietur viuus, quia dubium eſt, an ſit baptizatus in illa extrema parte corporis, erit ſub forma conditionali baptizandus quæ eſt huiusmodi: ſi es baptizatus,non te baptizo,ſed ſi non es baptizatus,ego te baptizo in nomine Patris, & Filij,& Spiritus ſancti amen. D.Thom.3.par,q.63.art.11. Victoria de Baptiſmo num. 32. Petrus a Sot. lect. 1.de baptiſmo, quæ forma
3 habetur in cap. de quibus de Bapt. licet alij affirment eſſe verè baptiſmum ex cõtactu cuiusuis,etiam extremæ partis corporis

Digitized by Google

illa ratione, quia anima est tota in qualibet parte corporis Innoc.& Abb. in c. debitum de Bapt. Gloss. in l.3.ff.de acq.poteſt.Aug.in num. Baptiſmus 4. num. 2. ſed prior ſententia ſecurior. Baptizatus in caſu neceſſitatis ſi poſtea ſuperuiuens deferetur ad eccleſiam ad ſupplendum ceremonias, non propter hoc eſt iterum baptizandus.

QVAESITVM XX.

SVMMARIVM.

1 *Puer non eſt baptizandus ſuper ventrem matris.*
2 *Et ſi crederetur mater pueri iam, iam moritura, non eſt aperienda, vt puer baptizetur.*

An ſi dubitaretur de morte matris, & nulla pars infantis extra vterum appareret, poſſet baptizari ſuper ventrem matris?

1 DIC. Quod non c. qui mater nis, &c. ad matris de conſec. d.4 quia non poteſt renaſci ſpiritualiter qui corpo
2 raliter natus non eſt, nec eſſet aperienda mater, etiam ſi certo crederetur iam iam moritura.

QVAESITVM XXI.

SVMMARIVM

1 *Si mater pueri vere ſit mortua aperiendus eſt eius vterus ad baptizandum puerum.*
2 *Si puer inuentus fuerit mortuus, nec baptizandus, nec ſepeliendus eſt in loco baptizatorum.*

An ſi mater eſſet mortua, & aduerteretur infans eſſe viuus, nũ eſſet aperiendus venter matris mortuæ

Digitized by Google

tuæ, vt viuus infans extraheretur ad Baptiſmum?

1 DIC. Quod ſic, vt habetur in l. poſthumus ff. de inoff. teſtam. ſed bene aduertendum eſt, vt mater ſit vere mortua, & non ſtatim exſpirata, cædatur eius venter, quia ſolet aliquando homines aliquo accidente corripi, vt mortui videantur, ſed matre apparente mortua debet in eius ore aliquid poni vt apertum teneatur, & inde infans reſpirare poſſit, & ſic poſtea extractus de vtero verè mortuæ baptizari, & baptizatus, ſi deinde moriatur, poterit in eccleſia ſepeliri Nauar. c. 22. num. 6.
2 Manual. Sylu. num. ſepultura. Sed ſi repertus fuerit mortuus infans, ex vtero matris extractus, nec baptizari, nec in loco baptizatorum ſepeliri poterit. Pater Marius fulgentiſſimum ſydus Societatis Ieſu ſæpe à me citandus in ſua lect. de Baptiſmo.

QVAESITVM XXII.

SVMMARIVM.

1 *Si per contactum aquæ creditur puer moriturus, non eſt baptizandus.*
2 *Ad euitandum periculum mortis, debet puer leuiter aſpergi aqua.*

An eſſet baptizandus aliquis, cui crederetur per cõtactum aquę eſſe inferendam mortem, vel mortis acceleratione euenturam?

1 DIC. Quod non, quia non ſunt facienda mala, vt veniãt bona, ad Rom. 8. Sot. in 4. d. 3. q. 1. art. 8. & qui in hoc caſu baptizaret etiam ſi bono fine faceret, ſecuta morte baptizati eſſet homicida, & irregularis. Sed ad euitandum periculum mortis poteſt baptizandus leuiter aſpergi aqua, vel effundi
2 Sylu. num. Baptiſmus q. 5. ab Aug. de Baptiſmo S. 8. num. 1.

Digitized by Google

QVAESITVM XXIII.

SVMMARIVM

1 *Mater prægnans si ob fidem occidatur ipsa saluabitur martyrio, puer vero baptismo sanguinis.*

An si mater prægnans occidatur ob fidem Christi, & ipsa sit infidelis, saluetur ipsa, & infans eius nondum natus?

1 DIC. Quod ambo saluarentur, mater martyrio, & infans baptismo sanguinis, vt fuerunt SS. Innocentes Sot. in 4. d. 5. art. 3. in fin. Sylu. num. Baptismus 2.

De forma Baptismi, nempe, ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & spiritus sancti amen, Et de casibus particularibus baptismi.

QVAESITVM XXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Si in forma Baptismi baptizans omitteret ego, vel amen, & loco baptizo diceret abluo, & loco te poneret nomen, vel vocibus æquiualentibus vteretur; verè baptizaret.*

2 *Personæ sanctissimæ Trinitatis debent exprimi in forma baptismi.*

An esset baptismus, si omitterentur illa duo verba ego, & amen, vel si loco baptizo poneretur abluo, & si loco vocabuli, te, poneretur nomen baptizantis, vel ponerentur aliæ voces æquiualentes, & loco Patris, & filij, & Spiritus sancti, ponerentur alia vocabula significantia Trinitatem?

DIC.

Digitized by Google

1 DIC. Quod omittens Ego,& Amen,& loco verbi baptizo, ponens abluo,& loco te,ponens nomen, vel ſi vteretur vocibus æquiualentibus,verè baptizaret:ſed quoad perſo
2 nas ſanctiſſimæ Trinitatis debent exprimi per notiora vocabula nempe in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, quia ſic Chriſtus inſtituit,ſed eſſet baptiſmus ſi ex ignorantia latinæ linguę diceretur,Ego te baptizo in nomine patria,& Filia,& Spiritus ſancta,dummodo per patria non intelligeret patriam, & per filiam non intelligeret fæminã, & per Spiritũ ſanctam, nec etiam fæminam, & non ſit error in principio dictionum, ſi diceret matris loco patris,& ſic vellet inducere errorem in eccleſia,quia tunc nõ eſſet baptiſmus,& ſic baptizans eſſet vehemẽter ſuſpectus de hæreſi.Summiſtæ omnes,& hæc forma eſt pronuncianda imergendo aquam

QVAESITVM XXV.

SVMMARIVM.

1 *Baptiſmus collatus in nomine Trinitatis implicitè non eſt baptiſmus.*
2 *Nec etiam eſt vere baptiſmus collatus, in nomine Dei, vel Domini.*
3 *Baptiſmus collatus in nomine Trinitatis cum explicatione trium perſonarum, valet.*

An eſſet Baptiſmus ſi miniſter diceret ego te baptizo in nomine Trinitatis, vel ego te baptizo in nomine Dei, aut in nomine Domini, aut in nomine Chriſti amen.

1 DIC Quod baptiſmus collatus in nomine Trinitatis implicite non eſt baptiſmus, qui ex Chriſti inſtitutione facienda eſt expreſſio ſanctiſſimæ Trinitatis in numero perſonarum,

Digitized by Google

sonis, prout relationibus, & proprietatibus constituuntur, & distinguuntur, nec est tenenda opinio Cae. in 3. d. q. 66. art. 6. aliter sentientis.

2 Sic etiam eadem ratione non esset baptismus collatus in nomine Domini, quia non fit explicatio Trinitatis, vt supra, & licet habeatur in c. à quodam Iudæo de consec. d. 4. quod bap-
3 tismus collatus in nomine Trinitatis valeat, id intelligat Parochus cum explicatione trium personarũ, & ita explicauit Innoc. in c. firmiter de summ. Trin. & fid. Cath. & alij. vide Sot. 4. d. 3. q. 1. art. 6.

QVAESITVM XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Baptismꝰ collatus ab Apostolis in nomine Christi fuit validus.*
2 *Hoc late explicatur*

Quomodo fuit validus Baptisinus collatus ab Apostolis in nomine Christi, vt habetur Actor. 10. & 19.

1 DIC, Quod fuit validus ex dispensatione diuina in primitiua ecclesia ad magis cõmendandum nomen Christi, quod erat nimis exosum Iudæis, & gentibus D. Thom. 3. p. q. 66. art. 6. ad primum, & est communis omnium Theologorum; vel dic, quod Apostoli baptizarunt in nomine Christi, id est, in fide Christi, vel authoritate Christi, vel baptismo à Christo instituto ad differentiam baptismi Ioannis, & tamen vtebantur forma à Christo præscripta: nam dictum fuit eis euntes in mundũ vniuersũ baptizate oẽs gentes in nomine Patris, & filij, & Spiritus sancti, Amen. Videat Parochus Cathech. Rom. de baptismo. Et ita videtur tenere Melchior Canus lib. 6. c. 8. de

locis

Digitized by Google

locis Theologis. Sed ex ſententia Ambroſij in baptiſmo collato in nomine Chriſti totam Trinitatem intelligi declarat lib. 1. de Spiritu ſancto. Sic etiam alij dixerunt in baptiſmo collato in nomine Patris tantum, vel Spiritus ſancti tantũ, vt refert Mag. in 4.d.3. vbi in fine concludit tutius eſſe, vt tres perſonæ Trinitatis explicite nominentur, & dicatur forma ſolita in nomine Patris, & Filij,& Spiritus ſancti, Amen. Sed hæc forma ſolita neceſſaria eſt ad valjditatem ſacramenti. Et hic nota, quod hæc nomina, Chriſtus, Ieſus, & Filius Dei, ita intelligantur, q̃ vocatur filius Dei, in quantum eſt Deus à Deo, dicitur Chriſtus in quantum eſt homo quantum ad naturam humanam aſſumptam à perſona Diuina, dicitur Ieſus, in quantum Deus eſt vnitus humanitati, ex Alexandro de Aleſ. 3. Sum. Et Chriſtus dicitur vnctus Summ. plenitudine gratiæ, & Ieſus dicitur Saluator.

QVAESITVM XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Non eſt neceſſaria expreſſio pronominis Ego, in forma baptiſmi.*
2 *Nec eſt neceſſaria particula Amen.*
3 *Peccat malitioſe omittens pronomen Ego, & particulam Amen.*

An in baptiſmo ſit de neceſſitate ſacramenti exprimendum illud pronomen ego, vel alio modo ſit ſignificanda explicite perſona miniſtri?

1 DIC. Quod non eſt ſimpliciter neceſſaria expreſſio prominis ego, nec alterius verbi ſignificãtis perſonã miniſtri, ſed ſufficit exprimere actionem, in qua implicitè continetur miniſter, nempe ſatis eſt ſi dicatur, baptizo te, aut, vt Græci baptizant. Baptizetur ſeruus Chriſti, in nomine Patris, & filij, & Spiritus

Digitized by Google

ritus ſancti, Amen; ſic etiam illa particula, Amen, non eſt de neceſsitate ſacramenti, ſed peccaret mortaliter, qui malitioſe omitteret pronomen ego, & amen, propter præceptũ Eccleſiæ

QVAESITVM XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Si in forma baptiſmi non proferatur verbum baptizo non eſt baptiſmus.*

2 *Loco verbi baptizo, ſi dicat lauo, abluo, aſpergo, effundo, intingo, & ſimilia verba ſignificantia, id eſt, ex vſu loquentium, vel proprieate ſermonis. efficitur baptiſmus, ſed peccatur mortaliter.*

An eſſet baptiſmus ſi quis diceret ego te in nomine Patris, & Filij, & ſpiritus ſancti amen, & tamen effundit aquã, ſed non profert verbum baptizo?

1 DIC Quod non eſt baptiſmus, quia eſt neceſſario exprimenda actio miniſtri, vt habetur in c. 1. de baptiſmo D. Thom. q. 66. art. 5. ad ſecũd. & ratio eſt, quia in vnoquoque Sacramentorum debet exprimi verbum illud, quod facit miniſter per quod ſignificatur, & efficitur principalis effectus ſacramenti: Vnde, cum dicit Miniſter, Ego te baptizo, ſignificat & efficit lotionem in anima baptizati, & ſi omitteret verbum baptizo non exprimeret, quod facit: poſſet tamen loco
2 verbi baptizo vti alijs verbis idem ſignificantibus ex communi loquendi vſu, vel ex proprietate Sermonis, vt abluo, aſpergo, effundo, lauo, intingo, & ſimilibus, vt in 4. d. 3. q. 1. art. 3. Dicunt Doctores, ſed mutans malitioſe peccaret, & nota, quod ſi moriatur infans ante finem formæ, non eſt baptizatus: ſed ſi moriatur miniſter, debet puer ſub conditione baptizari, & eſt communis, dummodo neſciatur an protulerit formam baptiſmi.

QVAE-

Digitized by Google

QVAESITVM XXIX.

SVMMARIVM.

1 *Neceſſarium eſt in baptiſmo exprimere perſonam, quæ baptizatur per pronomen (Te.)*

2 *Aliter faciens peccaret.* (*tur.*

2 *Baptizãs maſculũ an ſit baptizatus, ſi poſtea fœmina reperia-*

An ſit neceſſario exprimenda perſona ſuſcipientis baptiſmum?

1 DIC. Neceſſario exprimendam eſſe perſonam ſuſcipientis baptiſmũ per pronomen te; vt dicendo, Ego te bap-
2 tizo, &c. Quod ſi per nomen illius, vel per aliam vocem ſignificantem nomen illius, aut officium, aut dignitatem, vt ſi dicatur, Ego baptizo Petrum, vel, ego baptizo veſtram Dominationem, vel, veſtram Maieſtatem, vel, ego baptizo Ducem exercitus, vel ciuitatis, vel ego baptizo Seruum Chriſti, vel ego baptizo hunc hominem in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, amen. eſſet baptismus, ſed ita baptizans peccaret mortaliter, ſi ex ignorantia, venialiter ſaltem, ratio, quare ſit exprimẽda perſona baptizandi per pronomen te, eſt, quia actio baptiſmi debet terminari ad eum qui baptizatur, nam omnia ſacramenta, excepto ſanctiſſimo ſacramento Altaris, ſunt ſacramenta, dum fiunt, & perficiuntur vſu, & applicatione materiæ ad ſubiectum Sylu. verb. Baptiſmus 1. q. 3. Petrus à Sot. loc. ci. Victoria de Bapt. num. 14. lege Sot. 4. d. 1. q. 5. a. 8. optimè hanc rem reſoluentem.

3 Et ſi quis baptizaret, maſculum, & ei nomen maſculinum imponeret, & ita intenderet, & non aliter, ſi poſtea reperietur fœmina, non eſſet baptiſmus C. quamuis, &c. ſolent de conſec. d. 4. Sed ſi volebat baptizare creaturam ſibi propoſitam, quæcunque illa eſſet teneret baptiſmus. Et hic nota, quod Hermophroditus eſſet baptizandus in ſexu prædominanti.

QVAESITVM XXX.

SVMMARIVM.

1 *Si quis baptizando diceret; ego te baptizo in nomine. Patris & Filii, & Spiritus ſancti, vel in nomine Patris, & nomine filij, &c. non eſſet vere baptiſmus.* 2 *Ra-*

Digitized by Google

2 *Ratio huius late assignatur.*

3 *Si quis diceret, battizate Christo, & io nel nome del padre, &c. vel sic, hic baptismus fit in nomine patris, &c. non esset vere baptismus.*

An esset baptismus, si quis diceret: Ego te baptizo in nominibus Patris, & Filij, & spiritus sancti, amen. vel, Ego te baptizo in nomine Patris, & in nomine Filij, & in nomine Spirjtus sancti;

1 DIC. Quod vtroque modo non esset baptismus, quia
2 nomen in Trinitate, aut significat diuinam naturam, aut substantiam, & essentiam, aut significat notitiam, quæ habetur de Deo in hac vita, aut significat virtutem, auctoritatem, & potestatem sanctissimæ Trinitatis omnibus his modis vna est, nam vna est natura, substantia, & essentia Dei, vna est virtus, auctoritas, & potestas summa, & maxima, & vna est notitia, & consequenter vnicum nomen. Itaque dicendo in nomine Patris, est ac si dicatur in essentia Patris, Filij, & Spiritus sancti amen: si autem diceretur in nominibus esset falsa forma, quia significaretur in Trinitate esse plures essentias, sicut si diceretur in nomine Patris, in nomine Filij, & in nomine Spiritus sancti, quia significaretur quamlibet personam in Trinitate habere suam essentiam, quod repugnat veritati, & Symbolo sancti Athanasij, & hic obiter adnotare placet Dominum Camillum Castellanum Pharensem virum in Auditoratus officio per plures annos in hac Archiepiscopali Curia sub Maximiliano Archiepiscopo, integrum vita, absque omni prorsus querela, immo communi omnium consensu laude dignissimum solitum mihi dicere inter suas iaculatiuas orationes sæpe vti illa. Deus in nomine tuo saluum me fac, quam dixit maximæ efficaciæ semper ei fuisse in eius necessitatibus, quem ego gaudeo imitari.

3 Et an esset baptismus, si quis diceret, Battizete Christo, & io nel nome del Padre, e del Figlio, e del Spirito santo amen. sine verbo

Digitized by Google

verbo Baptizo, & infunderet aquam ? Dic, quod non, ob rationem vt ſupra ; ſicut non eſſet baptiſmus, ſi quis diceret : hic baptiſmus ſit in nomine Patris,& Filij,& Spiritus ſancti, amen. quia non exprimitur perſona baptizantis

QVAESITVM XXXI.

SVMMARIVM.

1 *Baptiſmus factus in nomine genitoris, geniti, & procedentis, non eſt vere baptiſmus per ſtabiliorem ſententiam.*

An eſſet baptiſmus, ſi diceretur, Ego te baptizo in nomine genitoris, & geniti, & procedentis ab vtroque ?

1 DIC. Quod non D. Thom. 3.par. q.66. art.5. &. 6. & ita ſentit Bonau. Scot. Ricc. & alij. Caet. in 3. par.qu. 66. art. 5. ad. 5. & Vict. de Bapt. num. 14. tenent contrariũ, ſed prima opinio eſt probabilior, & ratio eſt, vt D. Thom. ibi, quia ſicut aqua ſumitur pro materia Baptiſmi, quia eius vſus eſt communior ad abluendum, ſic in forma Baptiſmi aſsumuntur ea nomina, quibus communiter conſueuerunt nominari perſonæ ſanctiſsimæ Trinitatis, tanquã per vocabula notiora in noſtra lingua, qualiter nó sũt illa vocabula genitor, genitus, & procedens,& ideo in ipſis non perficitur Sacramentũ baptiſmi, & particula illa (&) eſt de ſubſtantia formæ inter perſonas ſanctiſsimæ Trinitatis exprimenda, aliàs non eſset Sacramentum, & eſt communis Theologorum, & Canoniſtarum Maior. 4. ſent.cum Palud. Io. Andr. cũ alijs. Innoc. in c. 1. de Bapt. Summiſtæ verb. Bap. ſed poſset loco illius poni altera particula idem ſignificans,ſed peccaret ſi ex malitia, ſecus ſi ſine malitia.

Idem dic de illa particula (in) ſi omittatnr non eſt baptiſmus D. Thom. 3. par. q.66. art. 5. Nau. c. 22. num.5.

QVAE-

Digitized by Google

QVAESITVM XXXII.

SVMMARIVM

1 *Si plures simul vnum baptizarent, si debitæ conditiones intercedant, vere est baptismus, sed essent tales puniendi.*

2 *Si eorum vnus prius altero verba proferret, ille tantum baptizaret, reliqui nihil facerent, & essent tanquam rebaptizantes.*

3 *Si illi plures vellent, vt causæ partiales concurrere ad sacramentum baptismi conficiendum, non conficerent sacramentum, etiam si sub quacumque forma baptizarent.*

An esset baptismus, si plures simul vnum baptizarent?

1 DIC. Quod si plures eodem tempore proferrent verba formæ, & applicarent materiam intendentes seorsum per se baptizare, vt causa ministerialis, totalis, & independens, quia forte omnes prætendebant habere ius baptizandi, verum conferrent sacramentum, quia affuerunt omnia substantialia, sed deberent puniri de inordinato modo baptizandi D. Th. 3. par. q. 63. art. 6. Sylu. Bapt. 3. q. 7.

2 Sed si vnus prius alijs proferret verba, & ministraret materiam tunc ille solus baptizaret, reliqui vero nihil facerẽt, & tanquam rebaptizantes puniri possent D. Th. loc. ci.

3 Si autem illi plures vellent vt causæ partiales componentes vnum aliquod omnes concurrere ad conferendum Baptismũ, siue si dicant Nos te baptizamus, siue si dicant singuli. Ego te baptizo intelligendo simul cum alijs baptizare, & non per se solum, tunc non perficitur sacramentum, DD. loc. ci. vt supra. Et ratio est, qui ex institutione Domini nostri Iesu Christi Minister baptismi debet baptizare, vt causa, & independens ab alijs cum sufficiat vnus minister ad baptizandum: cum vero plures baptizarent non, vt vnus, sed simul coadiuuantes non esset baptismus, quia non esset vnus minister iuxta Christi institutiu

Digitized by Google

ſtitutionem, ſed vnus ab altero dependeret. Durand. autem in 4. d.3.q.3.& Palud.q.2.cum Anton.lo.ſupraci. tenent contrarium,ſed melior eſt ſententia mei Doctoris Angelici.

QVAESITVM XXXIII.

SVMMARIVM.

1 *In caſu neceſſitatis vnus poteſt ſimul plures baptizare, dicendo: Ego vos baptizo.&c.*

An eſſet baptiſmus, ſi vnus eodem tempore plures baptizaret?

1 DIC. Quod in caſu neceſsitatis vnus poteſt plures ſimul baptizare ſub hac forma. Ego vos baptizo &c. & tunc eſſet baptizandum hoc modo cum immineret ruina, aut gladius, aut aliud huiumodi, & ratio quare eſſet baptiſmus, quia plurale non eſt niſi ſingulare geminatum D. Thom. 3. p. q.67.art.6. ad ſecundũ Sylu. bapt. 5.q.9.& ita intelligendũ eſt fuiſſe baptizatam multitudinem à D. Petro Act. 2. Sed nota non eſſe hoc ponendum in vſu, niſi vrgente neceſsitate,vel alia iuſta cauſa,

QVAESITVM XXXIV.

SVMMARIVM

1 *Baptiſmus non poteſt fieri à duobus, ita, vnus verbum proferat, alius aquam infundat,*

An eſſet baptiſmus, ſi mancus proferret verba formæ, & mutus eodem tempore infundat aquam?

Digitized by Google

1 DIC. Quod non, quia vnus debet esse Minister abluens & proferns formam, aliàs esset falsa, cum diceret. Ego te baptizo, & alius baptizaret D. Thom. 3. par. q. 67. art. 6. ad 3. Sylu. Bapt. 3. q. 8. Caet. contrarium sentit. 10. ci. sed tenendum cum D. Thom.

QVAESITVM XXXV.

SVMMARIVM

1 *Filij infidelium non possunt baptizari inuitis, vel inscijs parentibus.*
2 *Nec pater infidelis inuitus potest baptizari.*
3 *Filij infidelium adulti possunt baptizari.*

An Parochus, vel alter etiam in casu necessitatis posset baptizari filos infidelium inuitis eosum parentibus?

1 DIC. Quod filij infidelium nõ possunt, nec debent bap-
2 tizari inuitis parentibus, vel illis inscijs, sicut nec pater infidelis debet inuitus baptizari, nam militem voluntariam eligit dominus 15. q. 1. & hoc intelligat Parochus de filijs infidelium, qui nondum peruenerunt ad vsum rationis; quia sunt sub patria potestate, quæ est de iure diuino, & naturali, & sic qui baptizat hos puetos contra voluntatem parentum peccat mortaliter, quia facit contra ius diuinum D. Thom. 3. par. q. 68. art. 5. & Secunda secundæ q. 10. art. 12. Sot. in 4. d. 5. qu. 5. atr. 10. Canonistæ, vt Abb. & alij in c. 1. de Bap.

QVAE-

Digitized by Google

QVAESITVM XXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Baptizare pueros infidelium inuitis parentibus offenditur lex naturæ, & alia inconuenientia ſequerentur.*

Sed quomodo eſt verum, quod non poſſunt inuitis parentibus filij infidelium baptizari, cum debeamus ex charitate etiam inuitos à periculo mortis temporalis extrahere, quantò magis a periculo mortis ſpiritualis, quod eſt lõge damnoſius, vt per *DD.* in l. vt nem. de luſt. & lur. & in l. inuito ff. de reg lur. & 33. q. 4. c. ipſa pietas?

1 DIC. Quod eſt verum teneri nos, etiam inuitos alios à periculo morrtis temporalis liberare, quando alia lex nõ offenditur, ſed in caſu citato, & propoſito læderetur patria, poteſtas; & ſic lex naturæ, & ratio etiam eſt, quia hi pueri cõtra voluntatẽ parentum baptizati auerſi à parentibus poſſent apoſtatare a fide, & ſic maxima fieret iniuria ſacramento c. Iudæis. & c. Iudæorum 24. q. 1.

Sicut enim in adultis requiritur propria voluntas, ita in puebaptizandis requiritur voluntas parentum. Sed ſi filij infidelium eſſent adulti, & vellent baptizari, poſſent etiam inuitis parentibus baptizari quia tunc ſufficeret propria intentio.

QVAESITVM XXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Infidelium filij baptizati inuitis parentibus vere ſunt baptizati.*

Digitized by Google

2 *Hos baptizare periculosum est.*
3 *Filij hæreticorũ possunt, & debẽt inuitis parentibus baptizari.*
4 *Filij parentum, qui nunquam fuerunt fideles, vt Iudæi, pagani, &c. non possunt inuitis parentibus baptizari.*
5 *Filij infidelium, qui sunt in terris Christianorum & sint baptizandi latè explicatur.*

An essent baptizati infantes infidelium, si baptizarẽtur inuitis eorum parentibus carnalibus Iudæis, vel infidelibus?

1 DIC. Quod verè reciperent sacramentum baptismi, quia concurrentibus materia debita, & forma, & intentione ministri, & voluntate suscipientis, aut parentum spiritualium, qui in hoc casu sunt offerentes ipsi, qui vocantur parentes spirituales D. Thom. 3, p. q. 68. art. 10. D. Anton. 3. par. tit. 14. c 13.
2 §. 9. & sic verè esset baptismus. Sed hoc fecere periculosum est, quia de facili possent ad paternam infidelitatem conuerti, & maxime malũ esset, vnde habetur Eccl. 3. Maledict⁹ homo, qui terram duabus vijs ingreditur, & Deut. 22. ne quis indui debeat veste lino, lanaq; contexta. super quo prouisum fuit in Conc. Constant. sub Innoc. 3. c 70. Sot in 4. d. 5. art. 10. Arm. verb. baptis. §. 57. Tab. eodem verb. §. 17. Licet Paludanus, & Duran. tenuerint contrarium. Sed probabilior est prima opinio.
3 Sed pro clariori intelligentia quæsiti sciendũ, & aut infantes sunt filij infidelium, qui aliquãdo fuerunt Christiani, vt sunt hæretici, & in hoc casu dicas, quod filij hæreticorũ possunt inuitis parentib⁹ baptizari, & à cura parentũ dimoueri, ne paterna hæresi inficiãtur: imò possũt parẽtes hæretici cõpelli, vt finãt eorũ filij baptizari, vt hĩ in can. sicut, &c. quæsita, & in c. quãdo de cõsec. d. 4. & D. Aug. epist. 48. & 50. & ratio est, quia hæretici sũt subditi ecclesiæ. Aut parentes nũq; fuerũt fideles, vt sũt Iudæj, Pa-
4 gani, Sarraceni, & Mauri, & licet ex istis subsint principaliter Christianis, qa habitãt in ciuitatib⁹ Christianorũ aliqui eorũ, vt Mauri in Hispania, Iudæi in vrbe Romæ, & alijs ciuitatib⁹ Principũ Xpianorũ, quia nõ sũt serui in bello capti horum filij non possunt

Digitized by Google

poſſunt inuitis parentibus baptizari abſque mortali culpa, quã diù manent ſub cura parentum, & eſt communis opinio Theologorum, & Canoniſtarum. Nota, quod quando Iudæi baptizantur, eorum bona ſi ſint acquiſita ex vſuris ſunt dominis reſtituenda, vel hæredibus, & ſi non extant, poteſt Epiſcopus ipſismet Iudæis ſi ſunt pauperes, aut in totum, vel in parte, pro vt ejus diſcretioni videbitur relaxare, intellige quando voluntarie veniunt, & tunc etiam deberent alia bona non ex vſura eis tolerari, vt poſſideant, ad aliorum exemplum, & debent tractari cum maxima charitate.

Sed ſi infantes ipſi infidelium venerint ſub cura alicuius fidelis in terris Chriſtianorum, poſſunt baptizari etiam non concurrẽte volũtate parentũ ſi longe aberũt, hæc eſt opinio Capre. in 4. d. 11.

Aliqui dicunt filios infideliũ, qui ſunt in terris Principum poſſe inuitis eorum parentibus, imo, & debere baptizari, & in hoc caſu dimoueri a cura parentum, quia per baptiſmum Eccleſia ius in eos acquirit.

5 Filij vero infidelium, qui ſunt veri Chriſtianorum ſerui poſſunt inuitis parentibus baptizari, & ratio eſt, quia hi infantes ſunt magis ſub cura dominorum quam parentum, cum domini ſint, tam patrum, quam filiorum, & filij poſsũt inuitis eorũ parentibus vendi, & diſtrahi à parentibus.

Concludo ergo, quod infantes infidelium, aut ſunt in terris infidelium: & non poſſunt inuitis parentibus baptizari, aut ſunt in terris fidelium, ſed non ſerui in bello capti, ſed ſubſunt ſoluentes tributum, & hi non debent baptizari inuitis parentibus aut ſunt in terris fidelium, ſed ſunt ſerui in bello capti, & hi poſſunt, & debent inuitis parentibus baptizari: aut ſunt in terris fidelium, ſed longe a parentibus, & hi poſſunt baptizari inſcijs i& non concurrentibus parentibus. Filij Hæreticorum poſſunt inuitis parentibus baptizari, vt dictum eſt. Adulti vero filij infidelium ſi voluerint poſſunt etiam inuitis parentibus baptizari t d debent prius eſſe inſtructi in fide, & tunc dicetur quis adul us ad hunc actum, cum ad annos diſcretionis peruenerit, vide decil. Aſſ. 151. cum prædicta.

Digitized by Google

QVAESITVM XXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Infidelis existens actu in peccato mortali cum voluntate perseuerandi non debet baptizari si petat baptismum.*
2 *Secus si non haberet voluntatem peccandi: nam per baptismum remittitur ei peccatum originale, & actuale.*
3 *Hic debet habere displicentiam vitæ præteritæ.*
4 *Baptizatus perseuerans in peccato mortali recipit sacramentũ, sed non gratiam, quam tamen recipit, si emendet vitam suam.*

An Parochus requisitus ab infideli, vt eum baptizaret, debet eum baptizare, si sciat eũ esse actualiter in peccato mortali, vt in concubinatu, vel vsura?

1 DIC. Quod hic, aut est in actu peccandi, puta in concubina, vel vsura, & hic non debet baptizari, nisi deserat peccatum, & occasione peccandi, aliter sic baptizans sacrilegiũ comitteret, sicut, & qui reciperet.

2 Sed si non sit in actu peccandi, & habeat voluntatem abstinendi, potest, & debet baptizari peccator, quia virtute baptismi remittuntur ei, non solum originale, sed etiã quæcunq. actualia
3 peccata etiã grauissima: qui tamẽ peccator debet habere disciplicentiã vitæ præteritæ, quæ erit ei tanquã dispositio, ne ponatur obex gratiæ, quam per baptismum acquirit: hinc Actor. 2. Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum de cons. d. 4. c. ne quod absit, & c. omnis. Nau. c. 22. num. 60. D. Thom. lo. ci.

4 Sed si baptizaretur adultus perseuerans in actuali actu peccandi, & habeat voluntatem recipiendi baptismum, recipit vere sacramentum baptismi, & characterem ipsius, sed non recipit gratiam; imo de nouo peccat, quia indignus accedit ad sacramentum D. Thom. lo. ci. sed emendans conscientiam recipit

Digitized by Google

recipit gratiam sacramenti, & quod accedens hoc modo fictè recedente fictione gratiam recuperat habetur de consec. d. 4. c. valere.

QVAESITVM XXXIX.

SVMMARIVM

1 *Adulti baptizandi non possunt, nec debent prius confiteri peccata sua, nec eis pœnitentia iniungi:*

2 *Isti consulendi sunt solum propter præparationem ad sacramentum baptismi, vt aliqua pœnalia opera exerceant.*

3 *Hoc hodie non est in vsu, sed solum eis quædam suauia proponuntur pro præparatione.*

An adulti volentes baptizari debeant prius confiteri eorum peccata, & possint eisdem imponi pro pœnitentia aliqua opera pœnalia, & satisfactoria?

1 DIC. Quod non possunt confiteri, quia non sunt capaces sacramenti pœnitentiæ, cum adhuc non sint ingressi per ianuam omnium sacramentorum, quæ est baptismus, & consequenter non sunt imponenda eis opera satisfactoria ante baptismum, vt ieiunia, & peregrinationes, & similia, cum per baptismum consequantur plenariam remissionem, quoad totam pœnam D. Thom. 3. p. q. 66. art. 5. & 6.

2 Consulendi tamen essent, vt facerent aliqua opera pœnalia non pro satisfactione peccatorum, quia sic iniuriam facerent sacramento, sed ad maiorem præparationem sacramenti baptismi, & sic olim obseruabatur in Ecclesia, vt habetur in c. ne quod absit, & in c. baptizandi de cons. d. 4.

Sed hodie non solent iniungi pœnalia, vel suaderi ad pœnalia, sed proponi quædam suauia pro præparatione, vt dictum est.

Digitized by Google

QVAESITVM XXXX.

SVMMARIVM

1 *In adulto volente baptizari requiritur pœnitentia peccatorum mortalium, & displicentia vitæ præteritæ.*

2 *Cui tamen sufficit attritio.*

An in adulto volente baptizari requiratur aliqua pœnitentia peccatorum?

1 DIC. Quod de fide requiritur in adulto pœnitentia peccatorum actualium in communi, & displicentia præteritæ vitæ, & est communis opinio D. Thom. Io. ci. art. 6. Conc. Trid. sess. 6. & sess. 14. c. 1.

2 Sed aduertendum, quod in huiusmodi pœnitentia adulti baptizari volentis non requiritur vera contritio, sed satis est, vt sit pœnitentia imperfecta, quæ dicitur attritio, & est communis opinio Theologorum in 4. d. 4. Sot. in 4. d. 6. q. 1. ar. 7. Nau. in Manual c. 1. num. 36. & ratio est, quia per baptismum quis obtinet remissionem peccatorum, & meretur primam gratiam, ergo non est necessaria contritio, quæ semper inuenitur in charitate, sed sufficit attritio illa, quæ præter imperfectum dolorē excludat desiderium peccandi, vt deinde iustificetur per sacramentum baptismi, tanquam per causam instrumentalē. Conc. Trid. sess. 6. c. 7. de iustificatione, & sess. 14. c. 2. tenentur tamen adulti restituere mala ablata, & nisi ante baptismum restituissent, potest imponi post baptismum, vt restituant D. Th. 3. par. q. 68. art. 5. ad 7. & alij.

QVAESITVM XXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Non est necessarium, vt adultus volens baptizari reuocet in memoriā omnia peccata sua, vt habeat saltem attritionem sed sufficit, vt in contritione generali doleat.*

2 *Hoc*

Digitized by Google

2 *Hoc intelligitur de peccatis mortalibus nō de venialibus, quæ non ſunt obex ſacramento.*

An requiritur in adulto volente baptizari, vt mente reuocet omnia peccata ſua, & de illis habet attritionem, vt ſupra dictum eſt, vt fit in ſacramento pœnitentiæ?

1 DIC. Quod non eſt neceſſarium diligens examen, ſed ſatis eſt, vt in confuſo, & in generali doleat, etim, ſi peccata memoria non teneat in particulari Sot. in 4. d. 6. q. 1. art. Nau. lo. ci. num. 37. & intelligat Parochus de peccatis mortalibus, non autem de venialibus quia venialia non ſunt obex alicui ſacramento, quamuis etiam & de venialibus quis non poſsit conſequi remiſsionem, niſi eorum habeat diſplicentiam D. Tho. 3. par. q. 69. ar. 6 ad 3. Sylu. verb. bap. num. 4. q. 15. Sot. in 4. d. 7. q. 1. ar. 7. ad 3. Nota hic, quod adultus in baptiſmo debet ipſe per ſe reſpondere, ſi loqui poteſt, licet in paruulis admittatur per alios reſponſio.

2

QVAESITVM XXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Intentio ſuſcipientis baptiſmum debet eſſe actualis, vel virtualis.*

2 *Vel, vt dicit Caet. ſufficit vt non adſit intentio contraria.*

1

An Parochus debeat interrogare de intētione adulti venientis ad baptiſmum, vt illum baptizare poſsit?

1 DIC. Quod ſic, quia adultus debet habere intentionem ſuſcipiendi baptiſmum, quæ intentio debet eſſe actualis

Digitized by Google

actualis, vel virtualis, siue autem illa sit omnino libera, siue metu etiam cadente in constantem virum exorta c. maiorem de Baptis. valida est, & ratio est, quia videlicet quis non dicitur plenissimè consentire in aliquod, qui voluntate conditionata aliquid vult l. si mulier ff. de his quæ vi met. causa fiunt, nihilominus in istis velleitatibus volontarium simpliciter esse constanter tradunt Theologi.

2 Caiet 3. p. q. 66. ar. 7. dicit non esse necessariam intentionem positiuam in hoc adulto, sed satis esse; vt non habeat voluntatem contrariam, siue vt habeat voluntatem neutralem, vt est in dormienti, vel ebrio, qui prius habuit voluntatem suscipiendi baptismum.

QVAESITVM XXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Parochus debet baptizare infirmum, qui ex aliorum relatione petijt baptismum, licet postea infirmitate impeditus non possit petere.*

An Parochus ab aliquo ægroto vocatus, vt eat ad ministrandum illi baptismum, si inueniat ob infirmitatem non posse petere, debeat illum baptizare?

1 DIC. Quod si ei constabit ex aliorum relatione illū petijsse baptismum, & tunc infirmitate occupatum petere nō posse, poterit illum baptizare c. ægrotanti de cons. d. 4. concil. Aurasican. c. 12. Et hic nota, quod regulariter baptismus debet administrari in ecclesia & non in priuatis domibus, nisi liberis Regum, vel Principū, vel nisi vrgente necessitate Clem. vnica de baptismo, & eius effectu.

QVAE-

Digitized by Google

QVAESITVM XXXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Amentes à natiuite dummodo ſint in noſtra poteſtate, & nunquam habuerint vſum rationis, poſſunt baptizari*

2 *Amentes ex infirmitate an ſint apti ad ſuſcipiendum baptiſmum, Parochus debet iudicare ex ſignis.*

3 *Amentes habentes lucida interualla debent baptizari, quando rationis vſum habere oſtendunt.*

An Parochus vocatus ad baptizandum aliquem amentem vel inſanum, vel perpetuo ſomno laborantem, vel alia infirmitate occupatum, ita vt loqui non poſſit, debeat illum baptizare?

1 DIC. Quod amentes, qui tales ab vtero nati ſunt, & nũquam habuerunt vſum rationis, dũmodo ſint in noſtra poteſtate, vt de filijs infidelium dictũ eſt, poſſunt, ſicut & paruuli baptizari D. Thom. 3.par.q 68.art.12.

Eos vero amentes & furioſos, vel perpetuo dormientes, qui caſu, vel infirmitate in talem defectum inciderunt, an ſint apti ad recipiendum baptiſmum iudicabit Parochus ſecundũ ſigna, quæ oſtendebant exiſtentes in vſu rationis, & ſana mente. Itaq. ſi conſtiterit ex ſignis præcedentibus eos deſideraſſe baptiſmũ, poſſunt baptizari. Concil. Auriſic.c.12.

3 De iis vero amentibus, qui habent lucida interualla eſt iudicandũ ſecundũ eorũ voluntatẽ, dũ ſunt ſanæ mentis, & ſi per ſiſtant poſtea in amentia, & periculum imminet poſſunt baptizari, aliàs expectandum eſt, vt redeant in mentem ſanam, & ſic dicendum de loborantibus ad tempus ſomno, vel alia infirmitate, qua eorum voluntas nequeat dignoſci.

QVAE-

Digitized by Google

QVAESITVM XXXXV.

SVMMARIVM

1 *Baptiſmus vltra octo dies non debet differri.*
1 *Si adeſſet periculum mortis, baptiſmus infantis ſi differreretur eſſet peccatum mortale.*
3 *Infans debet ſtatim baptizari.*

An poſsit differri baptiſmus recenter natorum ſine peccato?

1 DIC. Quod ſi non adeſſet periculum, nõ eſſet peccatum
2 differre vltra octo dies, ſed ſi appareret periculum, & differreretur, eſſet peccatum mortale eorum ad quos pertinet.
3 Itaque debent ſtatim baptizari quia bonum eò melius, quo citius, nam ſi illo medio tempore morerentur infantes ſine baptiſmo, in limbo condemnarentur ad pœnam damni æternam, & extra eccleſiam ſepelirentur c. nulla de conſ. d. 4. Abb. in C. maiores extra de baptiſmo, tutius eſt igitur non differre ad euitandum periculum infantium, & peccatum parentum.

QVAESITVM XXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Infantes ex infidelibus parẽtibus, vel quorũ ignorantur parentes baptiſmum recipiunt per fidem parentum ſpiritualium.*
2 *Si accideret infantes baptizari, & eſſent infideles, tum ſuſcipientes, tum offerentes ſufficit intentio baptizantis, vt ſit verè baptiſmus.*

Cum infantes recipiant Baptiſmum in fide parentũ quid dicendum eſt de illis infantibus, qui nullos habent parentes, vel illos habent infideles?

DIC.

Digitized by Google

1 DIC. Quod pueri quorum parentes qui ſint ignorantur vel illis exiſtentibus infidelibus efficiuntur apti ad ſuſcipieudum Baptiſmum, per fidem parentum ſpiritualium, ideſt illorum offerentium ad baptiſmum, vel illos baptizantium, vel per intentionem matris eccleſiæ in qua intentione cuncti fideles communicant D. Thom. 3. par q. 68. ar. q. ad ſecundũ D. Antonium 3.p. tit. 14.c.13.§.9.Cact. Sot. & alij, & Summiſtæ cum Sylu. Bap. 4. num.

2 Itaque ſi infantibus non præſto eſſet fides parentum infidelium, aut offerentium, aut ſuſcipientium, quia eſſent omnes infideles, & qui baptizarent haberent intentionem faciendi, quod facit eccleſia vere reciperẽt ſacramentum, quia intentio eccleſiæ eis ſufficeret, vt dictum eſt.

QVAESITVM XXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Si infantis caput appareat, & periculum imminet debet baptizari, qui natus non debet iterum baptizari.*

2 *Si autem baptizata fuerit manus, vel pes, debet poſtea natus ſub conditione baptizari ſecundum vnam opinionem.*

3 *Secundum aliam opinionem non eſt iterum baptizandus.*

4 *Si adſit periculũ mortis poteſt obſtetrix aqua intingere caput infantis, & verè eſſet baptizatus, ſecundũ vnã opinionẽ.*

5 *Tutior opinio eſt, q̃ in tali caſu debet infans iterũ baptizari ſub conditione.*

An eſſet baptizandus infans ante integram eius natiuitatẽ, ſcilicet ſi apparet pes, vel manus, vel alia pars, & apparet viuus (quod eſt bene aduertendum) & imminet periculum mortis?

1 DIC. Quod ſi appareat caput, & periculum imminet poteſt baptizari, & natus poſtea integer non debet iterum baptizari, D. Thom. 3. par. q. 68. art. 4. & 11. & eſt communis Canoniſtarum in c. baptizari d. 5. & Sumiſtarum omnium, ſi vero baptizata fuerit manus, vel pes, vel alia pars corporis debet

Digitized by Google

bet iterum sub conditione baptizari, & si moreretur antequam rebaptizaretur esset in Cæmiterio sepeliendus Sot. in 4. d. 5 q. 1, arr 11. Riccar. d. 3. art 4. q. 3. Scot. in 4. mem. prim. q. 3. & idem tenent Canonistæ in c. baptizati. d. 5. Tutior sententia est, quod in tali casu debet infans iterum baptizari.

3 Alij dicunt huiusmodi infantem, si integer nascatur non esse iterum baptizandum, quia in qualibet parte corporis baptizatus dicitur baptizatus Nauar. in c. 22. num. 7. Innoc. Panor. in c. debitum de Baptis. & hæc vltra ea, quæ supra ad simile Quæsitum responsa sunt. Vtram harum opinionum Theologorum, & Canonistarum probabiliorem dicam facilem discerni non potest securior est Theologorum. Quid si in sputo baptizaret, dic illum non esse baptismum.

4 Et hic aduertendum, quod si periculum mortis immineret, & obstetrix posset manu sua infundere aquam in capite infantis etiam non integrè nati apparentis tamẽ, & infunderet cum debita forma, esset verè baptizatus dicunt aliqui secundũ quod piè credit Victoria, nam piè credendum est, ait diuinam bonitatem non deficere in re tàm necessaria, vt est baptismus in periculo mortis, tamen communior sententia est in oppositum quare sub conditione natus est rebaptizandus. Notandum etiã obiter, si nascatur partus sub forma humana, & animali irrationali debere baptizari, dummodo organa præsertim in capite monstrent animam rationalem tale monstrum informare.

QVAESITVM XXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Mulier prægnans condemnata ad mortem, debet eius partus prius expectari.*

2 *Nec est aperienda mater iam, iam moritura ad salua ndum infantem.*

Quid debet consulere Parochus, vel exequi, vbi mulier prægnans sit condemnata ad mortem, vel

ex

Digitized by Google

ex infirmitate eſſet de proximo moritura, an eſſet aperienda vt puer ex vtero extractus baptizari poſſit?

1 DIC. Quod quando mulier prægnans condemnaretur ad mortem debet expectari eius partus, & ita permitti à quocunque pio iudice cuius eſt id concedere aliter impius cenſendus eſt D. Thom. 3. par. q. 63 art. 1. & in l. prægnantes ff. de pœn. & Summiſtæ omnes.

2 Quo vero ad ſecundum, dicj quod nullo modo eſt adaperienda mater, iam, iam moritura etiam ſi ſit a medicis deſtituta, & carere videatur omni ſpe viterius vitæ, imo etiam ſi ipſamet rogaret vt adaperietur, vt inde infans extraheretur, & eſt communis opinio Summiſtarum Sylu. bapt. 4. q. 2. Armill. num. 18. Aug. verb. Bap. 6. num. 2. Vict. num. 33. & Sot. 4. d. 5. q. 1. art. 19.

QVAESITVM XXXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Si monſtrum habeat duo capita debet quodlibet caput baptizari.*

2 *Si autem habeat quatuor pedes, vel quatuor manus, & vnum caput, illud baptizetur ſine conditione.*

3 *Infans natus ſub forma humana licet ſatis exigua debet baptizari.*

An debet baptizari monſtrum natum ex fœmina, & quomodo?

1 DIC. Quod ſi in monſtro apparebunt duo capita, & duo colla, & duæ ſpinæ in humeris, quia clarum eſt duas adeſſe animas debet quodlibet baptizari ſeparatim cum debita forma, & debita materia. Sed ſi dubium eſt habere duas animas

Digitized by Google

mas quia habet vnum caput, ſed quatuor pedes, & quatuor manus, & duas ſpinas in humeris, tunc baptizetur vnum caput ſine conditione.

3 Et ſi naſceretur creatura ſub forma humana, ſed ſatis exigua quantus eſt digitus, vel vnguis, & moueretur adhuc eſſet baptizanda. Boetius dicit Comitiſſam Olandiæ peperiſſe trecentū ſexaginta tres filios, omnes magnitudine pulli gallinacei, qui omnes fuerunt baptizati, & hoc in anno Domini 1213.

QVAESITVM L.

SVMMARIVM.

1 *Si infans in caſu neceſſitatis ob penuriam aquæ, immitteretur in puteum, vel flumen, num eſſet baptizatus, eſt ſub opinione.*

2 *In hoc caſu. poteſt Parochus hac vti cautela, vel, per funem in caniſtro poſitum infantem abluere, vel, aquam panno haurire, & illa baptizare infantem.*

An in aquæ penuria, & imminente periculo mortis poſſet Parochus immittere in puteum, vel in flumen puerum iam, iam moriturum, dicendo verba formæ, & an eſſet baptizatus.

1 DIC. Quod non eſſet baptizatus ſecundum communiorem opinionem Theologorum, & Canoniſtarum, pro qua videat Parochus Scot. in 4. d. 5. qu. 3. & Palud. d. 3. q. 1.

Alij dicunt eſſe baptizatum, & huius ſententiæ eſt Maior in
2 4. d. 4 q. 2. & Panor. in c. non vt apponeres de Bap. poſſet tamen Parochus in facti contingentia vti hac cautela, & hoc adhibere remedium, illum per funem in caniſtro in aquam immergere, & poſtea eleuare, vel per funem infundere pannum, & ex illo extracto, & emuncta aqua puerum baptizare, & hoc intellige de puero morti proximo, nam ſi ſecus non eſſet in aqua mitten-

Digitized by Google

mittendus, & ſic intelligitur opinio affirmantium eſſe baptizatum, & ratio eſt quia non ſunt facienda mala, quo bona eueniant. 4.d.3.q.1.art.8.

QVAESITVM LI.

SVMMARIVM.

1 *Si dubitaretur aliquem eſſe baptizatum, tum iure, tum facto eſſet iſte baptizandus.*

Quomodo ſe gerere debet Parochus ſi dubitaretur aliquem eſſe baptizatum?

1 DIC. Quod aut eſt dubium facti, quia inuenitur aliquis puer in nemore, vel alibi expoſitus, & nil apparet de eius Baptiſmo, vt cartula, vel aliud ſignum, vel eſt dubium, quia eſſent diuerſæ opiniones circa eius baptiſmum. Tunc in vtroque caſu eſſet ſub conditione baptizandus c. 2. de Baptiſ. D. Thom. in 4.d.65.q.1.art.1. & alij. Idem dic. de gemellis, quorum vnus fuit in caſu neceſſitatis baptizatus, & nō poteſt diſcerni quis fuerit, quia ambo maſculi, vel fœminæ, & ſimilia.

QVAESITVM LII.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos baptizans abſque licentia Parochi peccat mortaliter & non tamen ſit irregularis.*

2 *Non peccat ſi putat proprium Parochum ratum habere.*

3 *Clericus autē baptizans ſolemniter indutus veſtibus peccaret, ſit irregularis.*

4 *Non tamen ſit irregularis, ſi abſque ſolemnitate baptizaret, ſecundum verierem ſententiam.*

An ſacerdos, qui non eſt Parochus, qui proprie eſt Miniſter ordinarius baptiſmi, ſi baptizaret abſq; licen-

Digitized by Google

licentia Parochi, & absque necessitate incurre-
ret aliquam pœnam?

1 DIC. Quod peccaret mortaliter Sylu. verb. Bapt. 3. nu-
m. 1. Aug. Bap. 5. num. 1. non tamen fit irregularis,
vt Armil. voluit, sed non probauit, nam irregularitas non incur-
2 ritur nisi in casibus in iure expressis imò excusaretur etiã a pec-
cato, si baptizaret credens proprium Parochum ratũ habiturũ,
quia suus amicus, vel alia probabili ratione.

3 Clericus autem si absque necessitate baptizaret solemniter,
idest, indutus vestibus, & publice fit irregularis Nau. c. 22. nu.
7. in Manual. & est communis opinio, imò aliqui dicunt, quod
si non solemniter baptizaret clericus absque necessitate adhuc
fieri irregularis, vt Sylu. Bap. 3. in principio In 6. Bap. 6. §.
1. & alij etiam Theologi, sed horum opinio est nimium rigo-
rosa, & ideo dic melius, quod non incurrit irregularitatem, quia
baptizare absque solemnitate nõ est actus per se annexus ali-
cui ordini, & per consequens ille clericus non exercuit actum
Ordinis, quo ipse non erat ordinatus Nau. c. 22. num. 8. & alij.
4 & hic nota, quod laicus baptizans sine necessitate peccat mor-
taliter, & si in necesitate baptizaret solemniter, peccaret etiã
morraliter, D. Anton. 3. par. tit. 20. c. 14. §. 3. Ang. & Sylu.
verb. Baptism.

QVAESITVM LIII.

SVMMARIVM.

1 *Non baptizatus credens se esse baptizatum, & viuit vt Chri-
stianus si absque peccato mortali decedat saluatur baptis-
mo flaminis.*

Quid dicendum de aliquo puero filio Christiano-
rũ, qui non fuit baptizatus negligentia, & igno-
rantia parentum, vel alio impedimento, & sic
creuit ætate, & mortuus est, an esset saluus?

DIC.

Digitized by Google

1 DIC. Quod ſic puer credebat ſe eſſe baptizatum, & vixit vt Chriſtianus, & ſi ſciuiſſet ſe non eſſe baptizatum, vtique baptizari voluiſſet decedens eſſet ſaluus per deſiderium baptiſmi, & per officia charitatis: & huic ſuppleret ſummus Sacerdos, dummodo tamē moreretur ſine peccato mortali, quia eſſet ſaluus baptiſmo flaminis baptizatus Sot. in 4. d. 3. q. 1. art. 9. ex ſententia Innoc: in c. ad apoſtolicam de conuerſ. 1

QVAESITVM. LXVII.

SVMMARIVM.

1 *Non baptizatus non recipit ordines, nec poteſt operari effectus Ordinum.*

An ſi iſte non baptizatus Baptiſmo aquæ, vt ſupra ordinarerur ordinibus ſacris, aut minoribus eſſet ne ordinatus, & facta per eum tenerent?

1 DIC. Quod non baptizatus non recipit Ordines, nec poteſt operari effectum Ordinum, vt conſecrare, abſoluere, & ſimilia.

QVAESITVM LXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Tàm Latinus baptizans forma Græca, quàm Græcus forma latina verè baptizat.*

An ſi quis exiſtēs latinus, & inter latinos baptizaret forma Græca, quæ erit hæc: Baptizetur ſeruus Chriſti in nomine Patris, & Filij, & ſpiritus ſancti amen. verè baptizaret, & è contra Græcus ba-

Digitized by Google

ptizando forma latina, idest, qua ecclesia Romana vtitur?

1 DIC. Quod vterque verè baptizaret, vt in Conc. Flor. sub Eugenio 4. sed peccaret mortaliter si publicè, si tamen secretò, est graue veniale Sylu. Bapt. 1.S. 7. Armill. S. ex Aug. 2.S.12.& 18.

QVAESITVM LVI.

SVMMARIVM

1 *Non licet dare pecuniã Parocho p baptismo, si nolit baptizare.*
2 *In quo casu puer ad alium deferri debet ad baptizandum, quod si non inueniatur, baptizet ipse qui defert.*

An liceat dare pecuniam Parocho nolenti baptizare sine pecunia, & quid faciendum in hoc casu?

1 SVmma Confess. lib. 3. tit. 24. q. 24. ex sententia Alberti dicit posse dari pecuniam, si est adultus qui est baptizandus; si verò est puer posset dare pecuniã Patrinus, vel offerens, quæ opinio nõ est tenenda maximè quoad adultũ, cui, si nõ haberet, qui eum baptizaret, sufficeret Baptismus flaminis; quo ve-
2 ro ad puerum, nec est danda pecunia, quia esset simonia, & poterit, qui eum ôffert deferre ad alium, & defectu alterius sacerdotis baptizet ipse, & est communis sententia.

QVAESITVM LVII.

SVMMARIVM

1 *Licet emere aquam in casu necessitatis pro baptismo.*

2 *Hoc*

Digitized by Google

2 *Hoc licet dummodo emens illam emat, non vt ſanctificatam, ſed vt puram.*

An in tali caſu poſſet patrinus, vel offerens, ſaltem emere aquam à ſacerdote nolente baptizare ſine pecunia, nec aliàs dare aquam ſine pecunia?

1 DIuus Thomas in 4.d.5.q.2.ar.2. dicit, quod licet emere aquam in tali caſu, quia aqua non eſt ſacramentum, ſed materia, vt ad ſacramentum adhibeatur, & idem tenet D. Antonin. in 2.par.tit.14.c.5.§,16.& alij multi, qui cũ diſtinct.one videtur loqui, quod tunc licet emere aquam, quando eſt purum elementum, non autem, quando eſt benedicta, vel ſanctificata, vt eſt aqua fontium baptiſmalium, quia tunc eſſet ſimonia, ex
2 ſententia D. Ant. ſed D. Th. loquitur indifferenter, quod licet, dummodo emens emat aquam, non vt ſanctificatam, ſed vt puram, quia vt talis eſt ei vſui pro baptiſmo, & ſic non eſſet ſimonia, qui vero haberet reſpectum ad conſecrationem, ſeu ad benedictionem aquæ, & aliàs non emeret, tunc emere eſſet ſimonia.

QVAESITVM LVIII.

SVMMARIVM

1 *Secundum vnam opinionem licet dare pecuniam ſacerdoti nolenti baptizare in caſu neceſſitatis ſecundũ aliam opinionem nequam.*

2 *Sed hæc alia opinio probabilior eſt, & magis rationabilis.*

3 *Adultus nullo modo debet dare pecuniam pro baptiſmo, & in caſu neceſſitatis ſaluaretur baptiſmo flaminis.*

4 *Adultus tamen attritus nec debet dare pecuniam pro baptiſmo quia poteſt pęniteri, & non deeſt remedium ad ſalutem conſequendam.*

An liceret dare pecuniam ſacerdoti nolenti

Digitized by Google

baptizare sine pecunia, cumque d. fert puerum non posset ipse baptizare, quia vel truncu manibus, vel aliàs impeditus, & baptizandus est in periculo vitæ?

1 CAet. dicit, quod sic. Secunda secundæ q. 100. ar. 2. & Panor in c. ecclesia de sim. & alij. D. Antoninus dicit, quod non licet, quia non sunt facienda mala, vt veniant bona 2. par. tit. 1. c. 5. §. 16. Idem tenet Palud. in 4. d. 5. ar. 3. Riccar. d. 25. ar. 3. q. 1. ad octauum. Tabien. verb. simonia.

2 Sed prima opinio est probabilior, & magis rationabilis, &
3 pia. D. Thom. sentit contrarium, sed intelligendus est de adulto, qui nullo pacto debet dare pecuniam pro baptismo quia ei sufficeret baptismus flaminis, & contritionis.

4 Si vero hic adultus esset tantum attritus, & per consequens non saluaretur baptismo flaminis, & pœnitentiæ, & esset in articulo mortis adhuc noc potest dare pecuniam ei, qui non vult aliter eum baptizare; quia poterit pœnitere, vt sufficiat, & saluari, & sic habere remedium salutis sin minus sua culpa damnatur, & per consequens non debet committere simoniam.

QVAESITVM LIX.

SVMMARIVM.

1 *Non debet iterum baptizari, qui fuit baptizatus, vt masculus & postea euasit fœmina.*

2 *In hoc casu solum facienda est mutatio nominis, vt si vocabatur Antonius, vocetur Antonia.*

An si quis infans, vel adultus fuisset, vt masculus baptizatus, & postea fœmina euasisset, vel è contra debeat iterum baptizari?

1 DIC Quod non, quia præsupponitur baptizantem direxisse intentionem in personam baptizandã; Sed solummodo

Digitized by Google

modo direxiſſet intentionem in fœminam tantum, & tunc erat maſculus, vel fœmina, adhuc non eſt rebaptizanda illa perſona, ſi poſtea è fœmina maſculus euaſiſſet, ſi vt erat tunc baptizauit, ſed tantum eſſet facienda nominis mutatio ſexui conueniens, vt ſi fuiſſet vocata Antonia vocetur Antonius Sot. in 4. d. 1. q. 5. art. 8. qui refert hunc caſum occurriſſe Luſitaniæ, & fuiſſe iterum baptizatam illam perſonam cum maximo errore, & ſacrilegio.

QVAESITVM LX.

SVMMARIVM.

1 *Pater in caſu neceſſitatis baptizans filium nõ incurrit aliquod impedimentum pro redditione debiti.*

2 *Secus hoc eſt ſi ſit filius ex fornicatione, quia contrahitur cognatio ſpiritualis inter ipſum, & matrem pueri, & non poteſt illam ducere in vxorem.*

An Pater baptizans proprium filium vrgente neceſſitate incurrat aliquod impedimentum cum vxore ſua circa redditionem, vel petitionem debiti matrimonialis?

1 DIC Quod non Nau. c. 22. num. 40. contra Sotum, & Paludanum. Sed hoc procedit, ſi filius eſſet legitimus, &
2 naturalis, ſecus ſi ex fornicatione, quia tunc contrahitur cognatio ſpiritualis cum concubina, ita, vt eam in vxorem ducere non poſſit Nau. vbi ſupra, quæ cognatio impedit, & dirimit, & eſt illa, quæ contrahitur inter baptizantem, & parentes baptizati. Conc. Trid.

QVAESITVM LXI.

SVMMARIVM

1 *Pro adminiſtratione ſacramentorum non poteſt recipi pecunia.*

Digitized by Google

2 *Si laudabili consuetudine receptum sit, vt aliquid pro eleemosina tribuatur, potest recipi, dummodo excludatur intentio, vt non sit pro collatione sacramenti.*

An minister peccet mortaliter si baptizans recipiat pecuniam, etiam ei sponte datam, vel aliam rem præcio æstimabilem, pro datione baptismi?

1 DIC. Primo, quod pro collatione Baptismi, aut aliorum sacramentorum non est danda, aut recipienda pecunia. & prohibetur expresse 1.q.1.c.baptizandis, & est cõmunis opi-
2 nio. Dic secundo, quod aliqua laudabili consuetudine, vbi est receptum aliquid dandi, non tamen in præcium sacramenti, vel illius collationis, sed potius pro eleemosina, & pro stipendio approbato laudabili consuetudine non est peccatum, nec simonia, sed si recipiatur intentione ad collationẽ sacramenti, & recipiens, & dans peccant, & committunt simoniam, etiam si spõte daretur.

QVAESITVM LXII.

SVMMARIVM.

1 *Pro substẽtatione ministri licet recipere pecuniã à non sponte dante, dummodo non sit intentio emendi, vel vendendi, & sit consuetudo laudabilis ecclesiæ.*

2 *A pauperibus omnino non licet petere, & accipere pecuniam.*

An liceat exigere à non sponte dante, sed negante vbi est consuetudo approbata aliquid recipiendi pro substentatione Ministri?

1 DIC. Quod sic D. Thom. Secunda secundæ q.100. art. 2. vbi dicit, quod pro substentatione Ministri ecclesiæ existente laudabili consuetudine approbata, sine tamen intentione emendi, vel vendendi sacramenta, potest exigi ab inuito,

non

Digitized by Google

non tamen per ſubtractionem ſpiritualium, ſed autore Prætore,& præcepto Superiorũ,& addit D.Thom. (quod bene notetur) dũmodo illi valeant ſoluere, nam ſi ſint pauperes
2 eſt omnino eis remittenda petitio.

QVAESITVM LXIII.

SVMMARIVM

1 *Parochus eſt deponendus ſi puer moriatur eius culpa ſine baptiſmo, & etiam alia pœna puniendus ad arbitriũ Ordinarij.*

An Parochus mereatur pœnam, & quam ſi eius negligentia puer moriatur ſine baptiſmo?

DIC. Quod eſt deponendus c. quicunque presbyter de conſec. d.4. & Inſt. Canon.5. baptizandi,& etiam alia pœna arbitrio Ordinarij puniendus eſt, quippe qui eſt cauſa,vt puer ille iñocentiſſimus in æternum diuinæ viſionis priuatione plectatur,qua m damni pœnã, quæ graiſſima eſt,thol. appellãt.

QVAESITVM LXIV.

SVMMARIVM.

1 *Mutus non poteſt baptizare.*
2 *Cæcus, & Surdus poſſunt baptizare.*

An cæcus poſſit baptizare, vel ſurdus,vel mutus?

1 DIC de muto, quod non poteſt, quia non valet exprimere formam: de cæco,de ſurdo dic,quod ſic,quia poſſunt exprimere verba formæ, & tactu manus poteſt cæcus dirigere aquam in perſonam baptizandã Sot. in 4.diſt. 1.q.5. art. 8. & d. 5. q. 1. art. 1.

QVAE-

Digitized by Google

QVAESITVM LXV.

SVMMARIVM.

1 *Baptiſmus ſi eſſet collatus per Angelum bonum, non eſſet de eo dubitandum; Secus, ſi collatus eſſet per Angelum malum.*

An ſi Angelus bonus, vel Diabolus baptizarent eſſet habenda ratio baptiſmi per eos collati?

1 DIC. Quod de Angelo bono non eſt dubitandum, quia Angelus bonus eſt Miniſter veritatis, & ſalutis humanæ cupidus, ſed de Angelo malo, qui eſt Dæmon eſſet omnino dubitandum, quia eſt pater mendacij D. Thom. 3. par. q. 64. ar. 7. & alij Theologi, & Summiſtæ.

QVAESITVM LXVI.

SVMMARIVM.

1 *Nec nominis impoſitio, nec patrinus, nec compater ſunt de neceſſitate baptiſmi.*
2 *Impoſitio nominis ſi omittatur à Parocho peccat mortaliter.*
3 *Non debent mala nomina imponi.*
4 *Poteſt quis mutare nomen ſibi impoſitum in baptiſmo, niſi id faciat ad malum finem.*

An Impoſitio nominis ſit de neceſſitate in Baptiſmo?

1 DIC. Quod non, & eſt communis opinio, ſicut nec patri-
2 nus, ſeu compater, ſed hic aduertat Parochus, quod vſus eſt, vt baptizatis nomina imponantur, & ſic debet obſeruare, aliàs peccaret mortaliter ex malitia omittens, & debent imponi nomina Sanctorum, vt eorum pueri virtutem poſſint quodammodo allecti imitari Chath. Rom. de baptiſmo.

3 Nec debet Parochus permittere, vt mala nomina imponãtur

nam

Digitized by Google

nam habentes malum nomen habent contra ſe indicium quoddam,& in delictis tortura incipit ab his, qui malum habent nomen, vt habetur in Rubr. ff. ſol. mat. & l. 2. §. appellata ff. ſi
4 cert.petat.& in proem decretal. Et hic notandum,quod poteſt quis ad libitum mutari ſibi nomen in baptiſmo impoſitum vol. 1. de mutatione nominis, niſi id faceret ad malum finem, quia tunc teneretur pœna falſi.l. falſi.ff. ad l. Com. de fals. Sed ceſſante quacunque fraude melius id faceret auctoritate Migiſtratus,& præcipue ſpiritualis, vt eſt Epiſcopus.

QVAESITVM. LXVII.

SVMMARIVM.

1 *Seruus ſi baptizetur non fit liber à ſeruitute corporali.*
2 *Baptiſmus vltra alios effectus liberat ab infamia.*

An Baptiſmus liberet à vinculo ſeruitutis humanæ, ita vt ſi ſeruus baptizetur efficiatur liber à ſeruitute corporali, ſicut fit liber à ſeruitute Diaboli?

1 DIC. Quod non D. Thom. in 2. ſent. d. 39. art. 4. ad
2 ſecundum,dic tamẽ, quod baptiſmus vltra alios effectus liberat ab infamia, quæ ſequitur peccatum Gloſſ. in c. ſine pœnitentia de conſ.d. 4.Ang. verb. Baptiſ. 7.§.4.& alij Summiſtæ

De effectibus Baptiſmi.

QVAESITVM LXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Baptiſmi numerantur ſeptem principales effectus.*
2 *Primus effectus remiſſio omnis culpæ, tùm originalis, tùm actualis.*
3 *Secundus effectus remiſſio totius pœnæ debitæ pro actuali peccato adultis, & pro originali infantibus.*

4 *Tertius*

Digitized by Google

4 *Tertius effectus est collatio gratiæ ex opere operato infanti quoad habitum, adulto vero quoad vsum, & habitum, si sine fictione accedat.*

5 *Quartus effectus est aperitio cæli, & clausio inferni.*

6 *Quintus effectus est debilitatio, licet non extinctio fomitis.*

7 *Sextus effectus est ablatio omnis irregularitatis excepta bigamia.*

8 *Septimus effectus est, Ablatio omnis infamiæ iuris.*

9 *Peccata venialia solent remanere in baptizato, & etiam pœna debetur, propter eius indispositionē, quæ solet accidere, quando adultus baptizatur, & habet voluntatem alicuius peccati venialis.*

10 *Per baptismum imprimitur Character.*

Quot sunt effectus baptismi in anima baptizati, tum paruuli, quam adulti?

1 DIC. Quod solent numerari septem principales. Primo,
2 remittit omnem culpam originalem, & actualem Conc. Trid. sess. 24. c. 2.

3 Secundo, remittit omnem pœnam, quam quis meruisset pro peccatis si esset adultus, vel solum per originalem in infantibus Mag. senr. 4. d. 4. ex sententia D. Ambro. & hi in cap. per baptismum de consec. d. 4. & Conc. Trid. sess. 6. c. 14. vnde si moreretur quis post baptismum, statim euolaret ad cælum.

4 Tertio, confert gratiam ex opere operato puero quoad habitum, adulto vero, quoad vsum, & habitum, si sine fictione accedat. D. Thom. in 4. d. 4. q. 2. art. 4. & hanc gratiæ collationē operatum fuisse baptismum, etiam in beatam Virginem sentit Summa sacram. de Bap. num. 21.

5 Quarto aperit cœlum, & claudit infernum baptizato. c. maiores de baptismo.

6 Quinto debilitat fomitem peccati, non autem tollit c. non ex æquo de consec. d. 4. quod quidem fuit præfiguratum in expulsis cæteris ex terra promissionis Iebusæ⁹ remansit ad meritum populi Israelitici, sicut ad meritum adest fames etiam post baptismum.

Digitized by Google

Sexto

7 Sexto tollit omnem irregularitatem excepta, quæ prouenit ex bigamia c. acutius 26. d. nec tollit irregularitatem, quæ prouenit ex defectu nataſium, vt in ſpurio. Summiſtæ omnes.

8 Septimo tollit quamcunque infamiam iuris Sot in 4. d. 9. q. 1. urt. 5. & ſeq. & Summiſtæ omnes verb, Bapt.

9 De peccato veniali noret Parochus ob indiſpoſitionem recipientis ſolere remanere in baptizato, etiam poſt baptiſmum. Sylu. verb. Bapt. 4. q. 15. Caet. in 3. par. q. 68. art. 4. & per conſequens remanenti peccato veniali remanere etiam pœnam pro eo debitam, & hoc poteſt accidere, quando adultus dum baptizatur habet voluntatem alicuius peccati venialis, ſecus eſt, quãdo non habet talem voluntatem, ſed eſt bene diſpoſitus, quia tunc omnium peccatorum, etiam venialium pleniſsimam conſequitur remiſsionem.

10 Octauo, per baptiſmum imprimitur Character in anima, per quem baptizatus aſcribitur inter filios Dei, & adipiſcitur poteſtatem ad cætera ſacramenta ſuſcipienda. Nota, quod effectus nonnulli ex dictis conſiderantur, quoad adultos, nam infantibus non poteſt competere irregularitas, & bigamia.

QVAESITVM LXIX.

SVMMARIVM.

1 *Pueris per baptiſmum conferũtur æqualis gratia, æquales virtutes, & remiſſio peccati originalis, & alij effectus.*

2 *Adultis eadem conferuntur ex opere operati, ſed ex opere operantis non omnes recipiunt æqualem gratiam, ſed maiorẽ, vel minorem, attenta eorum diſpoſitione.*

An ſacramentum baptiſmi conferat parem gratiam omnibus qui baptizantur?

1 DIC. Si loquamur de pueris, quod omnibus conferat parem gratiam pares virtutes, & remiſsionem originalis culpæ, aliosque æquales effectus Maior. in 4. d. 4. q. 3. idem dic

Digitized by Google

2 dic de adultis in opere operato. Sed quoad hos ex opere operantis, dic, quod non omnes recipiunt parem gratiã, sed maiorem, seu minorem, prout est maior, vel minor deuotio, & dispositio recipientis D. Thom. 3. par. q. 69. art. 8. & in 4. sent. d. 4. q. 2. art. 3. Sylu. verb. Bapt. 6. §. 4. & est cõmunis Theologorum & Summistarum.

QVAESITVM LXX.

SVMMARIVM.

1 *In nullo casu licet seipsum baptizare.*

2 *Iudæus, qui seipsum baptizauit saluatus fuit, non baptismo aquæ, sed flaminis.*

An liceat in casu necessitatis seipsum baptizare?

1 DIC. Quod nullo pacto, quia mutaretur forma à Christo tradita, tùm etiam, quia baptismus est regeneratio spiritualis, & sicut nemo potest seipsum generare, sic nec regenerare, & est communis opinio, D. Thom. in 4. d. 5. q. 2. art. 1. & habetur etiam de Baptismo, & eius effectu c. debitum, & huic sufficeret voluntas baptizandi.

2 Nec obstat illud Innoc. 3. affirmantis Iudæum, qui se baptizauit, qui absque alio baptismo decessit fori saluũ, quia est intelligendum, quod fuisset saluus non baptismo aquæ, sed baptismo flaminis D. Thom. 4. d. 5. q. 2. art. 1. Itaque decretalis Innoc. esset intelligenda de baptismo flaminis.

De diligentia in dubiè baptizatos.

QVAESITVM LXXI.

SVMMARIVM.

1 *Quando dubium est an sit puer baptizatus adhibita diligentia tunc debet baptizari iterum sub conditione.*

2 Sed

Digitized by Google

2 *Sed ſi facta debita inquiſitione non conſtat eſſe baptizatum, debet ſimpliciter abſque conditione baptizari.*

3 *Quando facta debita inquiſitione veriſimiliter creditur aliquē eſſe baptizatum nullo modo eſt baptizandus, ſed cenſetur baptizatus.*

4 *Baptizatus ab obſtetrice, ſi conſtet eſſe bene ab illa baptizatū, non eſt iterum baptizandus, ſed tamen debent in eccleſia ceremoniæ ſuppleri.*

5 *Parochus bona fide baptizans aliquem, quem crederet non eſſe baptizatum, ſed ſi verè erat baptizatus, non efficitur irregularis; idem dic de omnibus ſacramentis imprimentibus Characterem.*

6 *Pœna iterantis malitioſè ſacramentum irreiterabile eſt irregularitas.*

Quid facere debet Parochus cum facta diligēti inquiſitione dubium eſt puerum eſſe baptizatum?

1 DIC. Vltra ea, quæ ſupra reſponſa ſunt, quod tàm in dubio iuris, quam facti adhibita debita diligentia eſt rebaptizandus ſub conditione, & incipiendum ab affirmatiua hoc modo ſi es baptizatus, ego te non baptizo, ſed ſi non es baptizatus, ego te baptizo, &c.

2 Sed quādo diligenti inquiſitione facta nō cōſtèt fuiſſe baptizatum, conſideratis loco, & tempore & alijs circumſtantijs, quibus veriſimiliter apparet non fuiſſe baptizatum, hic eſt baptizandus ſine conditione, & abſolutè c. paruulus, & c. placuit de conſec. d. 4. vt ſi quis inter infideles natus ſit, inter quos non ſolent adeſſe presbyteri, vel ſi in Sylua inueniatur puer matre mortua, tunc poteſt credi, quod nō ſit baptizatus, niſi aliud ſignum appareret.

3 Sed cum facta diligentia inquiſitione veriſimile eſt aliquem fuiſſe baptizatū, vt quia natus eſt inter Chriſtianos, inter quos non ſolet multum differri baptiſmus, & concurrant aliæ coniecturæ, ſiue ex ſcriptura in collo infantis, vt ſit in expoſitis, ſiue quia eſt ætate prouectus vltra ætatem, qua ſolent baptizari cō-

Digitized by Google

muniter

muniter inter Christianos; quamobrem verisimiliter creditur fuisse beptizatum, tunc non est rebaptizandus etiam sub conditione. Victoria de baptis. num. 36. Sot. in 4. d. 3. q. 1. art. 9.

4 Sed de baptizatis domi ab obstetricibus in periculo mortis, vel etiam sine eo, debet se informare Parochus, an recte baptizauerint, & inuento ita esse non rebaptizent sub conditione. Sed tantum in ecclesia suppleat cætera omnia, quæ defuerunt vt Chatechismus, exorcismus, & aliæ orationes, quæ habentur in baptisterio.

5 Et si accideret, vt Parochus inaduertenter talem rebaptizaret sub conditione non incurreret pœnã irregularitatis, aut aliàs in foro interiori, nec exteriori, licet peccaret, & hoc procedit quando Parochus processit bona fide, & intentio ipsius non fuit iterari actum, & idem dic de iterantibus hac intentione reliqua sacramenta imprimentia Characterem, vt ait D. Anton. vide Nauar. c. 27. num. 246. & seq. Scot. & alij in 4. d. 4. q. 7. tenent contrarium, sed sententia D. Anton. est de consuetudine ecclesiæ, ideo melior Nau. loc. ci.

6 Et pæna malitiosè iterantium sacramenta irreiterabilia de iure Conon. est irregularitas, tam eius, qui rebaptizat, quam eius qui baptizatur, adulti, ex malitia, vel ignorantia Iuris, vel facti culpabili c. ex literis de apost. &c. quibus de cons. d. 4. vide Nau. c. 27. num. 246. & Maiol. lib. 3. de irreg. c. 14. De iure vero ciuili est pæna mortis l. 1. C. ne sanctum baptisma iteretur, & hæc dicta sint vltra ea, quæ alibi dicta sunt in hoc proposito pro maiori declaratione.

De Patrinis.

QVAESITVM LXXII.

SVMMARIVM.

2 *Patrini requiruntur in baptismo sed non sunt de necessitate sacramenti.*

2 *Si absque necessitate omittantur, peccatur mortaliter.*

3 *Onus Patrinorum, quando hi desunt debet subire Parochus.*

Digitized by Google

4 *Patrini*

4 *Patrini debent esse vnus, vel ad summum duo.*

An in Baptismo sint adhibendi aliqui, qui baptizatos de sacro fonte leuent, qui nunc Patrini vocãtur olim sponsores, susceptores, vel fideiussores?

1 DIC. Quod sic, licet patrinus non sit de essentia Bapti-
2 smi Sot. 4. d. 5. q. 1. ar. 8. Sed si quis omitteret, nisi in necessitate excusaretur, peccaret mortaliter, & quãdo in casu subito necessitatis omittuntur, tunc Parochus debet subire eorum onus, q̃ est instruere baptizatũ in Doctrina Christiana, & eos, vt filios spirituales commendatos habere, hinc D. August. de his, Vos autem (inquit) omnes, tàm viros, quàm mulieres, qui filios in baptismo suscepistis, moneo, vt cognoscatis vos fideiussores apud Deum pro his, quos de sacro fonte suscepistis, & refertur de consec. d. 4. c. eò sanctè D. Thom. 3. p. q. 67. art. 7. & 8. Imò existentes in necessitate temporalium, debent Patrini eos etiam quoad temporalia coadiuuare, dummodo ipsi non sint in pari necessitate.

3 Et hi Patrini, seu compatres debent esse vnus tantũ, siue vir, siue fœmina c. in Chatechismo, & c. non plures de consec. d. 4. vel ad Summum duo, vir & mulier. Conc. Trid. sess. 24. c. 2. de reformat. & hoc ad instar generationis temporalis, in qua concurrunt pater, & mater, nam compatres funguntur vice nutricis, & pedagogi quoad spiritualia, & alia, vt supra.

4 Quidam dicunt, quod Patrini fuerunt ordinati, vt essent cum baptismo à Papa Iginio de anno 150. Sed ante Higinium fit mentio de Patrinis à S. Dionysio Archiepiscopo.

QVAESITVM LXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Non baptizatus non potest esse Patrinus.*
2 *Pater, & mater non debent esse susceptores filiorum.*
3 *Religiosi non debent esse compatres, sed si leuent fiunt cõpatres.*
4 *Religiosi non debent absque necessitate baptizare.*

Digitized by Google

5 *Maritus, & vxor post Conc. Trid. possunt esse compatres.*

Qui prohibentur esse Patrini, seu compatres?

1 DIC. Quod non baptizatus non potest esse patrinus, de consec. d. 4. c. in baptismate, & si de facto leuaret nullam contraheret compaternitatem, vt ibi Gloss. & D. Thom. & Riccar. in 4. d. 24. art. 1. q. 3. & Summistæ, licet alij senserint contrarium, vide Sylu. verb.. Matrim. 8. q. 7.

2 Secundo, Pater, & mater non debent esse susceptores propriorũ filiorũ, quia extra casum necessitatis contraheretur inter eos cognatio spiritualis c. ad limina 3. q. 1. Angelus Bap. 8. num. 2. Sylu. num. 2.

3 Tertio, Religiosi non debent esse compatres, sed si leuent
4 compatres c. non licet de cons. d. 4. & c. placuit 16. q. 1. Imo nec possunt absque necessitate baptizare, licet si baptizarẽt etiã sine licentia Superiorum non incurrerent in aliquam censurã, aut pœnam Nau. 22. num. 7. & alij.

5 Quarto, maritus, & vxor de iure antiquo non poterant esse compatres, sed post Conc. Trid. d. 2. Sess. possunt Nau. c. 22. num. 39. Nota, quod non debet admitti in Patrinatum, vel ad baptizandum nisi maior octodecim annis. Abbas in c. debitum de Baptismo, secundo notab. Angel de Claua.

QVAESTVM. LXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Necesse est, vt Parochus designet Patrinos, & hoc debet facere ante Baptismum.*

An sit necesse, vt Parochus designet patrinos, seu compatres?

1 DIC. Quod est adeò necesse, vt si vltra designatos tangant, vel leuent de sacro fonte baptizatum (quia vtroq; modo contrahitur compaternitas) nullam contrahant cognationem spiritualem, vt per Conc. Trid. sess. 24. c. 2. de reform. Matr.

Digitized by Google

Matr. Hinc bene animaduertere debet Paroch⁹, vt ante baptiſmū deſignet Patrinos, nam ſi non deſignaret, tunc prout erat in iure antiquo omnes ſuſcipientes eſſent compatres, & Parochus grauiter eſſet puniendus, ſed vltra vnum, & vnam deſignatos, ſi alij tangant nullam contrahunt cognationem ſpiritualem.

De cognatione quæ contrahitur in Baptiſmo.

QVAESITVM LXXV.

SVMMARIVM.

1 *Poſt Concilium Tridentinum cognatio ſpiritualis contrahitur inter leuantes, vel ſuſcipientes, & ipſum baptizatum, & illius patrem, & matrem; & baptizatum, & baptizantem, & baptizati patrem, & matrem.*

2 *De iure antiquo hæc cognatio erat triplex, paternitas, compaternitas, & fraternitas.*

3 *Paternitas, quæ erat, explicatur.*

4 *Compaternitas quæ erat explicatur.*

5 *Fraternitas quæ erat explicatur*

Inter quos contrahitur ſpiritualis cognatio per Baptiſmum?

1 DIC. Quod poſt Conc. Trid. contrahitur inter leuantes, ſeu ſuſcipientes, & ipſum baptizatum, & illius patrem, & matrem; nec non inter baptizantem, & baptizatum, ac baptizati patrem, & matrem tantum, & non vltra, & contrahitur, vel per ſuſceptionem à fonte, vel tangendo, vel accipiendo ſtatim ſuſcipientes.

De Iure antiquo hæc cognatio erat triplex, nempe paternitas, compaternitas, & fraternitas, vt Gloſ. de cogn. ſpirit. in 6. & habetur 30. q.c. ſi quis ex coniugio. & c. ſiedum de cognat. ſpir.

3 Paternitas erat, quæ contrahebatur inter baptizantem ipſum qui loco patris adhuc habetur, ſiue ille laicus, ſiue clericus, ſiue

Digitized by Google

mulier esset, & baptizatum, & inter baptizatum, ac patrinum, qui loco matris tenebat, aut patrinos si plures fuissent viri, aut fæminæ c. quamuis de cognat. spirit. in 6.

4 Compaternitas erat, quæ contrahebatur in patrem, & matrem baptizati ex vna parte, ac ex altra inter baptizantem, & patrinum, seu patrinos qui de sacro fonte leuabant, dūmodo ipsi essent baptizati, etiam si essent Hæretici, vel scismatici; sed si ipsi non fuissent baptizati nullam contrahebant cognationem, quia sunt incapaces, vt per D. Thom. 4. sent. d. 42. art. 1. q. 3. cuius sententiæ est etiam Riccar. in eodem loco de quo loquens Doctor Angelicus testatur illius verba esse omnia Magistralia, licet alij sentiant contrarium.

5 Fraternitas vero erat inter baptizatum, ac filios baptizantis, ac patrinorum, etiam non legitimos, etiam illos, qui nascebantur post baptismum vide Nau. c. 22. num. 36. & sequentibus, post Conc. Trid. non contrahitur cognatio, nisi vt supra in hoc quæsito dictum est. Nota hic, quod si Curatus descripsisset in libro duas commatres, vel duos compatres contra formā ritualis non bene specificando quis eorum, vel quæ earum esset verus compater, vel commater, in hoc casu requireretur dispēsatio si pater baptizat, vel mater vellet accipere in matrimonium alterum eorum, vel earum.

De cognatione ex Cathechismo, & Exorcismo.

QVAESITVM LXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Vera cognatio spiritualis contrahitur in collatione baptismi, quæ dirimit & impedit.*

1 *Ex Cathechismo vero, & exorcismo oritur cognatio, quæ tātum impedit &c.*

3 *Idem dic, quando puer in casu necessitatis domi baptizatur, & & postea in ecclesia supplentur cæremoniæ.*

4 Paro-

Digitized by Google

4 *Parochus credens puerum eſſe baptizatũ, tm cæremonias ſupplens, ſi poſtea conſtet nõ eſſe baptizatum debet baptizare.*

An cognatio aliqua oriatur ex Cathechiſmo, vel Exorciſmo, qui promittitur in baptiſmo, & quid operatur?

1 2 DIC. Quod vera cognatio ſpiritualis contrahitur in collatione Baptiſmi, quæ impedit, & dirimit, ſed ex Cathechiſmo, & Exorciſmo aliqua etiam oritur cognatio, quæ tamen impedit ſed non dirimit matrimonium c. per Cathechiſ. de cognat. ſpirituali in 6. Nauar. c. 22. num. 14.

3 Idem dic, quando infans domi vrgente neceſsitate baptizatur, quod tunc cotrahitur vera cognatio, & quia ſi ſuperuiuet debet in eccleſiã deferri, vt fiant reliqua conſueta, vt Cathechiſmi, Exorciſmi, & alia, quod tunc contrahitur etiã aliqua cognatio, quæ tamen nõ dirimit, ſed tantũ impedit, vr ſupra dictũ eſt. Itaq. verus compater in tali caſu eſt, q baptizauit domi, nõ qui cathechizauit poſtea niſi modo expreſſo. Et hic notandũ, quod

4 ſi Paroch⁹ credẽs puerũ domi ſecreto baptizatũ, adhibeat in eccleſia tm̃ ſolitas ſolẽnitates, & reliqua baptiſmi, vt fieri debet, ſi poſtea aduertit nõ fuiſſe verè bãptizatũ, debet iterũ illũ baptizare in eccleſia, & de nouo repetere oĩa, vt ſentit Vict. ſed ſecũdũ alios ſufficit eũ baptizare nõ tamẽ ſoleñiter, & hæc eſt rationabilis ſentẽtia, & ſi infãs domi baptizat⁹ ſine ſolemnitatib⁹ moriatur antequam adimpleantur ſolemnitates in eccleſia, debet in loco ſacro ſepeliri, quia ĩã fuit baptizatus, ſolẽnitates, & cæremoniæ, tàm quæ adhibentur in adminiſtratione baptiſmi, quã aliorũ ſacramentorũ, liceat nõ ſint de eſſentia, tamẽ ſunt pleniſſimæ ſanctiſsimis miſterijs, & qui eas omitteret ex contemptu, vel culpabili negligentia peccaret mortaliter, quia ſunt de præcepto eccleſiæ.

De cæremonijs eccleſiæ cõpilauit multa pul herrima, & earũ ſignificationẽ doctiſsimè explicauit D. Raynuti⁹ Caſtellan⁹, Raynuti⁹ ille in Vrbe ob eius ſingularẽ doctrinã, & ſũmã prudentiã

Digitized by Google

omnibus charas, omnibus notas, sed illustrissimo D. Cardinali Arigono notissimas, & charissimas, quo, in grauissimo Generalis Vicariatus Metropolitanæ Ecclesiæ Beneuenti munere vtitur & summam ei rerum suarum, & grauissimarum credidit.

QVAESITVM LXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia conuenienter cathechizat infantes.*
2 *Cum Patrinus respondet credo in baptismo, sensus est, promitto, quod iste puer pro quo respondeo credet.*

Cur ecclesia cathechizat, cum illi nil sentiant, nec intelligant?

1 DIC. Quod Sancta Mater Ecclesia nil inutile, vel superfluum adhibet, nam in hac actione, sicut per alios ad baptismũ duci facit infãtes, sic per alios eos in fidẽ instruit: Itaq; ecclesia pia mater sicut vtitur aliorũ pedib⁹, vt hi ducãtur ad baptismum, sic aliorum corde, vt in Deum credant, & aliorum auribus, vt instruantur in fide, quapropter, quãdo respõdet Patrinus p infante, credo, dũ baptizatur, intelligitur promitto, quod iste puer, pro quo respondeo credet D. Thom. in 4. d. 6. q. 2. art. 2. & 3. par. q. 1. ar. 2. ad secundum, & si Patrini nullam haberent fidem, nil obesset infantibus, vt supra responsum est.

QVAESITVM LXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Ceremoniæ, quæ adhibentur in baptismo plura significant.*
2 *Insufflatio in faciem pueri significat Demonis expulsionem, & præparationem pro adueniente Spiritu sancto.*
3 *Sal impositus ori pueris, significat puritatem a peccatis, & sapientiam, vt possit præseruari à peccatis.*
4 *Saliua sacerdotis ad aures, & nares pueri significat aperitionem*

Digitized by Google

nem ſenſuum ad ſpiritualia.

5 *Oleo ſancto, quo ſcapulæ pueri vnguntur ſignificatur infans athleta ad pugnandum contra Diabolum.*

6 *Poſt baptiſmū vnctio frontis oleo Chriſmatis ſignificat, infans, quod eſt factus particeps Regni cæleſtis.*

7 *Veſtis alba, qua induitur, ſignificat vitæ nouitatem.*

8 *Candela accenſa dū baptizatur ſignificat doctrinæ veritatem, quam debet operibus comprobare.*

Quid ſignificant cærimoniæ, quæ adhibentur in baptiſmo?

1 DIC, Quod ſunt plænæ ſanctiſsimis ſignificationibus, ſicut, & cærimoniæ aliorum ſacramentorum, itaque ſeptem fiunt in ſolemni adminiſtratione Baptiſmi, quatuor ante baptiſmum, & tria poſt baptiſmum.

Primo, ante baptiſmum fit inſufflatio in faciem baptizandi, quæ actio ſignificat, quod Dæmonis poteſtas à Puero fugatur ceditque locum aduenienti ſpiritui ſancto Summ. Confeſſ. lib. 3. tit. 14. q. 44. D. Thom. 3. par. q. 71. ar. 3. & alij.

2 Secundo, ponitur ſal in ore infantis, quod duo ſignificat, vt ſcilicet ſapientiæ ſale infans cōditus, purus ſit à fœtore iniquitatum, & ne putreſcat vermibus peccatorum Riccar. in 4. ſignificat etiam gratiam, & ſapientiam, ac præſeruationem à peccatis, vt ſcilicet, ſicut ſal in carne aſperſus facit illud perſeuerare in ſuo eſſe, & a putredine liberat, ſic, & gratia, quæ per baptiſmum confertur liberat baptizatum, & conſeruat à peccatorum ſordibus D. Antonin. 3. par, tit. 14. c. 23. §. 44.

3 Liniuntur aures, & nares ſaliua Sacerdotis, quod ſiginficat aperitionem ſenſuum illius ad ſpiritualia D. Anton. vbi ſupra.

4 Quarto pectus linitur oleo ſancto, ac ſcapulæ per quod declaratur baptizandus athleta Chriſti ad pugnandum contra inimicum generis humani D. Thom. 4. ſent. d. 6. q. 1. ar. 11. & hæc quatuor præcedunt baptiſmum; quæ etiam habent, & aliàs myſticas ſignificationes, vt videre eſt apud Theologos.

 Digitized by Google Poſt

6 Poſt baptiſmum frons baptizati vngitur chriſmate ad denotandum, quod eſt factus particeps Regni cæliſtis Sot. 4. d. 3. q. 1. art. 10.

7 Secundo induitur veſte alba, quæ denotat vitæ nouitatẽ, ad quã baptizatus directus eſt D. Thom. 4. d. 6. q. 2. art. 1.

8 Tertio, datur in manibus baptizati candela accenſa, & denotat doctrinæ veritatem, quam debebit in vita ſua bonis operibus comprobare D. Thom. lo. ci. ar. 2. Quæ ſolemnitates, & ſacramẽtalia non ſunt de eſſentia ſacramentorum, ſed ſi quis omitteret abſque caſu neceſſitatis peccaret mortaliter, ſed in caſu neceſſitatis poterunt omitti ad tempus, & ſi vacabit poſtea ſuppleri in eccleſia, vt moris eſt. Et hæc ſatis circa baptiſmum, cæteros caſus poterit Parochus per ſe ipſum reſoluere, vel ſi dubitabit cõſulere Superiores, & id eſt cautius: nam dubitare de vnoquoque non eſt inutile, vt dicitur in prædicamentis.

Nota hic, q; ſi baptizato aliqo in caſu neceſsitatis, in quo eſſent ſupplẽdę per Parochũ poſtea in eccleſia aliæ ſolemnitates ſi multũ tẽporis interceſſerit, cũ hoc ſcitur nõ ſunt amplius ſupplẽdæ ad euitandũ ſcandalũ. Vbi etiã nota, q; cognatio impediens, & dirimens, vt ſuo loco dictum eſt, ex baptiſmo ſic facto oritur, ex Cathechiſmo autẽ, de exorciſmo naſcitur aliqualis cognatio vide Nauar. in hoc lo.

Nota etiam, quod extra caſus neceſsitatis non eſt domi baptizandum, ſed in eccleſia more ſolito.

Digitized by Google

DE SACRAMENTO CONFIRMATIONIS

De Definitione.

QVAESITVM I.

SVMMARIVM

1 *Definitio ſacramenti Confirmationis.*

Quid eſt ſacramentum Confirmationis?

1 DIC. Quod eſt ſacramentum Eccleſiæ, quo baptizatus vngitur in fronte ab Epiſcopo, & ad pugnam roboratur c. Spiritus ſanctus de conſec. d. 5. & c. 1. de ſacram. vnct. S. primo fontis; vel eſt vnctio chriſmatis conſecrati quo Epiſcopus inungit frontem baptizati ſub certa verborum forma D. Thom. 3. par. q. 72. & omnes Theologi.

QVAESITVM II.

SVMMARIVM.

1 *Per ſacramentum confirmationis roborantur fideles in fide collata in baptiſmo ad reſiſtendum Diabolo, & fidem Chriſti proteſtandum publicè.*

Quare poſt ſacramentum baptiſmi ſequitur in ordine ſacramentum confirmationi?

DIC.

Digitized by Google

1 DIC. Quod hoc non vacat mysterio, quia per hoc sacramentum confirmatur, & roboratur fides collata in sacramento Baptismi, & ius, quod habet ad Regnum, & confirmatus fortificatur ad vehementius resistendum Diabolo, & ad protestandum publicè fidem Christi, de quibus effectibus confirmationis habetur in epistola Melchiadis PP. ad Episcopos Hispaniæ his verbis. Homo per baptismum recipitur ad militiam, sed per confirmationem armatur ad pugnam.

QVAESITVM III.

SVMMARIVM.

1 *Sacramentum confirmationis fuit figuratum in lege veteri.*
Primo in benedictione Isaac.
2 *Secundo in vnctione vasorum.*
3 *Tertio in confirmatione columnarum.*
4 *Quarto In exhilaratione vultus in oleo.*

An hoc sacramentum fuerit præfiguratũ in scriptura veteri?

1 DIC. Quod sic, prout ingeniosissimè collegit auctor candelabri aurei agens de hoc sacramento.

Primo, benedictio, quã impartiuit Iacob filio suo Isaac Gen. 25. præfigurauit hoc sacramentum cum baptismo, & sacramento Eucharistiæ.

2 Secundo, vnctio vasorum facta oleo iussu Dei, vt Exod. 3. figurauit hoc sacramentum.

3 Tertio, confirmatio columnarum, vt in Psal. 118. confirmationem Christianorum, qui columnæ fortissimæ esse debent, quæ per hoc sacramentũ habetur significauit hoc sacramentũ.

4 Quarto exhilaratio vultus in oleo, vt eodem Psalmo hoc sacramentum confirmationis figurauit.

Digitized by Google

QVAE-

QVAESITVM IIII.

SVMMARIVM.

1 *Hoc Sacramentum habet plura nomina, videlicet appellatur bapti*ſ*m*ⁿ *Spiritus ſancti, receptio Spiritus ſancti, perfectio, conſignatio, confirmatio, chriſma.*

2 *Horum nominum ſignificatio latè explicatur.*

3 *Conuenienter chriſma conflat ex oleo, & balſamo.*

An hoc ſacramentum habeat vnum, vel plura nomina apud ſacros Doctores?

1 DIC. Quod habet plura nomina, & varijs nominibus cõſueuit appellari, nam alquando appellatur baptiſmus Spiritus ſancti, aliquando receptio, Spiritus ſancti, aliquando manus impoſitio, aliquando perfectio aliquando conſignatio, aliquando confirmatio, aliquando dicitur chriſma, & hæc nomina competunt huic ſacramento ſecũdum diuerſos reſpectus, nam appellatur baptiſmus Spiritus ſancti, quia per ipſum recipitur plenior gratia Spiritus ſancti, & ideo etiam vocatur receptio Spiritus ſancti, dicitur manus impoſitio, quia per manus impoſitionem datur: dicitur perfectio, quia per ipſum fides cõfirmati perficitur, vel perficitur gratia in baptiſmo recepto: dicitur conſignatio, quia per ipſum confirmatus ſignatur ſigno crucis in fronte: dicitur chriſma ratione materiæ ipſius.

2 Chriſma autem eſt vnguentum, quod conſtat oleo oliuarũ, & balſamo, & eſt græcum vocabulum, quod latinè vnguentum ſonat; & per excellentiam intelligitur de iſto vnguento, quod eſt materia huius ſacramenti, & appellatur chriſma, & conſecratur a ſingulis annis in die ſancto Iouis maioris hebdomadæ cũ oleo catechumenorum quo vnguntur infirmi in extrema vnctione, vt ſuo loco (iuuante Deo) dicemus.

3 Nec, caret myſterijs, quod chriſma conſtet ex oleo oliuarũ, & balſamo, nam per oleum oliuarum ſignificatur nitor conſcientiæ

Digitized by Google

entiæ, per balsamum odor bonæ fidei, q. scilicet debeat Christianus, & habere nitorem conscientiæ propter se, & odorem bonæ famæ propter proximum, vt in dicto c. vnico.

De Auctore sacramenti Confirmationis, & quis instituit.

QVAESITVM V.

SVMMARIVM

1 *Auctor huius sacramenti, sicut etiam omniũ aliorum fuit Christus Dominus.*

Quis fuit auctor huius sacramenti?

1 DIC. Fuisse Dominum nostrum Iesum Christum, vt supra de sacramentis in comuni responsum est, vt est Auctor omnium aliorum sacramentorum, & hoc est de fide, & ita determinatur in Conc. Trid. sess. 7. de confir. c. 1. licet aliqui tenuerint contrarium, vt refert Victor. de confirmat in princ. sub num. 40. sed illorum sententia non est tenenda, vel intelligenda, vt ipsemet victoria ibi declarat.

QVAESITVM VI.

SVMMARIVM.

1 *Hoc sacramentum secundum aliquos fuit institutum, quando Domin⁹ vt dicitur à S. Matth. 19. imponebat manus super paruulos, sed non potest teneri ista sententia.*

2 *Melius dicitur quod fuit institutum in vltima Cœna, quando promisit Dominus se daturum Spiritum sanctum.*

3 *Christus Dominus promittendo instituit hoc sacramentum, quæ promissio fuit adimpleta in die Pentecostes.*

Quando fuit institutum hoc sacramentum?

DIC

Digitized by Google

1 DIC. Secundum aliquos, quando Matth. 19. Dominus imponebat manꝰ ſuper paruulos Palud. relatus à D. Anton. 3.p.tit.14.c.12. §. 1. qui videtur eſſe eiusdem ſententiæ Sot. in 4.d.7.q.1.art.1. Sed ſententia id tenentium non poteſt ſuſtentari, nam non apparet in ſcriptura ſacra ante dictos pueros fuiſſe prius baptizatos, quã ſuper illis Dominus manus impoſuit, nec eſt veriſimile prius voluiſſe confirmare, quam baptizati eſſent, & impoſitio illa manuum Domini fuit quædam prædemonſtratio modi, & vſus, quo vſuri erant Apoſtoli in adminiſtrando hoc ſacramento baptizatis Sot. lo. ci.

2 Alij, & verius dicunt, quod fuit inſtitutum in vltima Cæna, hæc ſententia probatur auctoritate S. Fabi. in epiſtola ad Orientales, vel quando promiſit ſe daturum Spiritum ſanctum, quia tunc etiam docuit conficere chriſma. Bart. ab Angelo de cõfir.

3 Sed aduertat Parochus, quod Dominus inſtituit hoc ſacramentum, non exhibendo, vel adminſtrando, ſed promittendo, vt habetur Ioannis 16. & ſi ego non abiero, paraclytus non veniat ad vos, quæ promiſſio fuit impleta in die Pẽtecoſtes miſſione Spiritus ſancti, quæ fuit ſacramentũ Confirmationis D. Th. 3.p.q.72 art.1. ad primum. Sot. in 4.d.7. q. 1. art. 2. Vel dic, quod tunc fuit inſtitutum, quando dixit Dominus Apoſtolis, ſedete hic, donec induamini virtute ex alto, & quod tunc inſtituit promittendo, quod poſtea adimpleuit, vt dictum eſt.

De neceſſarijs in ſacramento confirmationis, ſeu particularibus.

QVAESITVM VII.

SVMMARIVM.

1 *In hoc ſacramento ſicut & in cæteris tria ſunt neceſſaria, ſcilicet Materia, Forma, & Intentio miniſtri*

Quot ſunt neceſſaria in hoc ſacramento de eſſentia ſacramenti?

Digitized by Google DIC.

1 DIC. Quod tria, vt dictum est de sacramentis in communi, requiri necessario in vnoquoque sacramento, scilicet Materia, Forma, & Minister cum intentione. Materia est chrisma, idest oleum mixtum balsamo ab Episcopo consecratum, vt c. 1. de sacra vnct. Sed hæc est materia remota, nam propinqua est vnctio, seu linitio ad Crucis figuram. Forma sunt verba, quibus vtitur Episcopus, de quibus fusius dicetur, Minister est Episcopus.

QVAESITVM VIII.

SVMMARIVM.

1 *Materia huius sacramenti est oleum oliuarum ex Christi institutione.*

An materia possit esse ex alio liquore, quam oleo oliuarum, & balsami loco possit ne adhiberi alius precioſus liquor?

1 DIC. Quod oleum oliuarum, & non alterius generis est de essentia huius sacramenti, quia in hac materia Dominus illud fieri instituit. Itaque oleum nucum, vel amigdalarū, vel aliarum arborum non est apta materia, quia non sunt oleū, & potius appellantur succi. D. Thom. 3. p. q. 1. art. 4. ad tertium, & alij. Vict. de confirmatione num. 40.

QVAESITVM VIIII.

SVMMARIVM.

1 *Secundum communem opinionem oleum oliuarum, & balsamū in hoc sacramento sunt necessaria, de necessitate sacramenti.*

2 *Alij dicunt tantum oleum esse necessarium*

3 *Vtraque opinia potest sustineri prima conformior S. Thom.*

4 *Opinio Auctoris explicatur.*

Digitized by Google

An

An balſamum ſit neceſſarium in ſacramento Confirmationis neceſſitate ſacramenti, vel præcepti?

1 IDIC. Secundum communiorem ſententiam Theologorũ in 4. d. 2. & Canoniſtarum in c. paſtoralis de ſacram. non reiter. eſſe neceſſariũ vtrũq; ſcilicet oleũ oliuarum, & balſamum neceſſitate ſacramenti.

2 Aliqui dicunt oleum oliuarum tantum eſſe de eſſentia ſacramenti, ſed balſamum non eſſe neceſſarium niſi neceſſitate præcepti Caet. in 3. p. q. 72 art. Vict. num. 40. de confir. Nau. c. 22. n. 8. in Manual. & alij. Vtraque igitur ſententia ſuſtentari poteſt, ſed prima ſatis videtur placere D. Thom. in 4. d 7. q. 1. art. 2. vbi dicit oleum eſſe nutritiuum ignis, & lucere, & ideo eſſe aptam materiam confirmationis, quia ignis viſibiliter deſcendebat in confirmatos in primitiua eccleſia, ſed in forma linguæ, & ideo balſamum adiunctum eſſe propter bonum odorem, quia ob confeſſionem linguæ odor bonæ notitiæ Dei diffunditur in omni loco. Eſt igitur materia huius ſacramenti oleum balſamatum. Et licet hæc ſententia placeat D. Thomæ, alia aſſerentium balſamum eſſe neceſſarium neceſsitate præcepti videtur etiam approbari in c. paſtoralis de ſacram. non reiterandis Abbas. in c. 1. num. 2. de ſacram. Vict. Nau. lo. ci.

4 Ego dicerem, ſalua pace aſſerentium contrarium, & ſaluo iudicio ſanctæ matris eccleſiæ, cui me ſubmitto, ſententiam hanc eſſe ſatis rationabilem, quia ſi balſamum diceretur de eſſentia huius ſacramenti, cum ſit liquor præcioſiſsimus, & de longinquis partibus deferatur, & de facili haberi non poſsit, imò poſſet accidere, vt minime haberi poſset, cum, vt habetur in deſcriptione Africæ arborem ex qua fluit balſamus dicat P. Ioannes Leo eſſe vnicam in agro dicto Almatriã prope Cairum, ſe queretur, & quod deficiente materia huius ſacramẽti defraudarentur fideles ipſius fructu, quod non eſt veriſimile voluiſſe auctorem, qui, vt in alijs ſacramentis inſtituit materias, quæ de facili haberi poſſent, ſed ſi quis confirmaretur oleo benedicto ſine balſamo ſecundum vnam opinionem eſſet confirmatus, ſed pecca-

Digitized by Google

peccaret mortaliter, tam Episcopus quam etiam confirmatus, si esset doli capax, & procurasset ita se confirmari.

QVAESITVM X.

SVMMARIVM.

1 *Hoc sacramentum in nullo casu potest administrari, nisi ab Episcopo consecrato, & in oleo ab Episcopo consecrato, aliàs non esset sacramentum.*

An tempore necessitatis possit hoc sacramentum administrari ab Episcopo electo, & nõ consecrato, & in Chrismate non consecrato, seu benedicto, & si de facto administraretur, quæritur an esset sacramentum?

1 DIC. Quod non esset sacramentum, quia, vt chrisma sit apta materia huius sacramenti est necesse, vt sit benedictum ab Episcopo, quod fieri solet die sancta Iouis maioris hebdomadæ, nam in hac die in Cæna Dominus docuit conficere chrisma, nec valet hic allegare casum necessitatis, quia hoc sacramentum non est necessarium simpliciter ad salutem, vt de sacramentis in genere præmissum est, & Episcopus, si non est consecratus ad Episcopalem dignitatem, nequit esse Minister huius sacramenti c. nouissime de consec. d. 5. & ideo est dignissimum sacramentum ratione ministri, vt dictum est.

QVAESITVM XI.

SVMMARIVM.

2 *Regulariter simplex Sacerdos non vt ordinarius minister, sed vt delegatus delegatione Apostolica, & chrismate ab Episcopo consecrato potest administrare hoc sacramentum.*

2 Secun-

Digitized by Google

¶ *Secundum aliam opinionem potest simplex hic Sacerdos delegatus sibi etiam materiam præparare pro hoc sacramento.*

An simplex Sacerdos posset hoc sacramentum ministrare?

¶ DIC. Quod regulariter, vt supra conclusum est, non potest, nisi ex delegatione Apostolica in aliqua Diœcesi vel loco, & tunc, non, vt ordinarius minister, sed, vt delegatus c. quanto extra de consec. & ibi Gloss. Sot. in 4.d.3.q.1.ar.1. & 3. Vbi dicit chrisma esse etiam ab Episcopo consecrandum ab Episcopo consecrato, secus ab Episcopo electo, tantum. c. si iubet &c. Presbyter 26.q.6.

¶ Caet. tenet si simplex Sacerdos ex dispensatione Apostolica hoc sacramentum administraret, posse eum etiam ex ipso sine benedictione Episcopi præparare sibi materiã, quod quidem videtur rationabile, nam vbi id Pontifex dispensaret, vt à simplici Sacerdote administraretur, credo ad id moueri ex penuria Episcoporum: hinc, si materia esset necessario benedicenda ab Episcopo, & hic ibi non reperietur, dispensatio videretur frustratoria, & fideles fructu huius sacramenti priuarentur, quod haud credendum est fuisse mentis sanctissimæ Summi Pontificis dispensantis:

Itaque concluderem, saluo meliori iudicio Presbyterum cui liceret hoc sacramentum administrare, posse etiam, & sibi materiam aptam præparare; quia cui datum est principale videtur, etiam concessum accessorium cum Reuerendissimo Caetano in 3. par.q.72.art.3. Qui vult etiam validum esse sacramentum confirmationis collatum ab Episcopo cum oleo consecrato à simplici sacerdote contra sententiam D. Thom. in eodem loco.

QVAESITVM XII.

SVMMARIVM.

¶ *Chrisma debet singulis annis renouari necessitate præcepti ecclesiæ.*

Digitized by Google

An Chrisma debeat singulis annis renouari de necessitate sacramenti, vel de necessitate præcepti?

1 DIC. Quod debet singulis annis renouari necessitate præcepti ecclesiæ ex Fabiano PP. in epistola. 2. ad Orientales, & habetur de consec. d. 4. can. Si quis. Sed si administraretur in veteri chrismate, vtique esset validum sacramentum, sed peccaret administrans, aut etiam suscipiens, si id procuraret relicto nouo chrismate; secus si ex deuotione peteret cõfirmari quis nolens expectare nouũ chrisma, ex pietate, & deuotione.

QVAESITVM XIII.

SVMMARIVM.

1 *Forma huius sacramenti quænam sit.*
2 *Prædicta forma etiam valida est, si per modum deprecatiuum proferatur secundum aliquos,*
3 *Hoc tamen non admittitur ab alijs,*
4 *An sit de necessitate sacramenti addere ista verba confirmo te, &c.*

Quæ est forma huius sacramenti?

1 DIC. Quot sunt hæc verba, scilicet, Signo te signo Crucis, & confirmo te chrismate salutis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti amen. de cons. d. 5. c. nouissime, &c. Vnica de sacram. vnct. quæ verba non sunt de essentia, vt iacēt,
2 sed validum (dicunt quidam) erit sacramentum, si proferantur etiam per modum deprecatiuum, vt, signa eum Domine, vel, signet te Dominus signo fidei, &c. signando confirmandum, signo Crucis in fronte, dicēdo in nomine Patris, &c. vel signet te Deus sigillo fidei, &c. in nomine, &c. In omnibus his modis esset validum sacramentum secundum aliquos, & ratio quare forma verborũ in administratione huius sacramenti posset mutari, est, quia nihil interest ad perfectionem ipsius, vt actio exprimatur

Digitized by Google

primatur facta primariè à Deo, vt esset in dictis modis, vel secundariè à ministro, vt est in modo solito, à quo, qui discederet, licet sacramentum esset validum, non esset sine peccato.

Sed Suarez Disput. 33. 3. par. sect. 5. Tom. 3. hanc sententiam explicauit in resp. ad 4. vt non sufficiat propriè forma per modum deprecationis, sed esse debet per modum indicatiuum, aut saltem imperatiuum, vt significetur efficacia sacramenti.

3 Sciat Parochus quosdam tenere non esse de necessitate sacramenti, præter illa verba [signo te signo Crucis] addere illa [& confirmo te &c.] quia per alteram harum orationum exprimitur actio sacramentalis, & ita habetur in Pontificali Romano antiquo, quod etiam sensit Riccard. 4. d. 7. ar. 1. ad secundum. Sed Doctor Angelicus videtur sentire contrarium in 4. distinctione 1. artic. 4. ad quartum. & doctores communiter, & fauet Concil. Floren. & Ambrosius de his, qui initiatur c. 7. de qua re vide Suarez Disp. 33. sect. 5.

4 Sed si quis dimitteret aliquam harum dictionum non esset sine peccato, & sacramentum nõ esset validum secundum istam sententiam.

QVAESITVM XIIII.

SVMMARIVM.

1 *Quomodo omnia verba formæ sacramenti confirmationis sint de necessitate, explicatur.*

2 *Expressio sanctissimæ Trinitatis in hoc sacramento est de necessitate.*

An omnia verba formæ supra notatæ sint de essentia ipsius formæ?

1 DIC. Quod duplicatio illorum verborum [signo, & cõfirmo te] est de essentia, sed illa dictio [chrismate salutis, vel sanctificationis] non est de essentia sacramenti, sic etiã

Digitized by Google

qui loco horum verborum [signo, & confirmo] vteretur aliis verbis adhuc idem significantibus, adhuc conferret validum sacramentum, sed peccaret, quia administraret contra formã matris Ecclesiæ, à qua non est discedendum, nisi excusaret inaduertentia, & tunc non peccaret, & signum crucis nõ est necesse, vt signetur eodẽ tẽpore, quo dicuntur verba, sed sufficeret etiã si paulo post signaretur signũ crucis, sed melius est, vt eodẽ tẽpore cum verba proferuntur, signum crucis signetur.

2 Sed aduertendum bene est, quod expressio sanctissimæ Trinitatis est de essentia huius sacramenti, quia in Conc. Flor. sub Eug. 4. eod em modo loquendi declaratum est de forma Bapt. ac de forma Confirm. atque in administratione baptismi inuocatio sanctissime Trinitatis per notiora vocabula est de essentia sacramenti, vt dictum est, sic in hoc sacramento dicendum est.

QVAESITVM XV.

SVMMARIVM

1 *Quamuis in Euangelio non habeatur expresse materia, & forma sacramenti Cõfirmationis, habetur tamẽ ex Apostolica traditione ab Apostolis qui à Domino acceperunt.*

2 *Christus Dominus in vltima Cæna docuit facere Chrisma tradens, & materiam, & formam.*

An de forma & materia huius sacramenti habeatur aliquis locus in sacris Euangelijs?

1 IDIC. Quod, quamuis ex Euangelistis non habeatur expresse de forma, & materia huius sacramenti, tamen habet sancta mater Ecclesia Catholica Romana traditione ab Apostolis, qui ab ipso Domino nostro acceperunt iuxta illud. Ego enim accepi à Domino D. Tho. in 4. d. 7. q. 1. ar. 3. & 3. p. q. 72.

2 ar. 4. ad primum. Et, vt supradictum est Christus Dominus in vltima Cæna docuit conficere chrisma, quod est materia, idem dicendum est de forma, quod Apostoli illam à Domino eodẽ Ecclesiæ tradiderunt.

De

Digitized by Google

De corruptione formæ, vel mutatione, vel subſtractione, quando his annulletur ſacramentum, videat Parochus, quæ circa id, cum de ſacramentis in genere actum eſt, reſponſa fuerunt.

QVAESITVM XVI.

SVMMARIVM.

1 *Mutans vſum adminiſtrationis huius ſacramenti, niſi ſit inaduertentia peccaret.*

2 *Vſus eſt, vt inunctio fiat in fronte, ad oſtendendum, quod nec timore, nec verecundia Chriſtianus debet deterreri à confeſſione fidei.*

3 *Datur in fronte ad figuram Crucis, vt non erubeſcamus ignominias Crucis, quod ſignum eſt de eſſentia ſacramenti.*

4 *Si fieret inunctio in alia parte corporis, quam in fronte non tenetur ſacramentum.*

An ſit de eſſentia ſacramenti, vt inunctio fiat in frõte, vel ſufficiat, ſi fiat in alia parte corporis?

1 DIC. Quod peccaret qui mutaret vſum adminiſtrationis huius ſacramenti, niſi excuſaretur inaduertentia, qui
2 vſus eſt, vt fiat vnctio in fronte, quod non caret myſterio, vt
3 ſcilicet; vnctus in fronte diſcat, nec timore, nec verecundia à confeſſione Chriſtianæ fidei deterreri, ſed audacter illam confiteri, hinc Auguſtinus in Pſal. 114. Sacramenta (inquit) conferuntur, & recipiuntur in varijs partibus corporis, Baptiſmus in capite, ſeu etiam in toto corpore, Euchariſtia in ore, Confirmatio in fronte, quia, vt ſequitur frons eſt locus pudoris, & datur hoc ſignaculum in fronte ad figuram crucis, vt nõ erubeſca-
4 mus ignominias crucis palàm omnibus confiteri, hæc Auguſt. q. 1. art. 9. Conclude ergo, quod debet fieri in fronte, ſed ſi fieret inunctio in alia parte, quàm in fronte non teneret ſacramentum ex Soto. in 4. d. 7. q. vnica art. 9.

Digitized by Google

QVAESITVM XVII.

SVMMARIVM.

1 *In omni ætate qua recipitur ſacramentum Chriſmatis tenet, & eſt bene collatum.*
2 *Regulariter dandum eſt pueris, cum ad vſum rationis peruenerint.*
3 *Si ante conferatur etiam tenet ſacramentum licet male fiat.*
4 *Datur leuis alapa maxillæ pueri, vt diſcat ab initio pati pro nomine Chriſti.*
5 *Circa ætatem, ritum, & vſum huius ſacramenti ſeruandus eſt ritus, & vſus cuiusque Eccleſiæ.*

An hoc ſacramentum ſit conferendum ſolum pueris, & in qua ætate, vel etiam ſenibus, & alijs ætate prouectis,

1 DIC. Quid in omni ætate, qua ricipitur tenet, & eſt bene collatū. Sed regulariter eſt dandum pueris, cum ve-
2 nerint ad annos diſcretionis; ſed ſi ante cōferatur, adhuc tenet
3 cramentum, licet male fiat, quia debet dari in ea ætate, vt recipiens recordetur ad quem finem percutiatur illius maxilla leui
4 alapa, vt fit, quod eſt inditium, vt diſcat ab initio pati pro nomine Chriſti, quæ alapa nō eſt de eſſentia, ſed non debet omitti, licet omittere non eſſet peccatum, nam non caret miſterio, quia per illam admonetur, vt dictum eſt, abinitio pati pro Chriſti nomine, & in reliquo vitæ ad pugnam.

5 Sed circa ætatem, aut ritum, & vſum in adminiſtratione huius ſacramenti, ſeruandus eſt ritus, & vſus cuiuſcunque Eccleſiæ; nam, quod viderim non adeſt prohibitio, vt non poſsint, aut debeant confirmari, etiam infantes ante vſum rationis D. Tho. 3. p. b. 72. art. 8. & alij in 4. Tabien. confir. S. 7.

Digitized by Google

QVAE-

QVAESITVM XVIII.

SVMMARIVM

1 *Non est de essentia huius sacramenti vt à ieiuno ieiunis administretur, vt antiquitus fiebat, nam propter multitudinem etiam post prandium administratur.*

An sit de essentia, vt administretur hoc sacramentum à ieiunio ieiunis?

1 DIC. Quod non de essentia, sed id antiquitus obseruabatur (& vbi nunc obseruaretur esset laudabile) vt habetur de consec. d. 5. c. ieiunium &c. vt Episcopi; hodie vero adeo creuit multitudo fidelium confirmandorum, vt etiam post prandium administrari sit necesse. Itaque si ante prandium administraretur esset congruum, sed non est præceptum. D. Th. 3. p. q. 72. art. 2. ad secundum. Sylu. Conf. §. 4. & alij.

QVAESITVM XIX.

SVMMARIVM

1 *Nec ligamen, in fronte confirmati, nec cerei oblatio sunt de essentia sacramenti, nec de præcepto.*

2 *Si hæc omitterentur non ex contemptu, saltem venialiter peccaretnr.*

An ligamen in fronte confirmati, & cerei oblatio per ipsum cõfirmantẽ, sint de essentia sacramẽti, vel de præcepto, cũ vtraq; in administraionibus huius sacramenti obseruari videamus?

1 DIC. Neutrũ esse de essentia. Et quoad ligamẽ debet confirmatus habere frontem fascia ligatã ob reuerentiã sacræ illius inunctionis, quousq; desiccata sit, & in aliquib⁹ terris, Bcncu. Diœcesis (quod aduerti cum in visitationẽ fuerim)

Digitized by Google

mos est, vt non remoueantur fasciæ illæ nisi per Párochum aliquo conuenienti spatio post collationem, quod obseruari mãdaui in omnibus Diœcesis Parochijs. Idem dic de cereo, quod
2 non est de essentia, nec de præcepto, sed si quis omitteret non ex contemptu, tàm ligamen, quam cereum offerre, peccaret saltem venialiter. Sed si ex contemptu, peccaret mortaliter ob cõtemptũ rituũ sanctæ matris Ecclesiæ. vide Sot. 4. d. 7. q. 1. ar. 24.

De recipientibus sacramentũ Confirmationis.

QVAESITVM XX.

SVMMARIVM.

1 *Confirmandi si sint adulti, & habeant conscientiã peccati mortalis de consilio debent confiteri, sed de præcepto tenentur conteri.*

An confirmandi priusquam accedant ad recipiendũ sacramentum confirmationis, debeant peccata confiteri?

1 DIC. Quod, aut confirmãdi sunt pueri, qui nõ sunt doli capaces, & de his, quia non habent peccata, non est loquendũ. Sed de adultis dic, q; si habeant conscientiam peccati mortalis debent saltem præuia contritione accedere, alias peccant mortaliter. Sed confessio non est necessaria, licet peccet venialiter, qui accedit sine confessione vocali, sed dic breuius quod stante cõscientia mortalis culpæ contritio est de præcepto. Confessio vero est de consilio. Sylu. verb. confirmat. §. 4. Angel. §. 4. D. Thom. 3. p. q. 72. art. 7. ad secundum.

QVAESITVM XXI.

SVMMARIVM

1 *Hoc sacramentum non debet dari peccatoribus obstinatis.*

Digitized by Google

Qui

Qui licet reciperent ſacramentum non autem rem ſacramenti.

An hoc ſacramentum ſit conferendum peccatoribus?

1 DIC. Quod non debet dari peccatoribus obſtinatis, & qui ſunt in actu peccandi, vt concubinarij, & vſurarij, ſed ſi daretur eis reciperent ſacramentum, ſed non rem ſacramenti, ideſt gratiam, & peccarent morraliter recipiendo hoc ſacramentum in peccato mortali.

Alijs vero peccatoribus contritis, vel non habentibus conſcientiã alicuius peccati, vel peccatoribus habẽtib⁹ contritionẽ, licet non habeãt perfectam contritionẽ poteſt conferri, & per gratiam huius ſacramenti obtinẽt remiſſionem peccatorum, dũmodo non accedãt cum fictione D. Thom. 3. p. q. 72. art. 7. ad ſecundum. Nau. cap. 22. num. 9.

De neceſsitate ſacramenti Confirmationis.

QVAESITVM XXII.

SVMMARIVM.

1 *Sacramentum Chriſmatis non eſt neceſſarium ſimpliciter ad ſalutem, ſed ſecundum quid.*

2 *Illud omittens ex contemptu peccat mortaliter, & non poteſt ſaluari, niſi ſe emendet.*

An hoc ſacramentum ſit neceſſarium ad ſalutem?

1 DIC. Quod non eſt neceſſarium ad ſalutem ſimpliciter, vt ſine eo quis non poſsit ſaluari, ſed eſt neceſſarium ſecundum quid, ideſt, quod per illud confirmatus obtinet maiorem gratiam, & ideo poſtea maiorem gloriam in patria, ſed poteſt ſine eo homo ſaluari, dummodo ex contemptu ſuſcipere non

Digitized by Google

non omittat,& tunc dicetur omittere ex contemptu; quando piger est ad illud suscipiendum, & (de adultis loquor) quasi quod hoc sacramentum esset nullius meriti, ideo illud suscipere non curaret, hic talis peccat mortaliter,& sine hoc sacramento saluari non potest,quod intelligendum est ob peccatū mortale,quod incurrit spernendo instrumenta nostræ salutis, quæ sunt sacramenta. Itaque nisi se emendet,non poterit saluari sine hoc sacramento.

QVAESITVM. XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Sacramentum Chrismatis est necessarium ex necessitate præcepti ecclesiæ, & etiam si absit contemptus, illud recipere omittens peccaret mortaliter secundum vnam opinionem.*

2 *Secundum aliam opinionem non peccat mortaliter suscipere omittens hoc sacramentum ex negligentia. Secus si ex contemptu, nam ex hoc capite peccaret mortaliter.*

3 *Et hæc est opinio probabilior.*

An hoc sacramentum sit de necessitate præcepti, postquam non est de necessitate salutis, nisi modo supradicto

1 IDIC. Secundum aliquos, qnod est de præcepto ecclesiæ suscipere hoc sacramentum, aliter peccaret mo taliter, etiam si absit contemptus, existēte copia ministri illud suscipiēdi,sed non esset de præcepto diuino, & ideo peccaretur mortaliter ob negligentiam Sylu. confess. §. 3. Tabi. §. 5. Ricc. in 4. d. 7. ar. 5. q. 1. Palud. Dur. & alij Theologi, & Summistæ etiam.

2 Alij dicunt non peccari mortaliter ob negligentiam suscipiendi hoc sacramentum, nisi actu sit contemptus Cact. verb. confess. Vict. de Confess. num. 47. Doctor subtilis in 4. sent. d.7. Nauar. c. 22. num. 9. & alij Sūmistæ, & ratio horum est, quia dicunt

Digitized by Google

dicunt nullum adesse præceptum ad id obligans sub mortali, ergo dimittere illud non esset nisi veniale cessante contemptu.

3 Et hæc opinio est probabilior, & magis pia, concludendum est igitur, quod si quis haberet copiam suscipiendi hoc sacramentum, & non susciperet, si esset adultus, vel non offerret filium suum ad suscipiendū, peccaret mortaliter, si adesset contemptus; si vero sine contemptu, sed negligentia quadā crassa peccaret venialiter, & can. de conf. d. 5. Omnes fideles debēt &c. est intelligendus, omnes fideles debere suscipere hoc sacramentum, tanquam vtile, non tanquam necessarium; & id non habet formam præcepti, sed tantum declarat ius diuinum, scilicet, quod vtile ad perfectionem non autem simpliciter necessarium ad salutem.

QVAESITVM XXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Paterfamilias non curans suam familiam confirmari, si ex negligentia peccat venialiter, si ex contemptu peccat mortaliter.*

An paterfamilias, qui non curat se, suamque familiam confirmari oblata facultate peccet?

1 DIC. Vt supra, quod peccat mortaliter, si ex contemptu non curat, sed si id omittit sola quadam negligentia est culpa venialis, Sot. in 4. d. 5. Nau. c. 22. num. 9. de sacramento Confirmationis.

QVAESITVM XXV.

SVMMARIVM.

1 *Qui se facit ordinari antequam sit confirmatus non peccat nisi venialiter, dummodo non adsit contemptus.*

2 *Accedens ad ordinem non confirmatus habens copiam Episcopi*

a quo

Digitized by Google

à quo possit confirmari videtur contemnere, & saltem ita præsumitur in foro exteriori.

3 *Character ordinis præsupponit Characterem Confirmationis non de necessitate sacramenti.*

4 *Qui se facit confirmari sine Patrino peccat mortaliter, excusatur rusticus propter ignorantiam.*

An peccet qui facit se ordinari, antequam sit confirmatus?

1 DIC. Primo, quod si id non facit ex contemptu non peccat nisi venialiter, etiam si scienter se faceret ordinari, imo nec ordinans peccat, si tamen adesset contemptus peccaret mortaliter vterque. Alij dicunt nõ peccare.

2 Sed qui habens copiam Episcopi, à quo posset hoc sacramẽtum sumere, & omittit, & se faceret ordinari peccat mortaliter quia videtur contemnere Palud. 4. d. 7. & ita præsumitur saltem in foro exteriori.

Dic secundo, quod qui non cofirmatus se facit ordinari remoto quocunque cõtemptu non peccat mortaliter, quia Conc. Trid. de reform. sess. 23. c. 4. nullam pœnam imponit confirmato, sed loquitur de ordinante, ne admittat, & per consequens nulla etiam censura incurritur Nau. c. 22. num. 7. in fine, qui videtur aliter sentire in c. 25. num. 68. asserens mortaliter peccare, qui se facit promoueri, antequam sit confirmatus, sed intellige hoc ex contemptu, ordinans vero, si ex contemptu, peccaret mortaliter, si ex inaduertentia venialiter.

Conclude ergo quod peccat saltem venialiter qui se facit ordinari ante confirmationem, & si adesset contemptus mortaliter vide D. Thom. in addit. ad tertiam partem q. 35. art. 4.

3 Et licet Character ordinis præsupponat Characterem confirmationis; id intelligendum est, non de necessitate, sed de quadam congruitate D. Thom. 4. sent. d. 24. q. 1. art. 2. Itaq; sine confirmatione, si quis promoueretur verè reciperet sacramentum ordinis.

Idem dic, quoad reliqua sacramenta, quod possent suscip. sine

Digitized by Google

ſine confirmatione abſque peccato, niſi adeſſet contemptus Sot. in 4.d.7.q.1.art.6.

Et qui ſe facit confirmare ſine Patrino, cum ſciret eſſe de præcepto Eccleſiæ, vel ſcire deberet, peccat mortaliter, ſecus ruſticus, & ignorans inuicibiliter.

QVAESITVM. XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus confirmans oleo non conſecrato, vel non confecto ex balſamo peccat mortaliter.*

2 *Idem dic, ſi confirmaret Chriſmate veteri, quia facit contra præceptum Eccleſiæ, niſi id fieret iuſta cauſa, quæ explicatur.*

An Epiſcopus confirmando cum Chriſmate anni præteriti, vel vngens oleo non conſecrato, vel non mixto balſamo peccaret mortaliter?

1 DIC. Quod tam Epiſcopus, quam alter confirmans ex diſpenſatione Apoſtolica ſi confirmaret oleo non conſecrato, vel non confecto ex balſamo peccaret mortaliter Nau. cap. 22. num. 9.

2 Sic etiam ſi confirmaret cum Chriſmate veteri quia contra faceret præcepto ſanctæ matris Eccleſiæ Anton 3. par. tit. 14. c. 18. §. 2. Ang. de Confir. §. 5. niſi excuſaretur rationabili cauſa, vt quia ob perſecutionem infidelium non potuit nouum Chriſma conficere, & imminet mors alicuius, qui petit confirmari, vel alia iuſta cauſa, ſalua tamen meliori ſententia.

QVAE-

Digitized by Google

De sacramento Confirmationis collato per Apostolos.

QVAESITVM XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Apostoli hoc Sacramentum administrauerunt per visibilem collationem Spiritus sancti, in forma linguarum ignearum, & manuum impositionem.*

2 *Apostoli quando prædicta signa non descendebant, confirmabant Chrismate.*

3 *Oleum ponitur in Confirmatione pro signo visibili ignis, balsamum pro figura linguæ.*

An Apostoli vterentur Chrismate in conferendo sacramento cofirmationis?

1 DIC. Quod sancti Apostoli duplici ritu hoc sacramentū administrauerunt. primo, per visibilem collationem Spi- sancti in forma linguarum ignearum, vt Actor. 8. & hoc modo non adhibebatur alia materia, sed per manuum impositionem descendabat super cōfirmatos Spiritus sanctus visibilibus signis

2 Secundo modo vtebantur Apostoli in administratione hui' sacramenti chrismate, & hoc fuit quando amplius signa visibilia non descendebant, quæ miraculose fiebant. Vict. num. 44. de conf. est videndus D. Dionysius de ecc. hier. c. 4. Viguer. de conf. Canisius de Doctrina Christiana c. 2. de confirm.

3 Nunc vero oleum ponitur in confirmatione pro signo visibili ignis, & balsamum pro figura linguæ, quia cum oleum sit natura sua pingue, & diffluat, gratiæ plenitudinē significat, quæ per Spiritum sanctum à Christo, vt à nostro capite in membra eius, quæ nos Christiani sumus, diffunditur. iuxta illud. De plenitudine eius omnes accepimus, & balsamum, cum sit odoriferum, significat fideles, qui hoc sacramento perficiuntur, & bo num Christi odorē emittunt iuxta illud. Christi bonus odor sumus. Cathehtf. Rom.

Digitized by Google

QVAE-

QVAESITVM XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus non potest administrare hoc sacramentum Diœcesi sine licentia Episcopi Diœcesani.*
2 *Si administraret sacramentum, Episcopus peccaret mortaliter ex contemptu.*
3 *Secus si id faceret cum ratihabitione.*

An Episcopus vnius Diœcesis possit in alterius Diœcesi hoc sacramentum administrare etiam suis subditis?

1 DIC. Quod non potest sine licentia Episcopi Diœcesa-
2 ni, sed si de facto administraret, teneret sacramentum, ipse tamen episcopus peccaret mortaliter, quia vsurparet iurisdictionem, & exerceret Pontificalia vbi non potest; excusaretur
3 tamen spe ratihabitionis propriſ Episcopi.

QVAESITVM XXVIIII.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopus non debet confirmare subditos aliorũ Episcoporum; si faciat peccat, non tamen fit irregularis, & tenet sacramentum.*

An Archiepiscopus possit confirmare in sua Diœcesi subditos aliorum Episcoporum ibi existentes per transitum?

1 DIC. Quod non debet confirmare, si tame confirmet, tenet sacramentum, & licet peccet, non fit irregularis Anton. 3. p. tit. 14. c. 4. §. 5. Sylu. confess, §. 9. & alij.

QVAE-

Digitized by Google

QVAESITVM XXX.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus degradatus si administret hoc sacramentum, verè est sacramentum, sed tamen peccat.*

An Episcopus degradatus verè conferret hoc sacramentum, si de facto administratet?

1 DIC. quod degradatus verè conferret sacramentum, sed ipse peccaret mortaliter, cum sit interdictus vsu potestatis.

Aliqui tenent nõ posse nec de iure, nec de facto, sed melior prima opinio, quia potestas administrandi sacramenta pertinet ad spiritualem Characterem, qui est indelebils, & ideo, qui suspenditur, excommunicatur, vel degradatur (quod absit) per has pœnas non amittit characterem, sed tantum interdicitur ei potestas administrandi D Thom. 3.p.q.68.ar.9. ad tertium.

De Patrinis in hoc sacramento Confirmationis.

QVAESITVM XXXI.

SVMMARIVM.

1 *In administratione sacramenti Confirmationis requiruntur Patrini non de necessitate sacramenti.*

2 *Misterium hoc explicatur cur requirantur Patrini.*

An in administratione huius sacramenti requirantur Patrini necessario?

1 DIC. Quod non requiruntur de necessitate sacramenti, sed de præcepto, vbi aderit tempus, & affuerint, qui tenere potuerint.

Digitized by Google

potuerint, quod non caret mysterio, quia confirmandus ab alio sustentatur in receptione huius sacramenti, quia datur ei robur, & significatur quod antea fuerit imbecillis. D. Thom. 3. p. q 72 art. 10. Et Patrini, qui etiã compatres appellantur sunt tanquam fideiussores, & protectores.

QVAESITVM. XXXII.

SVMMARIVM.

1 *Non baptizatus, vel non confirmatus non potest esse Patrinus, si id faciat peccat, sed tenet sacramentum.*

2 *Si non confirmatus teneat in confirmatione confirmandum nulla inter eos contrahitur affinitas.*

An omnes homines, vel fœminæ indifferenter possẽt esse Patrini, & tenere confirmando.?

1 DIC. Quod non baptizatus, vel non confirmatus non potest esse Patrinus confirmandi in confirmatione, & ratio est, quia confirmandus indiget auxilio susceptoris, & Patrini, qui si ipse prius non est corroboratus, alterum in proposito sustentare nequibit; si tamen de facto teneat valet sacramẽtum, sed ille peccat (nisi excusaretur in casu necessitatis) quia vt dictum est, Patrinus non est de essentia sacramenti.

2 Sed aduertatur hic, quod cum non confirmato tenente in confirmatione aliquem non contrahitur vlla affinitas. Vict. de conf. num. 50. Sylu. num. 4. Ang. num. 19. quod bene adnotauit in sua Sinodo Illustrissimus, & Reuerendissimus D. Valerianus Mutus Episcopus Ciuitatis Castellæ, olim Nuncius Apostolicus in Regno Neapol.

QVAESITVM XXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Nec Vir vxorem suam, nec pater puerum, vel consanguineus consanguineum in confirmatione tenere potest.*

Digitized by Google

An etiam quod sint aliqui confirmati, possit vir tenere vxorem suam non confirmatam? vel pater puerum suum, vel consanguineus consanguineum, & affinis affinem intra quartum gradum?

1 DIC. Quod non debent tenere, quia inter eos contrahitur cognatio spiritualis, quæ impedit matrimonium, & dirimit; si præcesserit, & si subsequatur impedit petitionem debiti matrimonialis D. Ant. 3. p. tit. 14. cap. 14. §. 4. Vict. num. 10 de confirmat. Sot. 4. sent. d. 7. q. 1.

QVAESITVM XXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Patrinus in Baptismo non potest esse Patrinus in Confirmatione.*

2 *Nisi in casu necessitatis, & non ex contemptu, vel ob malum finem, alias esset peccatum.*

3 *Secundum veriorem opinionem potest fœmina tenere hominem licet conuenientius sit, vt masculus masculum, & fœmina fœminam teneat.*

An qui fuit Patrinus in Baptismo possit esse Patrinus etiam in Confirmatione?

1 DIC. Quod non potest esse Patrinus Confirmando, qui fuit Patrinus baptizato, quia debet esse diuersus ab illo nisi tamen necessitas aliud suaderet, vt esset, cum non adsint alij, qui possint, & velint tenere, nisi illimet, qui susceperunt in Baptismo de conf. d. 4. in Cathech. Vict. num. 10. de confirmat.

2 Si tamen tenerent ex contemptu quodam, illimet, nō vrgēte necessitate, peccarent mortaliter, item si aliquo malo fine id facerent: secus si sine contemptu, & ad bonum finem, & ex deuotione zelo, & beneuolentia confirmandi, tunc non peccat vllo modo. Et

Digitized by Google

3 Et hic nota, quod aliqui dicunt non posse fæminam tenere hominem in confirmatione, sed verior opinio est, posse fæminam tenere hominem, sed conuenientius esse, vt masculus masculum, & fæmina fæminam teneat, vel vir fæminam, quod est contra D. Thom. 3.p. quæst. 72. art. 10. ad tertium. Tab. Confir. §. 8. & alij.

QVAESITVM XXXV.

SVMMARIVM.

1 *Post Conc. Trid. non debet admitti, nisi vnus, vel vna ad tenendum in confirmatione, & ad summum duo.*

2 *Si plures admittantur, omnes contrahunt cognationem spiritualem non inter se, sed cum confirmato, & patre, & matre ipsius.*

3 *Cognatio spiritualis contrahitur in confirmatione sicut in Baptismo.*

An possint plures tenere vnum in confirmatione?

1 DIC. Quod post Conc. Trid. non debet admitti, nisi vnus, aut vna ad tenendum, vel ad summum duo, vnus, & vna, vt in Baptismo, qui contrahunt cognationem spiritualē,
2 sicut in Baptismo; sed si plures admitterentur omnes contraherent cognationē spiritualem, non inter se, sed cū confirmato, & patre, & matre illius. Sot. 4. sent. q. 1. art. 10. Sylu. conf. §. 4.
3 Cognatio igitur in hoc sacramento contrahitur, sicut in Baptismo, scilicet, inter ipsum confirmantem, & confirmatum, & inter ipsum confirmatum, & tenentem, seu tenentes, & inter ipsum tenentem seu tenentes, ac patrem, & matrem confirmati.

QVAESITVM XXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Suscipientes bis hoc sacramentum incurrunt irregularitatem, secundum Canonistas.*

Digitized by Google

2 *Opinio Theologorum, quod non incurrunt irregularitatem, rationabilior est.*

An incurratur irregularitas in reiteratione huius sacramenti, sicut incurritur in Baptismo, cum in vtroque horum sacramentorum Character imprimatur?

1 DIC. Secundum aliquos Canonistas, quod suscipientes bis hoc sacramentum incurrunt irregularitatem, Nauar. cap. 23. num. 247.

2 Sed secundum Theologos dicendum est non incurri irregularitatem Palud. in 4. d. 3. q. 2. Sot. ibidem q. 1. art. 30. Vict. num. 45. & ratio est desumpta ex ipsismet Canonistis, quia irregularitas non incurritur, nisi in casibus in iure expressis, & de hac irregularitate nil inuenitur expressum, & pœnæ non sunt ampliandæ Summ. sacramen. §. 43. licet bis recipientes mortaliter peccent, & hæc opinio Theologorum est rationabilior. Sed admodum Illustris, & Reuerendissimus Dominus Petrus Sedereci Meritissimus Episcopus Valtarienſis, vt est electissimi ingenij, & eximius Canonista sensit cum Canonistis.

QVAESITVM XXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus potest administrare hoc Sacramentum in loco extra Ecclesiam, dummodo sit decens, & in sua Diœcesi.*

2 *Episcopus extra Ecclesiam Chrisma conficere non potest, si tamen de facto conficit, teneret sacramentalis materiæ confectio, licet peccaret, nisi id facert ex iusta causa.*

An

Digitized by Google

An Episcopus possit administrare hoc sacramentū in loco etiam extra ecclesiam?

1 2 DIC. Quod sic, dummodo locus decens, & in sua Diœcesi, & hoc ex causa legitima, extra tamen Ecclesiam Chrisma conficere non posset; si tamen de facto conficeret, teneret sacramentalis materiæ confectio, sed conficiens peccaret mortaliter, nisi excusaretur aliqua iusta causa, vt persecutione infidelium, vel simili.

QVAESITVM XXXVIII.

SVMMARIVM

1 *Omnes baptizati, tàm mares, quam fœminæ surdi, cæci, muti possunt confirmari.*
2 *Infirmi, & morituri possunt, & debent confirmari.*
3 *Amentes perpetui, & pueri ante vsum rationis an debeant cõfirmari cadit sub opinione.*

An surdi, cæci, monstruosi, hermophroditi, muti, & infirmi iam, iam morituri, sic etiam pueri non habentes vsum rationis, qui iam morituri sunt, aut amentes, qui nunquam habuerunt vsum rationis, vel qui habent lucida interualla possint confirmari?

1 DIC. præsuppositio, quod sint baptizati, quod tàm mares, quàm fœminæ, surdi, cæci, & muti, possunt cõfirmari, quia per signa possunt confiteri Christum, & pugnare. D. Thom. 3. p. q. 72. art. 8. ad quartum. Hermophroditi, & monstruosi etiam possunt confirmari D. Thom. lo. ci.

2 Infirmi, & morituri possunt, & debent confirmari, quia ipsis maximè in articulo mortis est colluctatio, & pugna cum aduersario. Et quoniam etiam in resurrectione communi perfectio-

Digitized by Google

res apparent, si Characterem huius sacramenti receperunt, & hoc intellige, dummodo prius non recepissent; quia hoc sacramentum est irreiterabile.

Amentes, qui nunquam habuerunt vsum rationis non debent confirmari, sic etiam pueri ante vsum rationis Sot. in 4. d. q. p. art. 8.

2 Alij dicunt, quod pueri ante vsum rationis, si de eorum vita dubitatur, debent, & possunt confirmari; sic etiam amentes perpetui, quia eis hoc sacramentum prodest ad maiorem gloriam, & ratio quare habebunt maiorem gloriam, quam non confirmati, est, quia habuerunt maiorem gratiam, quàm non confirmati D. Thom. 3. p. q. 72. art. 8.

De effectibus sacramenti confirmationis.

QVAESITVM XXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Confirmationis sacramentum imprimit Characterem differentem à Charactere Baptismi*

2 *Confert etiam remissionem peccatorum oblitorum, vel etiam eorum, quorum non habet perfectam contritionem in adulto, dummodo non fictè accedat.*

3 *Item confert pleniorem remissionem peccatorum.*

4 *Confertur confirmato gratiam gratum faciens.*

An hoc sacramentum operetur in confirmato aliquos effectus, & quot?

1 DIC. Primo, quod imprimit characterem differentem à charactere Baptismi, per quem characterem confirmatus redditur aptus ad bene operandum reliquas actiones sacras & animæ saluti vtiles, nempe confitendi fidem Christi, quasi ex officio vltra eas ad quas data est potestas in Baptismo.

2 Secundo conceditur remissio peccatorum oblitorum, vel eorum

Digitized by Google

eorum etiam de quibus confirmatus adultus non habet perfectam contritionem, dummodo non fictus accedat.

3 Tertio perficitur effectus pœnitentiæ, quia per hoc sacramẽtum homo consequitur pleniorem remissionem peccatorum.

4 Quarto confertur confirmato gratia gratum faciens, D. Th. 3. p. q. 72. art. 7. ad tertium; quæ gratia dicitur maior gratia illa, quæ confertur in Baptismo, quia in hoc sacramento homo roboratur ad pugnandum, & defendendum fidem Christi, quã recepit in baptismo, quod non fit in baptismo, imo in hoc sacramento confertur maior gratia, quam in cæteris sacramentis, excepto tamen sanctissimo Sacramento Eucharistiæ, in quo auctorem gratiæ recipimus, vt habetur de consecr. d. 5. nam per c. Spiritus sanctus, dicitur, quod per confirmationem datur augmentum ad gratiam, & per c. nouissimè, dicitur quod per vnctionem, quæ fit à Sacerdote baptizante in vertice capitis significatur descensio Spiritus sancti, ad inhabitandum in anima baptizati; sed cum in confirmatione declaretur gratiã septiformẽ Spiritus sancti descendere in confirmatum cum omni plenitudine sanctitatis, scientiæ, & virtutis, sequitur, quod dictum est, maiorem in hoc sacramento, quam in cæteris gratiam impartiri Sot. in 4. d. 7. q. 1. art. 7. Victoria de confirm. num. 46.

QVAESITVM XXXX.

SVMMARIVM.

1 *Sacramentum Confirmationis est nobilius secundum quid Sacramento Baptismi, sed simpliciter nobilius Sacramentum Baptismi.*

2 *Secundum sanctum Thomam sacramentũ Confirmationis est nobilius quoad Ministrum, & gratiam; sed sacramentum Baptismi nobilius est necessitate, & effectu.*

An hoc sacramentum Confirmationis sit nobilius Baptismo?

Digitized by Google

1 DIC. Secundum Ricc. 4. d. 2. ar. 5. q. 2. quod confirmatio est nobilior Baptismo, non simpliciter, sed secundum quid, Baptismus vero est nobilior Confirmatione simpliciter.

2 Sed D. Thom. dicit, quod confirmatio est nobilius sacramentum sacramento Baptismi, quoad ministrum, & quoad gratiam, sed Baptismus est sacramentum nobilius ipsa confirmatione, necessitate, & effectu, quantum ad remotionem mali, non autem perfectione, quantum ad promotionem in bono, & spirituali augmento, & hæc sententia D. Thom. est satis (iudicio meo) rationabilis 3. p. q. 72. art. 11. ad secundum.

De cęremonijs in sacramento Confirmationis.

QVAESITVM XXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Cęremoniæ explicantur in Confectione materiæ huius sacramenti.*

2 *Materiæ sacramentorum, quas Christus instituit tactu suo sanctificauit, vt aqua in Baptismo, & panis in Eucharistia, non indigent alia benedictione.*

3 *Secus est in materia Confirmationis, & extremæ Vnctionis, quæ, nisi benedicantur, & consecrentur, non tenet sacramentum.*

Quæ cæremoniæ adhibentur in confectione materiæ huius sacramenti, vt Parochus nil desideret?

1 DIC. Quod sunt benedictio, seu consecratio olei, & balsami pro materia huius sacramenti cum precibus, signo crucis, & halitu Episcopi, & assistentium, qui debent esse in numero Presbyterorum, & Diacon. & Subdiacon. (vt singulis annis fit in Archiepiscopali Ecclesia Beneuentana) super ampullas chrismatis, & olei, & salutatione Episcopi consecrantis, & assi-

Digitized by Google

& assistentium, vt videre est in Pontificali Romano.

2 Hic aduertatur, quod aliquæ materiæ sacramentorum, quibus Christus vsus est, & per consequens ipse tactu suo sanctificauit, vt fecit in materia Baptismi, & Eucharistiæ, non indigent alia benedictione ad hoc, vt fiant aptæ materiæ pro sacramentis antedictis, ita vt de essentia requiratur, vt prius benedicantur, vt fit in materia confirmationis, sed tantum requiritur forma à Christo Domino instituta, nam benedictiones, quæ fiunt ante, vel post super materijs Baptismi, & Eucharistiæ non sunt de essentia, sed de præcepto Ecclesiæ.

3 Secus autem est in materijs aliorum sacramentorum, quæ applicantur exterius, vt in sacramento confirmationis, & extremæ Vnctionis, quia Christus Dominus numquam vsus est oleo pro materia sacramenti, vt tactu suo illud pro materia destinasset, & consequenter consecrasset, licet illud pro materia instituit, & ideo horum materiæ sunt prius benedicendæ, & nisi benedicantur sacramentum in illis collatum nullum est, & hoc intelligatur de materijs illorum sacramentorum, quæ applicantur exterius, qualia non sunt sacramentum Pœnitentiæ, Matrimonij, & Ordinis, vt suo loco dicetur; & hæc de sacramento confirmationis satis.

Deo gratias.

Digitized by Google

DE SANCTISSIMO ATQVE ADMIRABILI SACRAMENTO EVCHARISTIAE.

De Definitione.

QVAESITVM I.

SVMMARIVM.

1 *Sacramentum Eucharistiæ quid sit explicatur.*

Quid est sacramentum Eucharistiæ?

1 DIC. Quod est Sacramentum, quod sub speciebus panis & vini, verum corpus Christi continet. Nauar. cap. 22. num. 10. Alij dant alias definitiones, sed ad idem tendentes.

De nominibus sanctissimi sacramenti Eucharistiæ.

QVAESITVM II.

SVMMARIVM.

1 *Sacramentum Eucharistiæ iuxta multiplices effectus multiplici nomine appellatur.*
2 *Appellatur Eucharistia, & quare.*
3 *Item Hostia, & Sacrificium.*
4 *Item Sacramentum.*
5 *Item Conuiuium.*
6 *Item Viaticum.*
7 *Item Panis viuus.*

Quot

Digitized by Google

Quot nominibus appellatur hoc Sacramentum apud ſacros Scriptores?

1 DIC. Quod ſecundum multiplicem eius effectum, mul-
2 tiplici appellatur nomine. Primo appellatur Euchariſtia, ideſt, bona gratia, ab *Eu*, quod eſt bonum, & *Charis*, ideſt gratia, quia continet authorem gratiæ, & eum, qui eſt plenus gratiæ, & veritatis, & qui eſt omnis noſtræ gratiæ fons, & origo. D. Thom. 4. d. 18. qu. 1. art. 1. Et dicitur bona gratia nobis, quia per ipſum recipimus fontem gratiarū. Et dicitur ab [*Euchariſteo*] græco vocabulo, quod latine ſonat, gratias ago, ſcilicet, quod cum benigniſsimus Dominus hoc ſcramentum nobis elargiri dignatus ſit, ingentes ei gratias agere debemus 1. q. 1. c. multi, & de conſ. d. 2. c. quotidie, & de pæniten. & remiſſ. c. omnis. Sed ſecundum Dionyſ. de Angel. Hierarch. Euchariſtia dicitur ab *Eu*, quod eſt bonum, & *charis*, quod eſt gratia.

3 Secundo appellatur Hoſtia, de conſec. d. 2. c. de hac. & cap. in Chriſto, quia ſignificat Chriſti Paſsionem, quam Pater obtulit. de conſec. d. 2. c. ſemel. & c. ſemel immolatus. Et Sacrificium, quia in hoc ſacramento, vt offertur in miſſa, ſit repræſentatio Paſsionis D. Noſtri Ieſu Chriſti, & commemoratio immolationis ipſius in cruce, ac ſi tunc fieret. Quatenus igitur hic immolatur, & in repræſentatione occiditur, dicitur Sacrificium, quatenus hic offertur & continetur; dicitur Hoſtia pura, ſancta, & immaculata, vt in can. miſſ. & habetur in c. non æſtimemus. 12. q. 2. & c. nihil de conſ. d. 3. D. Thom. 3. p. q. 73. art. 4. ad tertium.

4 Tertio appellatur ſacramentum, & hoc dupliciter, tùm per excellentiam, tùm etiam, quia alia ſacramenta ſunt ſacramenta, dum fiunt, ideſt, in vſu ipſorum, hoc autem remanet ſacramentum poſt vſum, & eſt ſignum rei ſacræ, & continet in ſe Autorem totius ſanctitatis etiam poſt illius vſum, quod non eſt in alijs.

5 Quarto appellatur Communio, græcè *Synaxis*, ex Dionyſio

vbi

Digitized by Google

vbi ſupra, quia vnit omnes fideles ad vnum finem, ſcilicet ad Chriſtum caput noſtrum, vt ſimus cum eo capite vnum corpus, vnde ad id ſignificandum, dicitur græcè *Synaxis*, ideſt communio. D. Thom. 3. p.q.73.art.4 Hic prædicet Parochus, quod non decet ſub Chriſto noſtro capite ſpinoſo nos membra eſſe delicata.

6 Quinto appellatur Viaticum, quia ſuſtentat in via donec perueniamus ad Patriam, & ideo ſub hoc vocabulo adminiſtratur infirmis, quia ingreſſuri ſunt viam vniuerſæ carnis, & illius adiutorio refocillati peruenire poſsint ad patriam æternam D. Th. d.5.q.73.art.4. & habetur 26.q.6. c. ſi quis de corpore. & c. quem recedunt. & c. de hip.

7 Sexto appellatur Panis viuus, Panis de cælo, Panis Dei, Panis Angelorum, Panis vitæ, Fractio Panis, Calix benedictionis, Cõmunicatio ſanguinis Chriſti, Participatio corporis Chriſti, Menſa Domini, & tandem diuerſis ſolet appellari nominibus à ſacra Theologia, propter eius præſtantiam, etiam diuerſus effectus, quos operatur in nobis. D. Chriſoſt. appellat extenſionem Diuinæ incarnationis.

QVAESITVM III.

SVMMARIVM.

1 *Hoc ſacramentum fuit præfiguratum in Lege naturæ, in Lege ſcripta, in figuris demonſtratum, à Prophetis prophetatum, & in Lege Euangelica ante inſtitutionem ſignificatum.*

2 *Panis ſubcinericius Eliæ, Oblatio panis, & vini Melchiſedech ſignificarunt hoc ſacramentum.*

3 *Item Agnus Paſchalis, Panis propoſitionis Arca fœderis, & Manna hoc ſacramentum ſignificarunt.*

An hoc ſacramentum fuerit prefiguratum in ſacra Scriptura?

1 DIC. Quod fuit præfiguratum in Lege naturæ, in Lege ſcripta, in figuris demonſtratum, à Prophetis prophetatum,

Digitized by Google

tum, atque in Lege Euangelica, antequam inſtitueretur ſignifi-
2 catum. Panis ſubcinericius Eliæ hoc ſacramentum præfigura-
uit; Oblatio panis, & vini per Melchiſedech idem ſignificauit,
nam Sacerdotium Chriſti præfiguratũ fuit in Sacerdotio Mel-
chiſedech, vt habetur in Pſal. 109. verſiculo, Iurauit Domin⁹.
Quod iuramentum fuit præſtitum Genes. 22. Per memetipsũ
iuraui, cuius antedicti verſiculi verba de Chriſto ad literam ve-
rificari teſtatus eſt Paulus ad Hebr. 7. illis verbis. Ieſus autem eò
quòd maneat in æternum, ſempiternum habet ſacerdotium,
Immo, totus Pſalmus de Chriſto loquatur, ipſiusmet Salua-
toris teſtimonio comprobatum eſt Matth. 22. Inſuper, & in
hoc concurrunt Hæbreorum Doctores, vt Rabbi Lauathan, qui
in ſua verſione Caldea ſuper verbis, Dixit Dominus, &c. ver-
tit, Dixit Dominus verbo ſuo: & Rabbi Iodan ſuper verbis
eiusdem Pſalmiſtæ, Dediſti mihi protectionem ſalutis tuæ, di-
cit, in futurum Deus ſanctus, & benedictus ſedere faciat Regem
Meſſiam ad dexteram ſuam: ſicut ſcriptum eſt, Dixit Dñs. &c.
Idem ſentit de hoc Pſalmo Rabbi Moyſes ſuper Geneſ. c. 14.
3 Agnus Paſchalis, panis propoſitionis, Archa fœderis, & Manna
de cælo præſtitũ, hoc ſacramentũ pfigurabãt. D. Tho. 3. p. q. 75.
art. 6. De figuris huius ſecramenti plura accuratiſſimè collegit
Dñs Anton. ex familia mea, fili⁹ Abataui mei Ragucij Sac. Theol.
& Leg. D. quẽ de an. 1501. ætatis ſuæ an. 28. cũ prius fundaſſet
in cortilio dom⁹ noſtræ Capellã S. Thomæ q̃ adhuc extat. mors
immaturè poſt menſẽ ante dictorum graduum rapuit, maximo
omniũ, qui cũ norãt luctu, & cõtinuo parẽtis fletu, quẽ ferunt
ſpatio multorũ dierũ lugentẽ filij amiſſionẽ, illius ſerica veſtimẽ
ta à domo familiæ Raguciæ in terra Ceruinariæ vſq; ad Cappel-
lam D. Annunciatæ de iure patronatus familiæ meæ contiguã
Paroch. Eccleſ. (vbi ſepult⁹ fuit) magna intuentiũ cõmiſeratio-
ne, & pietate raptaſſe. Hic Antoni⁹ inter cætera de figuris huius
ſacramẽti in mãna p̃cipuè pfiguratũ ſcripſit ob multas rõnes, &
illa potiſſimũ, q̃ mãna menſura quadã lingua hæbreorũ Gomor
appellata colligebatur, qua, qui maiori, vel minori tentaſſent
colligere, eadem tamẽ menſura collectum manna reperiebatur

& quod

Digitized by Google

& quod (quia erat, vt ſemen, vulgo lo cogliandro molle, & tranſparens chriſtallini coloris) ſi ad ſolem deſiccabatur, liquefiebat, ſi ad ignem durum, ad cibi omnium ſaporum, vſum reddebatur, quæ omnia ſignificabant Chriſtum futurum in hoc Sacramento tantum in parua Hoſtia, quantum in magna, & curiosè quærentibus euaneſcere, ignem vero charitatis ſumentibus, cibum omnium ſpiritualium conſolationum fieri.

Sed hæc obiter dicta ſint ad gloriam tam ineffabilis Sacramenti, quod etiam in Lege Euangelica præfigurauit Dominus, cum in vinum aquam conuertit in Nuptijs, & cum Pater illefamilias Euangelicus cænam magnam præparauit; fuit ex familia mea Magiſter Ioannes Ragucius, ſeu Raguſius Procur. Ord. Dominic. in Concil. Baſil. Theol. Iulian. Card. Legat. Apoſt. & ſcripſit contra hæreticos Huſsitas, vt Nicolaus Biel. dicit, quod habetur in Prologo dicti Concil.

De auctore ſanctiſsimi Sacramenti.

QVAESITVM IIII.

SVMMARIVM

1 *De fide eſt, quod hoc Sacramentum ſit inſtitutum à Chriſto Domino.*

An hoc ſacramentum fuerit inſtitutum, & quãdo;

1 DIC. Quod eſt de fide fuiſſe inſtitutum à Chriſto Domino noſtro in memoriã ſuorum mirabiliũ, & hoc in Cæna quando die Iouis ante Paſsionem poſt expleta legalia cum Diſcipulis ſuis celebrauit, cum accepto pane benedixit, proferens verba conſecrationis, quod idem de Calice dicendum eſt, & hæc eſt communis opinio omnium Catholicorum, quo Sacramento charitatem ſuam in nos Dominus maxime comendauit.

De

Digitized by Google

De Materia, Forma, & Miniſtro.

QVAESITVM V

SVMMARIVM.

1 *Panis ex tritico, & vinum ex vite ſunt materia huius ſacramenti.*
2 *Forma ſunt verba conſecrationis.*
3 *Particula [enim] non eſt de eſſentia formæ ſacramenti.*
4 *Miniſter huius Sacramenti eſt Sacerdos ritè ordinatus.*

Quæ eſt materia, & quæ forma, & qui miniſter huius ſacramenti?

1 DIC. Materiam eſſe panem ex tritico, & vinum ex vite,
2 & ſic duplex eſt materia; Formam vero eſſe verba conſecrationis, nempe corporis: HOC EST ENIM CORPVS MEVM; & ſanguinis contineri inter hæc verba; HIC EST ENIM CALIX. &c. Et hæc verba habent tranſubſtantiatiuã vim, ſed in inſtanti prolatis verbis; Sed nota, q̃ hæc virtus tranſubſtantiatiua eſt in Sacerdote, & in verbis conſecrationis, ſed præcipue in Sacerdote, quia, vt dixit Ricc. Dominus potius reſpicit inſtrumentum animatum, quam inanimatum, Sed neceſſe eſt, vt Sacerdos, & verba concurrant, nec vnum, nec alterum ſufficit. Ita Robertus in Summa de Sacramen. c. 2. Et ſic duplex eſt forma; & tamen non eſt niſi vnum ſacramentum, quod ex duplici materia, & duplici forma perficitur, Itaque dicitur vnum ratione finis, quia vnum corpus Chriſti continetur ſub illis ſpeciebus. Vide Cathech. pag. 239.

Et hoc ſacramentum dicitur ſacramentum geminæ rei, nam primares, quam continet eſt ipſemet Chriſtus, ſecunda vero res eſt gratia, quæ datur communicanti non ponenti obicem.

3 Et particula illa [enim] non eſt de eſſentia ſacramenti, ſed de neceſsitate præcepti, & propterea, qui omitteret, confice-

ret

Digitized by Google

ret, sed peccaret mortaliter, si ex malitia, secus si ex inaduertentia non culpabili: Sed aduerte, quod antedictæ materiæ sunt materiæ remotæ, nam propinquæ sunt species dictarum materiarum, quæ materiæ per consecrationem sunt transubstãtiatæ in corpus, & sanguinem Domini.

4 Minister vero huius sacramenti est Sacerdos ritè ordinatus, (nisi esset peccator & malus, quia nihil à bono maius, nihil à malo minus 1. q. 1.) tam ad conficiendum, quam ad ministrãdum alijs, licet aliquando ad ministrandum possit esse minister, etiam Diaconus in aliquibus casibus c. præsente q. 3. dist.

Nota hic obiter, quod Sacerdotes, seu Pontifices Legis veteris gestabant in pectorali duos lapides præciosos, quorum vnus dicebatur Vrim, & alter Thumnim, quorum conspectu Sacerdotes occulta intelligebant, & populo denunciabant, & hoc, dum plus solito radiarent lapide. F. Cherub. in sua Chronolog. lib. 2.

QVAESITVM VI.

SVMMARIVM.

1 *Neque consecratio, nec Corpus, nec sumptio, sed species sacramentalis panis, & vini, prout continent Corpus Christi, sunt sacramentum.*

2 *Ratio huius dicti assignatur.*

3 *Species sacramentales, & Corpus, quomodo concurrunt ad efficiendam gratiam.*

4 *Sumptio sacramenti quomodo concurrit ad efficiendã gratiã.*

5 *Species panis, & vini sunt sacramentum tantum; res tantum est gratia: res, & sacramentum est corpus, & sanguis Christi.*

6 *Post consecrationem vere, & realiter sub vtraque, & alterutra specie panis, & vini, continetur Corpus Christi cum corpore, anima, & diuinitate*

7 *Idem dic, de qualibet parte quantumuis minima speciei panis & vini, dummodo appareat.*

8 Post

Digitized by Google

8 Post prolata verba consecrationis statim fit transubstantiatio panis, & vini in corpus, & sanguinem Christi.

An id quod dicitur sacramentum Eucharistię propriè loquendo sit consecratio specierũ panis, & vini per verba consecrationis, vel species ipsæ panis, & vini, vel ipsũ Corpus Domini, & Sanguis, vel ipsa sumptio Corporis, & Sanguinis.

1 DIC resolutè, quòd neq; consecratio est sacramentũ propriè dictum, nec ipsum Corpus, nec sumptio, sed sacramentũ Eucharistiæ sunt ipsæmet species sacramentales panis, &
2 vini, prout cõtinẽt Corpus, & Sanguinẽ Christi, & ratio est, quia definitio sacramenti competit ipsis speciebus panis, & vini, sunt enim signa rei sacræ, quæ sub ipsis continetur, quæ sacra res est Christus sub ratione cibi, & potus spiritualis, sunt etiam signa gratiæ, quæ per modũ refectionis confertur hoc sacramento.

3 Et hæ species sacramentales concurrunt ad efficiendam gratiam nobis instrumentaliter, sed per modũ instrumenti separati, sed Corpus Christi contentum sub illis speciebus per modum Instrumenti coniuncti Diuinitati.

4 Sed nec sumptio harum specierum consecratarum est excludenda à productione huius gratiæ in nobis, nã & ipsa sumptio concurrit ad gratiam, vt conditio requisita, per quam causatur virtus sacramenti communicantibus, non enim gratia hæc sacramentalis causaretur, nisi hæ species sacramentales sumerentur, licet possit quis communicari spiritualiter iuxta illud crede, & manducasti, quando non habet facultatem sumendi sacramentaliter, re ipsa, & ardet desiderio sumendi.

5 Et hic sciat Parochus, q; in hoc sacramẽto, sacramentũ tantũ sunt species panis, & vini, res tantũ est gratia, quæ confertur sumentibus, res, & sacramentum sunt Corpus, & Sanguis Christi.

Digitized by Google

6 Tres veritates, præcipuæ inter cæteras sunt credendæ de hoc sacramento. Prima, quod post consecrationem panis, & vini, sub vtraque specie, & sub alterutra continetur Christus verè, & realiter, & substantialiter cum anima, & corpore, & Diuinitate. 7 Secunda, quod non solum sub vtraque specie, vel alterutra sed etiam in qualibet particula specierum, licet minima, dūmodo in ipsa appareat species ipsa, continetur Christus modo, quo supra. 8 Tertia, quod post prolata verba consecrationis tàm materia panis, quàm vini, statim nulla interueniente mora transubstantiatur in corpus, & sanguinē Christi iunctū cū anima, & Diuinitate, & nihil remanet panis, & vini, nisi accidentia sine subiecto, quod est supra omnem ordinē naturæ, sed hoc fit verbo Dei, qui dixit, & facta sunt, quæ non erant, quanto magis eo iubente, quæ sunt vnius naturæ, & substantiæ in aliam transmutari possunt: hoc est de fide, & ita habetur in Conc. Trid. sess. 13. cap. 4. & 6. Et cap. cū Marthæ de celebrāt. Miss. & ibi Glos. sed in corpore est.

Nota hic, quod sub specie panis sunt quatuor; nempe;
Primo, Corp⁹ Christi ex vi cōsecrationis super Corp⁹ tantū.
Secundo, sanguis per concomitantiam.
Tertio, est anima per concomitantiam.
Quarto, Diuinitas per concomitantiam.
Ita etiam in sanguine sunt quatuor, sed diuerso ordine.
Nam primo est sanguis virtute consecrationis.
Secundo, est Corpus per concomitantiam.
Tertio, est anima per concomitantiam.
Quarto, est Diuinitas per concomitantiam.

Et hæc quatuor significauit Dominus, quando dixit, Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi. Franciscus de Maid. in Sermone de Corpore Christi

QVAESITVM VII.

SVMMARIVM.

1 *Hoc sacramentum vltimum est vnitate perfectionis, & finis.*

An

Digitized by Google

An hoc ſacramentum ſit vnum, vel duo ſacramenta, cum habeat duplicem materiam, & duplicem formam?

1 DIC. Quod eſt vnum ſacramentum vnitate perfectionis, & vnitate finis, quia illa duplex materia, & duplex forma concurrit ad perfectionē Corporis Chriſti, quod eſt vnum. D. Thom. 3. p. qu. 77. art. 2. Cathech. Rom. pag. 239. vel dicitur vnum, quia tendit ad vnum finem, ideſt, ad vnam refectionem ſpiritualem, quæ ſignificatur cibo, & potu c. non oportet de conſec. diſt. 2.

De neceſsitate huius ſanctiſsimi Sacramenti.

QVAESITVM VIII.

SVMMARIVM.

1 *Hoc ſacramentum eſt de neceſſitate ſalutis, vel in ſe, vel in voto.*

An hoc ſacramentum eſt de neceſsitate ſalutis?

1 DIC. Quod hoc ſacramentum adultis eſt de neceſſitate ſalutis, in re, vel in voto, ſcilicet, vel vt actu communicet, & hoc eſt in re, vel habeat deſiderium ſumendi, & hoc eſt in voto, & ita intellige, niſi manducaueritis carnē Filij hominis, & biberitis eius ſanguinē non habebitis vitā in vobis; nam nemo adultus poteſt ſaluari ſine hoc ſacramentō in re, vel in votō; imo pueri in Baptiſmo implicite habent votum recipiendi hoc ſacramentum. D. Aug. in Epiſt. ad Bonifac. contra Pele. cap. 22. Sed pro maiori intelligentia notandum, quod quoad manducationem ſpiritualem per fidem, quæ recipitur in Baptiſmo quæ ad id dirigitur, vt incorporemur in ſocietate fidelium Chriſti, eſt neceſſaria ſimpliciter eius manducatio omnibus Chriſtia-

Digitized by Google

nis, & paruulis, hinc dicitnr Ioan. nisi manducaueritis carnē filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Sed quoad manducationem realem, est etiam necessaria eius sumptio adultis etiam simpliciter, sed necessitate præcepti Ecclesiæ in tempore ab illa præfixo, quia tunc temporis non legitimè impedito, non sufficit votum sumendi, sed oportet, vt votum adimpleatur, sed non est adeo necessarium hoc Sacramentum, vt Baptismus, sed vt dictum est. Vel dic clarius & breuius, quod res huius sacramenti est de necessitate salutis simpliciter, quæ res in hoc proposito est vnitas Corporis mystici, sine qua non potest esse salus, sacramentum vero est de necessitate præcepti Ecclesiæ. D. Thom. 3. p. q. 72. art. 2.

QVAESITVM IX.

SVMMARIVM.

1 *De iure diuino, & humano, & præcepto Ecclesiæ tenetur Christianus sumere Eucharistiam in Paschate.*

An sumere Eucharistiam teneatur Christianus de iure Diuino, vel positiuo?

1 DIC. Postpositis diuersis sententijs, quod sumere Eucharistiam tenetur Christianus de iure Diuino, sed de iure humano, & præcepto Ecclesiæ, est tempus in quo debet sumere nempe in Paschate, vt habetur in cap. omnis vtriusq; sexus de pœnitent. & remiss. Diuus Thom. 3. par. quæst. 8. artic. 11. Tertiarij alicuius Religionis gerentes habitum, domi permanentes, vt sunt, le Bizoche vulgo dictæ, dicitur adesse declaratio sacræ Congregationis, quod non tenentur communicare in Parochia, & Paschate; sed quod, vel possunt adimplere in Ecclesijs extraordinarijs, nec possunt excommunicari ab Episcopo. Et nisi adesset præceptum Ecclesiæ circa tempus sumendi singulis annis, si staretur in vero iure Diuino, sufficeret sumere frequenter in vita, sed ex præcepto Diuino saltem tenentur fideles singulis annis Sot. in 4. d. 12. q. 1. art. 11.

QVAE-

Digitized by Google

QVAESITVM X.

SVMMARIVM.

1 *Præceptum Ecclesiæ de communicando semel in anno, non obligat nisi cum peruenerit ad annos discretionis.*

2 *Tunc dicitur peruenisse homo ad annos discretionis, cum iudicio Confessoris id probauerit, & regulariter est ab anno decimo, & supra.*

3 *Præceptum de confitendo obligat cum puer ad septennium peruenerit, si est doli capax.*

An Præceptum Ecclesiæ de communicando semel in anno obliget etiam puero, ante vsum rationis?

1 DIC. Quod non obligat, nisi cum peruenerint ad annos discretionis. Conc. Trid. sess. 13. c. 9. & c. omnis vtriusq; cit. & eo tempore omittere esset mortale. D. Thom. 4. d. 9. q. 1. art. 5. Sylu. Ezech. 3. num. 1. Vict. de Euch. num. 25.

Pueris igitur non est danda communio, nisi cum peruenerint ad annos discretionis, & licet in baptismo puer acquirat ius sumendi sanctissimam Eucharistiam, hoc intelligendum est, cū ætate debita, & requisita ad id apti erunt.

Nec obstat illud Diui Dionisij de cælesti Hierarchia p. 3. c. 2. quod baptizatis est danda communio nam id intelligendum est de adultis baptizatis, vel, si de pueris, cum ad annos debitæ ætatis peruenerint. D. Thom. 3. p. q. 8. ar. 9. ad tertium. & dicere Eucharistiam esse dandam pueris ante vsum rationis, esse anathema. Conc. Triden. sess. 21. c. 40. & Sacerdos, qui ministraret pueris ante vsum rationis sacramentum Eucharistiæ, peccaret mortaliter.

2 Sed hic aduertat Parochus, quod tunc dicitur puer peruenisse ad annos discretionis, cū iudicio confessoris ad id aptius iudicatur, quod solet esse communiter ab anno decimo, & sequentibus, infra hunc annum non dicitur regulariter habere vsum rationis D. Thom. 4. sent. d. 9. q. 1. ar. 5. Fallit hæc regula

Digitized by Google

in pueris, in quibus acceleratur vsus rationis ob eorum viuacitatem naturæ, quod omne, vt dictum est, prudentiæ Confessoris relinquitur.

3 Sed non est prætereundum, quod annus discretionis, quoad communicandum, & quo ad confitendi obligationem, non pari passu iudicatur, nam de obligatione ad communicandum iam dictum est; Sed quo ad confitendum peccata, tenetur id facere puer etiam ante septennium, si est doli capax, & malitia supplet ætatem. Nauar. c. 21. num. 57. & prius ex Gaet. in verb. cõmunio. Sot. tenet, quod licet puer possit communicare ante duodecimum annum, si sciat discernere inter bonum, & malum tamen de iure non tenetur, nisi post duodecimum annũ, quod etiam ad præceptum de confitendo referendum censet. 4. d. 12. q. 1.

De conditionibus communicare volentium.

QVAESITVM XI.

SVMMARIVM.

Conditiones requisitæ ad cõmunicandum sunt istæ, quod sit

1 *Baptizatus.*
2 *Discretus.*
3 *Sanus.*
4 *Aptus.*
5 *Mundus.*
6 *Confessus.*
7 *Ieiunus.*
8 *Ritè paratus*

Quot conditiones debet habere, qui cupit accedere ad sacramentum?

DIC. Quod sunt octo, & continentur his verbis.

Sit baptizatus, discretus, sanus, & aptus,
Mundus, confessus, ieiunus, ritè paratus.

1 Prima est, vt sit baptizatus, quia Baptismus est ianua omniũ sacramentorum, & non potest, nec debet communicari, qui nõ est baptizatus. Secun-

Digitized by Google

2 Secunda, vt ſit diſcretus, hinc ſciat Parochus, quod amentes, furioſi, & pueri non poſſunt ſumere ſacramentum Euchariſtiæ,

3 Tertia, vt ſit ſanus corpore, ne patiatur vomitum, vel tuſſim, ita, vt ſit periculum ſacramentum eijciendi, in maximam illius irreuerentiam.

4 Quarto, vt ſit aptus, ideſt non excommunicatus, vel interdictus, vel alia cauſa inhabilis.

5 Quinto, vt ſit mundus, ideſt, vt tranſierint plures dies quibus non peccauerit, & maxime peccatis carnis, licet hoc ſit de conſilio.

6 Sexta, vt ſit confeſſus, nam qui accedit ad hoc ſacramentũ, & eſt in peccato mortali, debet prius confiteri, & abſolui. Caet. verb. communio. vel ſaltem conteri in caſibus, vt ſupra expreſſis, ſed de praparatione accedendi ad ſacramentum Euchariſtiæ vide Conc. Trid. ſeſſ. 13. c. 7.

7 Septima, vt ſit ieiunus, ideſt, vt à media nocte præcedentis, nil guſtauerit, tàm cibi, quam potus, nec etiam per modum medicinæ, & hoc vocatur ieiunium naturæ, nam dies naturalis incipit à media nocte more Romanorum l. mor. Rom. ff. de fer.

Et hic notandum, quod hoc ſacramentum confert gratiam ſumenti, dum ſumitur, & quouſq; ſpecies ſacramentales ſunt integræ in ſtomacho, adeſt ibi Chriſtus.

8 Octaua, vt ſit ritè paratus ſuſcipiens, ideſt, bene inſtructus in fide, vel rite paratus charitate, vel timore, & tremore, c. trib. grad. de conſ. d. 2. Et denique, vt ſit purus ab omni labe luxuriæ. Hinc Hyeronimus in quadam eius epiſtola: Quid (inquit) tibi cum fœminis, qui ad Altare cum Domino fabularis? dic Sacerdos, dic Clerice, qualiter cum eisdem labijs ſillum Dei, & filium Virginis oſcularis, quibus oſculatus es filiam meretricis; O Iuda, oſculo Filium hominis tradis?

QVAESITVM XII.

SVMMARIVM.

1 *Sumptio huius ſacramenti hos facit effectus, ſcilicet, viuificat,*

Digitized by Google

nutrit, ſatiat, conſeruat, vnit.

2 *Omnes hi effectus explicantur.*

3 *Qui indigne ſumit, iudicium ſibi manducat, & bibit.*

Quot sũt fructus, ſeu vtilitates in perceptione huius Sacramenti?

1 DIC. Quod ſunt plurimæ, ſed principales ſunt quinque, prout in hoc verſu.

Viuificat, nutrit, ſatiat, conſeruat, & vnit.

2 Primo viuificat conferente gratiam, nam ſi reperit in anima aliquod peccatum, cuius facto diligenti examine, memoria non habebatur, illud tollit. D. Thom. 3. p. q. 79. ar. 3.

Secundo nutrit, quia ſemper addit gratiæ gradum, & auget.

Tertio ſatiat, quia implet animam cœleſti dulcedine.

Quarto præſeruat à peccatis futuris.

Quinto vnit animam cum Deo, & proximo, & lætificat, & replet omnibus bonis. Debet itaque quisq; ita ſe dignum prebere, vt huius ſanctiſſimi ſacramenti perfruatur bonis, ne ſecus æternis cruciatibus affligatur.

3 Sed qui ſumit indigne, iudicium ſibi manducat: ex ſentent. Paul. & Aug. in Ioan. Multi de Altari accipiunt, & accipiendo moriuntur. Et Iſiodorus, vbi habetur de conſec. d. 2. c. qui ſcelerate viuunt in Eccleſia, & communicare non deſinunt, putantes ſe tali communione, mundari diſcant nil ſibi ad emendationem proficere. vide c. timorem c. qui diſcordat, & ſancta, c. ſicut Iudas, ibidem.

QVAESITVM XIII.

SVMMARIVM.

1 *Publicis peccatoribus, vt publicis vſurarijs, concubinarijs, raptoribus, vel per ſententiam declaratis, denegatur communio etiam in articulo mortis, niſi pœniteant.*

2 *Pecca-*

Digitized by Google

2 *Peccatori secreto publicè petens, communio non debet denegari, sed si secreto petat debet denegari.*

3 *Amentibus, & furiosis perpetuis denegatur hoc sacramentum, non autem amentibus ex infirmitate, vel habentibus lucida interualla.*

An hoc sacrametnum possit dari peccatori publico vel priuato, aut furioso, vel amenti, & similibus?

1 DIC. Distinguendo, quod peccatoribus publicis, vt sunt publici vsurarij, vel concubinarij, vel raptores, vel per decretum Iudicis, siue secularis siue ecclesiastici sic declarati etiam si petierint, etiam si in articulo mortis sint constituti, non est cõcedenda communio, antequam pœnitentiam egerint, & Ecclesiæ fuerint reconciliati; post vero pœnitentiam, & reconciliationem conceditur peccatoribus publicis, maxime in articulo mortis. D. Thom. 3.p.q.8ar.8. Vict.de Euchar.num.79.qui addit, quod peccator publicus in vno loco, si adeat alium locum inde longinquum, & ibi petit communionem, non est ei deneganda quia in hoc alio loco non est infamis, nam quique præsumitur bonæ famæ, nisi constet contrarium. Vict. vbi supra.

2 Si autem peccator est secretus, & petit publicè communionem, est ei danda, vt fecit Dominus cum Iuda, aliàs ille infamaretur. Sed si petat secretè est ei deneganda ante pœnitentiam, sed monendus, vt probet se, & aptum reddat, & sic redeat ad hanc sanctissimam Mensam, & ne in publico petat. D. Thom. vbi supra, & in 4.d.9.q.1.ar.5.

Aliqui dicunt, quod si non est proprius Parochus sciens illũ peccatorem, potest denegando ei, se excusare, vt adeat proprium Parochum, & ita inter cæteros sentit Dur. in 4.

Concludat ergo Parochus, quod si publicus peccator petat communionem non est admittendus ad eam, siue publicè siue priuatè petat, sine publica pœnitentia, & retonciliatione. Si autem est occultus peccator, & petat publicè, non debet ei denegari. Si autem petat secretè, potest denegari, & moneri, vt prius

peniteat

Digitized by Google

pæniteat,& deinde redeat,sed nō publicè petat,& hoc est probabilior sententia,& verior.

3 De amentibus, vel furiosis dic, quod, aut semper fuerunt amentes, & furiosi à Natiuitate, & his, quia numquam habuerunt vsum rationis,non est danda communio,& qui daret peccaret mortaliter. ex D. Thom.3.p.q.80.art.9.

Sed si aliquando habuerunt vsum rationis, & deinde facti sint amentes, & in tempore sanitatis dederunt signa deuotionis ad hoc sacramentum, potest ei dari communio in articulo mortis,nisi esset periculum vomitus, vel alterius irreuerentiæ, quia sic ministrans peccaret mortaliter. D. Thom. loc. cit. cū D. Anton.3.p.tit.14.cap.12.§.3,

Sic potest dari habentibus lucida interualla intellectus, non solum in articulo mortis,sed etiam dum habent lucida interualla. D. Thom. vbi supra. Sot.4.d.11.q.2.ar.8.

QVAESITVM XIIII.

SVMMARIVM.

1 *Stante bona vita ante acta potest dari in articulo mortis communio freneticis ex infirmitate.*

An est danda communio in articulo mortis frenetici, non à natiuitate, sed aliqua infirmitate correptis, etiamsi dum erant sani non petijssent, sed ad illam deuotionem ostendissent?

1 DIC. Quod potest dari, maximè stante eorum bona vita, ante acta, quia tunc potest interpretari, quod postposita infirmitate, vtique petijssent. D. Thom. vbi supra.

QVAESITVM XV.

SVMMARIVM

1 *Obsessis à Dæmone à natiuitate non est danda communio, secus ab aliquo tempore obsessis.*

2 *Sunt*

Digitized by Google

2 *Sunt attendendæ aliquæ circumstantiæ, cum datur ei communio, scilicet vita bona ante acta. &c.*

An possit dari communio obsessis à Demone, vulgo spiritatis?

1 DIC. De vexatis ab immundis spiritibus, quod dictum est de amentibus, si ita essent à natiuitate obsessi, non esset eis danda communio, sed si ex aliquo tempore obsessi essent, tunc esset attendenda eorum deuotio illius temporis, quo non fuerunt obsessi, & constito de deuotione tempore sanitatis, non esset ei deneganda communio. Sed maximè cauendum, & aduertendum, ne detur tempore, quo vexantur, sed cum requiescunt à vexatione.

2 Sed considerandum etiam à Parocho est, ex circumstantijs personæ obsessæ, si appareret illam torqueri ob malam eius transactam vitam, non esse ei dandam communionem. D. Th. 3.p.d.86.ar.9.

QVAESITVM XVI.

SVMMARIVM.

1 *Publicum illud est, quod notorium est, & celari non potest.*
2 *Publico peccatori, etiamsi secretè pœniteat, deneganda est ei communio.*
3 *Secus si occulte petat, quia tunc est ei danda communio.*
4 *Peccatoribus quantumuis grauissimis, si tamen sint occulti, & pœniteant, danda est eis communio.*

Cum, vt supra dictum est, publicus peccator debeat expelli a publica communione, quæritur quis dicatur publicus peccator quoad sacramentorũ administrationem?

DIC. Quod publicum dicitur, quod est notorium ex ipso facto, nec celari potest, & quod scit maior pars populi

Digitized by Google

puli, vel vt tale fuit decreto Iudicis declaratum, his præmissis dic, quod si peccator huiusmodi publicus, publico peccato fecerit secreto pœnitentiam & secretè se emendauerit, pura, vel vsuras restituendo vel contumeliam dimittendo, sed si publicè petat Eucharistiam, est ei publicè deneganda: sed si hic peccator publicus, qui tamen secreto se emendauit, & occulte petat,
3 potest ei dari communio, nisi sequatur scandalum apud populum, qui illum sciebat esse peccatorem; sed si fieri posset, vt populus nesciret potest dari communio huiusmodi peccatoribus publicis, confessis tamen, & pœnitentibus, & secrete petentibus Nauar. cap. 21. num. 55. D. Anton. 3. par. tit. 14. cap. 12. §. 2.

Et hic aduertendum, quod alijs peccatoribus quantumuis
4 grauissimis peccatis obnoxijs, non tamen publicis, si bene confiteantur, est concedenda communio; sed ob reuerentiam tanti sacramenti, esset deferendum, vt interim maiori præparatione accedatur D. Thom. referens D. Augustinum 4. sent. d. 16. in expos. literæ. Sylu. Euch. 3. num. 17. & alij Summistæ.

QVAESITVM XVII.

SVMMARIVM

Parochus sciens in confessione peccatum alicuius, non debet per hoc denegare ei communionem, maximè tempore Paschatis, & in articulo mortis.

An Confessor sciens alicuius peccatum in confessione, si ille petierit in occulto communionem debeat dare, cum ei constet non fuisse absolutum;

1 DIC. Quod si administrans est Parochus debet dare, maxime tempore Paschatis, aut in articulo mortis, quia peccata ipsi nota per confessionem, non scit, vt homo, sed, vt Deus, & illius in illo actu Vicarius.

Sed si non est Parochus, potest se excusare, & remittere illũ proprio

Digitized by Google

proprio Parocho. D. Thom. 3.p. q.80. ar.6. D. Anton. 3. p. tit.14. cap.12.S.2. Sot.in 4.& alij.

QVAESITVM XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Ad mortem condemnatis non debet denegari communio, sicut nec cuilibet peccatori confesso, & pœnitenti, etiam hæretico relapso, dummodt sit emendatus.*

An Eucharistia sit danda ad mortem condemnatis de proximo suspendendis?

1 DIC. Quod non est deneganda huiusmodi miseris hominibus, si pœnituerint, & cõfessi fuerint, sicut in nullo alio articulo mortis cuiuis peccatori confesso, & pœnitenti, etiam hæretico relapso, & emendato est deneganda communio, & ratio est, quia, sicut huiusmodi non excludũtur à confessione, sic nec excludi debent à communione. D. Thom. 3.p.q.8.ar.6. D. Anton. 3. p. tit. 14. c.12.S.3. Sylu. Euch.3 num. 7. & communiter omnes. Licet in Hispania id fieri non soleat, teste Soto 4.sent.d.12.q.1.art.11.

QVAESITVM XVIIII.

SVMMARIVM

1 *Publicis excommunicatis, an sit danda communio, dicitur, sicut dictum est de publicis peccatoribus.*

2 *In articulo mortis publici excommunicati possunt absolui, si tamen conualuerint, debent adire Superiores.*

An publicis excommunicatis sit administranda cõmunio?

1 DIC. De excommunicatis publicis, quæ dicta sunt de publicis peccatoribus, ac de occultis excommunicatis, sicut

Digitized by Google

ſicut de occultis peccatoribus, & ideo ad ſuperius quæſtra, Paroche, te remitto, vbi facta diſtinctione habebis reſolutionē. Sed hic adde, quod in articulo mortis, ſicut notorijs peccatoribus, ſi pœnituerint, & ſigna contritionis oſtenderint, danda eſt communio, ita etiam publicis excommunicatis, quia in illo articulo, vt cum de cenſuris agemus (Deo dante) dicetur, abſolui poſſunt ab omni peccato, quamuis grauiſſimo, ſic etiam ab omni excōmunicatione, quantumuis reſeruata. & poteſt dari communio, ſed ſi conualuerint, debent adire Superiorem pro abſolutione cenſuræ, aliàs reinciderent, vel adire illum, offerens ſatisfactionem. D. Thom. in add. ad tertiam par. art. 6. quæſt. 8.

QVAESITVM XX.

SVMMARIVM.

1 *Volenti communicare ſi ſit conſcius peccati mortalis, neceſſaria eſt confeſſio actualis, aliàs peccaret mortaliter, & qui defenderet contrarium eſſet excommunicatus.*

2 *Si tamen adſit neceſſitas celebrandi, vel communicandi, poteſt aliquis, ſi non adſit copia Confeſſoris communicare prævia contritione tantum.*

3 *Hæc neceſſitas attendēda eſt tantū in articulo mortis, vel etiā cum adeſt neceſſitas celebrandi in die ſolemni.*

4 *Si celebrare volens ſit excommunicatus, vel publicus peccator omnino debet abſtinere, & debet potius mori, quam abſq; prævia confeſſione celebrare.*

An requiratur actualis, aut ſacramentalis confeſſio, vel ſufficiat contritio ſolummodo?

1 DIC. Eſſe neceſſariam confeſſionē actualem volenti cōmunicare, & qui conſcius alicuius culpæ mortalis, id auderet, peccaret mortaliter, immo, qui defenderet ſufficere contritionem, ſine actuali confeſſione peccat mortaliter, & eſſet excommunicatus, vt ex Conc. Trid. ſeſſ. 31. cap. 7. vbi concluditur

Digitized by Google

cluditur esse necessariam actualem cõfessionem sacramentalem, nec sufficere contritionem vbi adest conscientia culpæ mortalis

2 Et licet Riccadus 4.d.17. art.3. q.6. & Andr. de confirmat. q.3.& Caiet.in 3.p. q 8. art.4. & in Summ.verb. communio. tenuerint sufficere solummodo contritionem, & his subscribit Abbas in cap. de homine,tamen horum sententia intelligat Parochus, sufficere contritionem tempore necessitatis celebrandi,vel communicandi,cum nõ adest copia confessoris legitimi, qui ascultare, & absoluere poterit.

3 Sed hæc necessitas non est consideranda ob deuotionem celebrantis,vel communicare volentis,sed tunc dicetur necessitas vrgens,quæ excusat à confessione actuali absente confessore legitimo,cum quis,vel existit in articulo mortis,& non habet copiam confessoris,& ostenderit signa contritionis,& deuotionis ad hoc sacramentũ,itaq; potest ei dari cõmunio. D.Antoninus 3.p.tit.3.cap.6.§.7.Summ.Confess.lib.3.qu.70. Vel si est longa distantia adeundi Confessorẽ, & imminet onus celebrandi, vt in Parocho Ruricho tẽpore solemnis diei, tunc potest absq; præuia cõfessione,sed tantũ præuia contritione celebrare maximè si sit solitus frequenter celebrare, quia tunc pro vnica vice posset ei permitti, sed abstinere debet à consuetudine ita celebrandi,& in hoc casu dicetur nõ adesse copiã confessoris,etiam si aderit confessor,vel quia est mutus,vel surdus,vel aliàs legitimè impeditus, Confessoris officium adimplere non poterit.

4 Sed hæc responsio non procedit,si celebrare volens, vel cõmunicare esset publicus excõmunicatus,vel eius peccatum esset publicũ in parochia,quia tunc deberet omninò abstinere,& potius mori,quã sine præuia confessione accedere ad tàm tremẽdam Mensam. Angel.Dialog.4.§.192.Idẽ dicendũ de alijs Parochis, quibus incumbit onus celebrandi in Parochia, & esset scandalũ non celebrare,& adire Confessorẽ non esset ei facile. Idem dic etiam de alijs Sacerdotibus celebrare obligatis. Sot.4 d.12.q.1.art.4.D.Anton.3.p.tit.13.c.6.§.7.& Summ.in verb. Eucharistia.Sed id,vt præmissũ est, non est cõsuetudine frequẽtandũ. Nota, quod Eucharistia nõ est pueris administranda (vt puta-

Digitized by Google

putabant Græci) & ratio est, quia requiritur in sumente actualis deuotio, quæ non est in pueris, sed adultis. Nota etiã, quod debet cõseruari pro infirmantibus c. Presbyter de consec. d. 11. & debet bene custodiri: sicut, & Crisma. Anchar. in c. 1. de custodia Euchar. & Calix potest fieri non solũ ex auro, vel argento, sed etiam ex stamno c. vt Calix de consec. dist. 1.

QVAESITVM XXI.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos occultè irregularis, vel excõmunicatus; vel alio legitimo impedimẽto detentus, si non celebrando sequeretur infamia potest celebrare post debitã contritionẽ, & confessionẽ.*

An Sacerdos occultè irregularis, vel excõmunicatus, vel aliàs legitimo impediméto detentus, ita, vt celebrare ei non liceat, si ob scandalum, quod sequeretur, si desineret celebrare in aliqua solemnitate, vel quia est Parochus, & ex officio tenetur celebrare, vel si ipsum maxima infamia sequeretur, posset ne celebrare, non obstantibus antedictis impedimentis?

1 DIC. Cum Nauar. Quod si sequeretur infamia non celebrando potest celebrare, post tamen debitã contritionem, & confessionem, non obstante, quod hic Sacerdos esset irregularis, vel excommunicatus occultus, & ratio Nauarri est, quia, quando concurrunt duo præcepta, alterum legis naturæ alterũ legis positiuæ; p̃ceptũ legis naturæ p̃fertur p̃cepto legis positiuæ, vt in casu proposito, conseruare enim famam est iuris naturalis, & celebrare in irregularitate est prohibitum lege positiua, & ideo illa huic præstat de consecr. dist. 2. c. sicut, & hoc

Digitized by Google

hoc intellige, cum habet animum petendi abſolutionem, ſeu diſpenſationem à legitimo miniſtro, & cum illius excommunicatio, ſeu irregularitas eſt occulta, nam ſi eſſet publicum impedimentum. tunc ob ſcandalum, quod ſequeretur debet omnino abſtinere.

QVAESITVM XXII.

SVMMARIVM

1 *Poteſt quis ſine præuia confeſſione communicare in Paſchate cum ſola contritione, non habita copia Confeſſoris, ad graue ſcandalum euitandum, nec poteſt differre ſtante præcepto Eccleſiæ.*

2 *Hic caſus nunc dari non poteſt, propter Eugenianam conſtitutionem, quia conceduntur octo dies ante, & octo poſt Reſurrectionem ad communicandum, & quilibet Parochus, vbicunque quis etiam breui tempore moratus fuerit eſt proprius Parochus excluſa fraude.*

An vrgente præcepto Eccleſiæ de communicando in Paſchate poſſet quis ſine præuia confeſſione communicare, quia non habet copiam Parochi?

1 DIC. Quod ſi eo non communicante graue ſcandalum oriretur, & non poſſet ſine ſcandalo differre, tunc licebit abſque præuia confeſſione communicare, immo etiam celebrare. Sot. 4. ſent. d. 12. q. 1. art. 4. & intellige ſemper cum animo ſtatim confitendi, cum aderit copia confeſſoris proprij. Proprius verò Parochus in monialibus tertiarijs domi permanentibus dicitur Superior eorum Monaſterij ex ſacra cõgregatione Concil.

2 Sed ſtante Eugeniana conſtitutione, quod hoc præceptum de communicando poteſt per octo dies ante, & octo poſt Dominicam Reſurrectionis adimpleri, & quod vbicunque quis eo tempore, etiam per paruum ſpatium temporis (excluſa fraude)

Digitized by Google

moratus fuerit, illius loci Parochus dicetur proprius eius Parochus, quoad satisfaciendum præcepto Ecclesiæ, in confitendo, & communicando, tunc dicendum erit, quod non potest dari prædictus casus, nisi ob malitiam. quæ non suffragabitur, vt dictum est, nam proprius Parochus vbique erit ad prædictum effectum adimplere volenti, immo hic Parochus poterit etiam absoluere hunc exterum à casibus Episcopalibus, stante facultate, quo ad alios concessa, quæ deseruit etiam ipsis, quia æstimantur, vt incolæ in hoc casu. Caiet. verb. solutio. Ang. dial. 4. §. 196.

QVAESITVM XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus occultus ex communicatione Papali, & alijs impedimentis secretis, nec est in mora petendi absolutionem, & obligatur ad communicandum, vel ad interesse Choro, ad euitandum scandalum potest communicari, & Choro interesse.*

2 *Aliter dicendum est si impedimenta essent publica, quia tunc debent omnino abstinere.*

An qui incidit in excommunicationem Papalem occultam, & non est in mora petendi absolutionem, & venit tempus, quo obligatur ad communicandum publicè, & interesse choro, quia est Abbas, vel Canonicus, & si non communicat, vel Choro non interest infamaretur, possit communicare, & interesse Choro ante absolutionem, animo tamen petendi eam quamprimũ?

1 DIC. Quod sic, Nauar. cap. 17. num. 239. in Manuali. Idem dic, de irregulari, vel alijs impedimentis secretis tamen

Digitized by Google

2 men aliàs dicendum, ſi impedimenta eſſent publica, vt ſi publicè quis eſſet excommunicatus, vel irregularis, quia tunc deberet omnino abſtinere.

QVAESITVM XXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos, qui eſt in itinere, & non habet copiam Confeſſoris, & tenetur de præcepto audire Miſſam, vel celebrare, & nõ celebrando eſſet infamia, vel ſcandalum, poteſt abſque præuia confeſſione celebrare, cum voluntate tamen, quamprimum potuerit adeundi Confeſſorem.*

2 *Sacerdos hic, qui peregrinatur, ſi habet licentiam à ſuo Epiſcopo peregrinandi implicitè intelligitur licentia eligendi ſibi Confeſſorem, dummodo ſit expoſitus, & poteſt illum abſolue re etiam à caſibus ſuo Epiſcopo reſeruatis.*

3 *Sed ſi in caſus reſeruatos Epiſcopi loci, in quo peregrinatur incidit, debet petere facultatem ab Epiſcopo illius loci, vt poſſit abſolui.*

An Sacerdos ſolum præuia contritione, quia non habet copiam confeſſoris, & eſt in via, & adeſt feſtũ de præcepto, in quo tenetur auſcultare, vel celebrare Miſſam ſub pœna peccati mortalis, poterit celebrare abſque confeſſione?

1 DIC. Quod ſi non celebrando, eſſet ei infamia, vel aliàs ſcandalum oriretur poterit celebrare abſque præuia cõfeſſione, cum voluntate tamen, quamprimum poterit adeundi Confeſſorem, ſed ceſſante infamia, vel ſcandalo, debet abſtinere à celebratione, ſi ſolum præcepto Eccleſiæ aſtringeretur quia eſt maius præceptum de purè celebrando, quam de auſcultando Miſſam in die feſto, cui vellet ſatisfacere celebrans, hoc modo impeditus. Sot. in 4. ſent. diſt. 12. q. 1. art. 4.

Digitized by Google

Sed si hic Sacerdos qui peregrinatur habet licentiam a suo ordinario peregrinandi implicitè intelligitur facultas eligendi Cõfessorem, in omni loco, vbi peregrinatur a quo poterit absolui, dummodo ille fuerit expositus in illo loco, vbi peregrinus reperitur, etiam a casibus Episcopo suo reseruatis, secus si non haberet explicitè licentiam peregrinandi, quia tunc non poterit absolui a casibus Episcopo suo reseruatis, licet ab alijs peccatis, nam ordinarius dans licentiam peregrinandi, videtur dare etiam licentiam confitendi in locis in quibus reperitur, & vt absolui possit etiam a casibus reseruatis, nam consentaneum est peregrinum, & communicari in via, & per consequens prius confiteri, alias priuaretur tantis bonis, quod non est dicendum vide Caet. in verb. Absolutio.

Sed si peregrinus incurrisset in casus reseruatos in loco vbi confiteri intendit extra suam Diœcesim debet absolui ab his reseruatis cum facultate Episcopi loci in quo reperitur, nam ratione peccati factus est iurisdictionis illius Episcopi, in cuius Diœcesi reperitur, & confitetur, nec suffragabitur ei licentia proprij Episcopi etiam explicitè de perigrinando.

Adde, quod stante quauis necessitate celebrandi non poterit celebrans confiteri non approbato ad audiendum sacras cõfessiones, sed potius dicetur non habere copiam Confessoris, vt supradictum est.

QVAESITVM XXV.

SVMMARIVM.

1 *Ob solam verecundiam, non potest pœnitens proprium Parochum declinare, & alterum adire absque licentia*

2 *Secus si esset scandalosus, & esset periculum reuelandæ confessionis.*

3 *Imo*

Digitized by Google

3 *Imò in hoc casu posset relinquere circumstantiam, vel peccatũ, cuius reuelatio timetur cum animo alteri qnamprimum cõfitendi. Idem dic de reseruatis.*

4 *Non propterea hoc dicetur dimidiata confessio.*

5 *Verecundia, vel timor, quod Parochus male sentiat de pœnitente non est iusta causa dimidiandi confessionem.*

An aliquis pœnitens, qui habet casus reseruatos, vel alia peccata, quæ confiteri verecundatur proprio Parocho, vel veretur confiteri, quia ille venit in cognationem peccati, vt si pœnitens occidat consanguineum Parochi, vel peccet cum consanguinea eius, nota Parocho, & Parochus noluerit dare licentiam alteri confitendi, poterit tacere circumstantiam, vel declinare proprium Parochum?

1 DIC. Quod ob solam verecundiam non potest pœnitẽs proprium Parochum declinare, &, vt ad alterum ire possit licentiam petere, maximè si ille Parochus esset bonæ vitæ, secus si esset scandalosus, & esset suspictio reuelandæ confessionis, & non vult dare licentiam adeundi alium confessorem, quia tunc esset, ac si non haberetur copia confessoris, maximè si non potest adire alium Superiorem, & poterit communicare. Sot. in 4, d. 12. q. 1. art. 4. Victor. de Confess. num. 146. Ang. dial. 4. num. 10. Sed tenetur cum primum habet commoditatem confitendi, & sic adimplere præceptum Ecclesiæ. Vict. vbi supra num. 147.

2 Vel dic, quod licebit confiteri relicta illa peccati circumstantia, vel peccato ipso ob cuius confessionem confessor veniret in cognitionem complicis, animo tamen quamprimum poterit confitendi circumstantiam relictam, vel peccatum, quod prænarrata causa subticuit,

Digitized by Google

3 Idem dicendum de casibus reseruatis, vt si pœnitens non possit obtinere licentiam alteri confitendi, nec patet additus ad superiorem, & adest timor, vel reuelandæ confessionis, vel detegendæ alicuius personæ, de cuius fama ageretur, si proprio Parocho confiteretur, tunc posset omitti circumstantia reseruata, vel peccatum reseruatum, animo tamen statim cum primùm aduenenit commoditas confitendi legitimo Superiori.

4 Nec propterea dicetur dimidiata confessio, quia non malitiosè dimittitur illa circumstantia, vel peccatum, & sic poterit pœnitens proprio Parocho confiteri, & communicari, hoc intellige cum imminet tempus communionis ex præcepto. Nau. c. 27. num. 6. Ang. dial. 4. §. 202.

5 Sed teneat mente Parochus, quod verecundia, vel timor, & Parochus postea de illo male sentiet, non est iusta, & rationabilis causa alterum confessarium petendi, vel confitendi pro illa vice, quia si id verum esset, rarus, aut nullus confiteretur, maximè mulieres, quæ non verecundantur peccare, sed confiteri erubescunt, imò cum rubore debent confiteri, quia est eis pars contritionis.

Sed Parochi, & alij Superiores, qui possunt dare licentiam, debent denegare, vt pœnitentes adire possint quem velint confessorem, aliàs esset animas illaqueare. D. Thom. 3. p. q. 4. ad sextum. Vict. de confess. num. 145.

QVAESITVM XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Volens communicare debet esse ieiunus.*
2 *Ieiunium hoc debet esse ieiunium naturæ.*
3 *Infirmus in periculo mortis, potest non ieiunus commnnicari.*
4 *Celebrans, vel communicans non ieiunus peccat mortaliter.*

An requiratur, vt volens communicare sit ieiunus?

1 DIC. Quod debet esse ieiunus, & contraria sententia esset hæretica, vt in Conc. Constant. sess. & hic mos deriuat

Digitized by Google

uat ab Apoſtolis ipſis, & obſeruatus fuit ſemper in Eccleſia, & hoc ob honorem tanti ſacramenti, vt ſcribit B.Aug.Epiſc. 118. ad Ianuarium. D. Thom. 3. p. q. 80. Riccard. 4. ſent. d. 8. & de conſec. d. 1. Si ſacramenta. Et eſt communis opinio, & habetur de conſec. diſt. 1. c. liquido. & requiritur ieiunium naturæ, vt nihil per modum cibi, vel potus, vel medicinæ, vel alio quouis modo ſumptum ſit prius, vt infra etiam declarabitur.

2

3 Sed cum eſſet communicandus infirmus, vel eſſet periculum, ne euaderet frenetichus, vel inſenſibilis, tunc ne priuaretur tãto bono infirmus, & diſcederet abſque viatico, in hoc caſu poſſet communicari non ieiunus. D. Thom. 3. par. qu. 8. art. 8. D. Anton. 3. p. tit. 13. c. 6. §. Riccard. loc. cit.

4 Hinc docere poterit Parochus ſuos filianos, quod qui celebrat non ieiunus, vel communicat, peccat maximo peccato ſacrilegij, niſi excuſaretur communicans infirmitate, vel alia vrgenti cauſa

QVAESITVM XXVII.

SVMMARIVM

1 *Non poteſt Sacerdos non ieiunus celebrare pro quacunq; cauſa, etiam pro communicando infirmo mox morituro, vel pro euitando ſcandalo.*

2 *In hoc nullus poteſt diſpenſare, niſi ſolus Papa.*

3 *In hac re non eſt tenenda ſententia Majoris.*

4 *Si pro his caſibus Sacerdos celebraret non ieiunus, vel etiam hora inſolita, peccaret, ſed vere conſecraret, etſi celebraret abſque veſtibus ſacris, vel extra Eccleſiam.*

An Sacerdos non ieiunus pro communicando infirmo iam morituro, & cum alia commoditas deſit poſſit celebrare, vel ad euitandum quodcunque ſcandalum?

1 DIC. Quod non pro quacunque cauſa. D. Antonin. 3. p. tit. 13. c. 6. §. 8. Sylu. verb. Euchariſtia. 3. §. 8. Nau.

Digitized by Google

c. 21. num. 53. & habetur in c. nihil. 7. q. 1.

2 Sed si Papa dispensaret vtique posset, secus esset si dispensarent, vel præciperent alij Superiores, quia nullus potest in hoc dispensare, nisi solus Papa.

3 Nec est tenenda opinio Majoris, qui dicit pro communicando infirmo posse non ieiunum consecrare, non celebrando missam, sed tantum dicendo verba consecrationis super hostiam, imò addit, posse consecrare etiam buccellam panis fermentati, si azimi desint pro necessitate infirmi. 4. sent. dist. 9. q. 3. & ita tenet Scot. & alij. quos refert Dionys. Carth. in 4. dist. 8. q. 4. Ang. num. de Euchar. num. 208.

4 Sed si Sacerdos celebraret pro communicando infirmo non ieiunus, & in hora insolita ad celebrandum peccaret mortaliter, sed verè consecraret, etiam si non indueretur vestibus sacerdotalibus, etiam sine hominibus, & extra Ecclesiam, tàm de nocte, quàm de die, dummodo adhibeatur debita materia, & debita forma à Ministro ritè ordinato D. Thom. 3. p. q. 83. art. 13. Ioannes de Lapil. cap. 2. de dub. miss.

QVAESITVM XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Communicare infirmum in articulo mortis non est de iure Diuino, sed ex ritu Ecclesiæ.*
2 *Communicare in vita est de iure Diuino.*
3 *Quod celebrans sit ieiunus est antiquissimus mos Ecclesiæ.*
4 *Multæ huius ieiunij rationabiles causæ assignantur.*
5 *Hoc ieiunium debet incipere a media nocte.*
6 *In his regionibus, in quibus initium diei incipit ab occasu, vel à meridie, standum est Patriæ consuetudini receptæ ab Ecclesia.*

An communicare infirmum in articulo mortis, & an celebrantem debere esse ieiunum, sit de iure Diuino vel Ecclesiastico;

Digitized by Google DIC.

1 DIC. Quod non eſt de iure Diuino exiſtentem in articu-
2 lo mortis communicare, bene verum eſt de iure Diuino cummunicare in vita. Sed ſumere illum Viaticum eſt neceſſarium in articulo mortis ſi ſumi poſſit, ſecundum ritum ſanctæ matris Eccleſiæ. Ideo non eſt dandum hoc ſacramentum patiẽtibus vomitum, ob periculum, & irreuerentiam, quia non eſt neceſſarium eo modo, quo eſt Baptiſmus, ſed ſicut ſupra reſponſum eſt. Sot in 4.d. 12. q. 1. art. 8. Scripſit de hoc nuper Dominus Cæſar Ragucius frater meus, ac Archipreſbyter terræ Ceruinariæ, & reſpondi bene eum feciſſe in hoc caſu.

3 Et quod celebrans debeat eſſe ieiunus, eſt antiquiſſimus, &
4 obſeruatus mos in Eccleſia, & dignis quidem rationibus, dedecens enim eſſet, vt in ſtomachum aliquis prior cibus ingrediatur cæleſti illo Cibo, ideſt, corpore Chriſti viuo, & vero, quod ex Virgine naſci, & in eius glorioſo vtero, in quo nec pri⁹, nec poſtea alias geſtatus eſt, concipi, & permanere voluit. Hæc conſideratio gratiſſima fuit (dum mecum de hoc deuotè ageret) Ioanni Baptiſtæ Caracciolo Marchioni Vulturariæ Religioſiſſimo Principi, & deuotiſſimo, & Heroicarum virtutum cæteris Regni Proceribus exemplo, a quo haud degenerant Illuſtriſſimi eius filij, Ioſephus, & Franciſcus, Domini mei ſingulares.

Atque ſimiliter mortuus in Sepulchro, in quo nondum quisquam poſitus fuerat, deponi voluit, quæ omnia inducunt hunc laudatiſſimum vſum in Eccleſia, celebrantem, ſcilicet, & cõ-
5 municantem oportere eſſe ieiunum, & ieiunium debet incipere à media nocte præcedente, nec requiritur, vt celebrare, ſeu communicare volens dormierit, vel digeſſerit, dummodo nihil ſumpſerit à media nocte. D. Thom. 3. p. q. 80. ad ſecundum.

6 Et in illis Regionibus, in quibus diei initium incipit ab occaſu Solis, vt apud Hæbreos, vel à meridie, vt eſt apud Egiptios, ſtandum eſt Patriæ conſuetudini ab Eccleſia recepta, quoad horam, à qua debet incipere ieiunium. Sot. in 4. diſt. 12. q. 1. art. 8. ad quartum, & notandum, quod ieiunium, quod requiritur in celebrante, vel communicare volente debet eſſe ieiuniũ naturæ, nec ſufficeret ieiunium Eccleſiæ. Et qui communicat

non

Digitized by Google

non ieiunus, nisi vrgente causa, vel sine necessitate peccaret mortaliter. D. Anton. 3, p. tit. 13. c. 6. §. 8. Hæc distinctio satis placuit cuidam Sacerdoti dum fui in visitatione Diœcesis Beneuentanæ, & mecum, et Fiscalis visitationis Abbas Iulius de Sumererijs Canonicus Beneuentanus dignissimus, vir ob morum suauitatem, & eius virtutes omnibus charus, mihi vero charissimus amicus, cuius aspectus dignus est imperio.

Et licet Dominus noster in institutione huius sacramenti cõmunicauerit suos Apostolos post Cænam, id opportuit ita fieri, vt prius legem plenè obseruauerit, & deinde inciperet sacramẽta instituere, atq; etiã ideo hoc sacramentum post peractam Cænã instituit, & contulit suis Discipulis, vt magis illis cordi esset, tanquam vltimo loco relictum, & donatum, concluditur ergo à ieiunis hoc sanctissimum sacramentum debere confici, & sumi, quæ institutio sanctæ matris Ecclesiæ, & Apostolorum, est multum laudabilis, & rationabilis, nam ieiunus maiori deuotione, quam pransus accedit ad hoc sacramentum. D. Thom. 3. p. q. 80. art. 8. Vict. num. 8. de Sacram. Euchar. Fuit de hoc sacrilegio accusatus quidam in Curia Archiepiscopali Beneuentana, dum ego eram auditor generalis, & Fiscalis Ioannes Thomas Spezzacatene sacrorum Canonum, & legum scientia in theorica, & praxi maximè professus, sed defecit accusans in probationibus.

QVAESITVM XXIX.

SVMMARIVM.

1 *Reliquiæ cibi inter dentes remanentes, si deglutiantur inaduertenter non impediunt sumptionem Eucharistiæ.*

2 *Idem dic de refrigerationibus, quas in ore faciunt infirmi cum aqua, & in nullis alijs casibus, qui infra explicantur.*

An si inaduertenter deglutiantur aliquæ reliquiæ cibi, quæ inter dentes remanere solent, dicetur ruptum ieiunium naturæ, vt non possit quis communicare, vel celebrare sine peccato?

DIC.

Digitized by Google

1 DIC. Quod huiusmodi reliquiæ deglutiuntur per modum ſaliuæ, non autem cibi, & ſicut ſaliua ipſa non frangit ieiunium naturæ, ſic deglutio, vt ſupra, non frangit ieiuniũ, nam ea ſumptio frangit ieiunium naturæ, & impedit, quæ eſt exterior cibi, vel potus, non autem interior tractio.

Sed aduertat Parochus, hoc intelligendum eſſe, quando inaduertenter quis deglutiat cibi reliquias, quæ inter dentes remanſerant, nam ſi quis aduertat, & eas deglutiat rumpit ieiunium, & impeditur ſumptio ſanctiſsimæ Euchariſtię Palud. relatus à D. Anto. 3. p. tit. 13. c. 6. §. 8. D. Thom. 3. p. q. 80. art. 8. Nau. cap. 21 num. 53.

2 Idem dicendum eſt de refrigerationibus, quæ fiunt in ore communicare volentis, vt ſi aliquantulum humiditatis in ſtomachum penetrarit, id potius potius per modum ſaliuæ, quam potus accipiendum eſt, nec propterea rumpitur ieiunium, ſicut nec rumpitur, ſi intrat muſca in os celebrare, vel communicare volentis Tabien. com, num. 49.

Nec ſi guttæ ſanguinis ex nare caderent in os, & deinde in ſtomachũ penetrarent, nec ſi dentes perfricentur ſale, & aceto, niſi deglutietur aliquid, ſic etiam, nec rumpitur ieiunium, ſi aliquis de ſero accipiat pro remedio zaccarum de Candia, vel aliud, quod liquefit, & humor illius poſt mediam noctem reperiatur inſtomacho, ſic etiam non rumpit ieiunium guſtatio tantum cibi, vel potus, cum lingua, ſi poſtea ſtatim expuetur, ſed ſic inaduertenter quid deglutieretur, iudicandum eſſet, vt de ſaliua. Ang. de Euchar. num 213. & num. 115. Habet ergo Parochus celebrantem, & communicantem opportere eſſe ieiunum, & quæ ſunt ea, quæ videntur impedire ſumptionem ſanctiſſimę Euchariſtiæ, nec tamen impediunt.

QVAESITVM XXX.

SVMMARIVM

1 *Sacerdos, ſi ignoranter, & bona fide, aliquod odoriferum ſumpſerit ad præparandum ſtomachum pro ſuſcipiendo ſacramentum, non peccaret.* 2 *Id*

Digitized by Google

2 *Id tamen est omnino vitandum, etiam si fiat ex deuotione.*
3 *Duplex ieiunium, scilicet naturæ, & ecclesiasticum, quod sit explicatur.*

An celebrans peccaret mortaliter, si ante celebrationem sumeret aliquid odoriferum, ad bene præparandum stomachum sanctissimæ Communioni, vt putà nucem muscatam, vel aliquod aliud aromaticum?

1 DIC. Quod si hoc faceret ignoranter, simpliciter, & bona fide, credens licère, non peccat mortaliter. Caet. in Summ. verb. Communio. qui affirmat id suo tempore accidisse in quodam celebrante, qui tamen propter simplicitatem, & deuotionem fuit excusatus à mortali, quia nesciebat distinguere inter ieiunium Ecclesiæ & naturæ ieiunium.

2 Sed id omnino est vitandum, etiam si ex deuotione fieret, nam est periculosum, immo est prohibitum in Concil. Araccha. 2. c. 10. 10. contra Hæreticos Priscillianistas, qui solebant ante communionem aliquantulum vini meri prægustare ad purgandum guttur.

3 Cum autem facta sit mentio de ieiunio naturæ, & ieiunio Ecclesiæ: sciat Parochus naturæ ieiunium esse, cum nihil omnino gustatur, nec per modum cibi, nec per modum potus, nec per modum remedij, aut quouis alio modo, nam per minimum cibi fragmentum frangitur.

Ieiunium vero Ecclesiæ est, quod vnica commestione in die hora debita fit, nec frangitur hausta aquæ, vel etiam vini, nisi eo modo, quo latius dicetur, cum (Deo dante) de ieiunio agemus.

QVAESITVM XXXI.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos non peccat, si post ablutionem sumpserit aliqua hostiæ fragmenta, quæ remanserunt.*

2 *Non*

Digitized by Google

2 *Non debet id facere, poſtquam receſſerit ab Altari, & fuerit exutus veſtimentis ſacris*

3 *Licet ſumere hauſtum vini, vel aquæ ad deglutiendum particulam inhærentem palato.*

An Sacerdos, ſi celebrauit, & poſt communionem, & ablutionem ſumpſerit aliqua fragmenta Hoſtiæ, quæ remanſerant in patena, vel ſuper corporali peccet mortaliter, quia non eſt ieiunus?

1 DIC. Quod non peccat, quia, quæ fiunt in incontinenti, videntur ineſſe, & tota miſſa videtur vnum Conuiuium, & hoc intellige, ſi ſtatim ſumpſit poſt ablutionem, quia reputatur vnum ſacramentum ad cuius perfectionem requiritur, vt 2 omnes reliquiæ ſumantur. Sed ſi poſteaquam exutus veſtimẽtis Sacerdotalibus inuenerit particulas conſecratas ſuper corporali, vel patena, non debet ea ſumere, ſed conſeruare. Sed de fragmentis paruis, quia non poſſunt conſeruari, dic, quod poteſt ea ſumere, dum incontinenti, & antequam ab Altare diſcedat, ſumat.

3 Sic etiam ſi particula Hoſtiæ adhæſit Palato, licebit pro ea deglutienda ſumere hauſtum vini, licet illud prius in ſtomachum deſcendat. Nauar. c. 21. num. 90. Sylu. verb. Euchariſtia. 3. cap. 10.

QVAESITVM XXXII.

SVMMARIVM.

1 *Vomitus tunc impedit ſumptionem Euchariſtiæ, quando eſt periculum vlterius vomitus.*

An Parochus debeat communicare eum, qui euomit cibum ex indigeſtione, vel alia infirmitate?

DIC.

Digitized by Google

DIC. Quod vomitus de per se nõ impedit sumptionem sanctissimæ Eucharistiæ, nisi sit periculum vlterioris vomitus, tunc enim nullo pacto debet, nec ipse celebrare, nec communicare volenti administrare. Riccard. in 4. sent. dist. 9. art. 2. quæst. 3.

QVAESITVM XXXIII.

SVMMARIVM

1 *Seminis effusio ex crapula omnino impedit sumptionem huius sacramenti,*

2 *Si esset scandalum non celebrare, vel obligatio ad celebrandũ potest præuia Confessione celebrare.*

3 *Si effusio seminis sit ex infirmitate continua, si animam purgauit, potest communicare.*

An qui patitur continuam seminis effusionem, vel fluxum sanguinis, vel menstruum debeat communicari?

1 DIC. Quod si seminis effusio est ex crapula debet omnino abstinere, ob reuerentiam tanti sacramenti, quia ve-
2 nit ex causa illicita, sed si obligaretur ad celebrandum, vel esset scandalum non celebrare, vel communicari tunc præuia confessione potest celebrare, & communicari.

3 Si autem esset ex infirmitate, tunc dic, quod aut infirmitas hæc est continua, & tunc cum deuotione potest celebrare, & communicari, si bene purgauit animam, quia tunc attenditur munditia mentis. Si vero est temporalis, & de facili purgabilis, & non ex causa illicita, sed ex causa naturali, vt menstruum in mulicre, tunc non prohibetur communicari, sed laudabilius esset ob reuerentiam tanti sacramenti, per aliquod tempus expectare.

Et hic notet Parochus, quod munditia corporalis, non requiritur necessariò ad celebrandum, vel communicandum, sed in honorem, & reuerentiam tanti sacramenti. D. Thom. 4. sent. dist. 9.

Digitized by Google

dist. 9. q. 1. art. 4. qu. 3. D. Anton. 3. p. tit. 13. cap. 6. §. 10. Sylu. verb. Eucharistia. 3. num. 11. & alij Summ.

QVAESITVM XXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Pollutio quæcunque sit, & quodlibet peccatum carnale, præuia contritione, & confessione, non impedit sumptionem Eucharistiæ.*

2 *Licet congruum sit ob reuerentiã tanti sacramenti abstinere.*

3 *Necessitas sumptionis Eucharistiæ præponitur congruitati, & explicatur.*

An pollutio nocturna impediat, vt quis non possit celebrare, vel communicare?

1 DIC. Primo, quod pollutio nocturna, seu etiam diurna, imò fornicatio ipsa, aut adulterium, aut alia peccata carnis, præuia contritione, & confessione, & dummodo absit contemptus, non impediunt nec celebrare, nec communicare, nam non celebrare post pollutionem, quæ prouenit de peccato est consilium, ob reuerentiam tanti sacramenti, sic etiã non communicare. Sed instante necessitate, seu etiam deuotione celebrandi, vel cõmunicandi non impediunt præuia cõtritione, & confessione, vt dictum est. Et eo magis licebit, cũ pollutio prouenit ex causa veniali, vel sine culpa, vt ex Diabolica illusione.

2 Itaque concludendum est, quod est congruum abstinere,

3 non necessarium, & quia necessitas est præponenda congruitati, idcirco ob necessitatem celebrandi, vel communicandi, vel quia ob solemnitatem diei festi quis tenetur celebrare ex officio, vel quia debet communicare, aliàs sequeretur scandalum potest celebrare, & communicare, dummodo absit contemptus nec distractio notabilis sequatur, præuia contritione, & confessione D. Gregorius ad August. Episcopum Anglorum Epist. vlt. D. Thom. 3. p. q. 80. art. 1. Imò, si eodem die, vel no-

cte

Digitized by Google

cte pollutionem incidisset, vel copulam carnalem commisisset. Nau. in Manuali cap. 21. num. 51.

QVAESITVM XXXV.

SVMMARIVM

1 *Res vxoria non impedit communionem, si fuerit ad procreandum filios.*

2 *Si in actu matrimoniali interuenerit immoderata voluptas prohibetur communio.*

An actus matrimonialis, id est coniuctio viri, & vxoris impediat sumptionem sanctissimæ Eucharistiæ, si eadem die, vel nocte præcesserit?

1 DIC. Quod si coniuges non habuerunt alium finem, nisi procreandi filios, non impedit, sed hoc est iudicio ipsorum coniugum relinquendum. D. Greg. lo. ci. & habetur 33. q. 4. c. vir, cum proprio. Itaque nec res vxoria impedit communionem, vel etiam celebrationem, quo ad Græcos Sacerdotes nisi ex congruitate.

2 Sed si in actu matrimoniali interuenit immoderata voluptas & libidinosa, tunc sunt prohibendi, ne accedant, nam accedere si illa voluptas fuit mortalis, esset mortale, si vero venialis, veniale esset eis peccatum. Sed melius esset differre in sequentem diem, si sine scandalo, vel periculo poterunt licitè accedere ad communionem D. Thom. 3. p. qu. 8. art. 7. Sylvest. verb. Euchar. 3. num. 13. & alij multi.

QVAESITVM XXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Somnium sacrilegij, furti, homicidij, non impedit communionem, secus est de pollutione.*

2 *Tale somnium etiam impedit, si, verbi gratia somnium odij,*

Digitized by Google ratione

rationem cauſæ originalis, quæ eſſet mortalis.
3 *vel etiam ratione complacentiæ.*

An ſomnium ſacrilegij, furti, ſeu homicidij impediat ſumptionem Euchariſtiæ de congruitate, ſicut impedit pollutio in ſomnis habita?

1 DIC. Quod non impedit, & eſt diuerſa ratio pollutionis, & aliorum criminum, nam in ſomnio pollutionis adeſt delectatio, & diſtractio mentis, & immunditia quædam naturalis, quæ non eſt in ſomnio aliorum criminum.

2 Itaque dicendum eſt, quod non impedit, niſi fortè ratione cauſæ originalis, quæ eſſet mortalis, aliàs non impedirent, vt ſi ſomnium homicidij procederet ex odio, quod in animo dormientis radicitus reſedit, tunc enim impediret ratione ſuæ cauſæ, quæ eſt mortalis, aliàs non impediret, ſicut merum ſomnium rerum laſciuarum non impedit niſi ſequatur pollutio, ita ſi quis ſomniauit occidiſſe non impedit, dummodo ex cauſa
3 odij interni ſomnium non proceſſiſſet, vel niſi adeſſet complacentia ſomniati homicidij, quia delectatio homicidij in ſomnis repræſentati ſapit culpam mortalem. D. Thom. 3.p. q.8.art.7. ad ſecundum Sot.4.ſent.diſt.12. q.1. art.7. ad primum. Sylu. verb. Euchariſtia 3. num. 15.

QVAESITVM XXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Poſt pollutionem, ſiue licitam, ſiue illicitam etiam poſt confeſſionem de congruitate debet quis abſtinere à communione per viginti quatuor horas, vel per vnum diem.*

An ſtante pollutione, ſiue illa illicita, fuerit ſiue licita, vel actus carnis, etiam poſt confeſſionem, debeat quis abſtinere à communione de congruitate;

M DIC.

Digitized by Google

1 DIC. Quod debet expectare per aliquod tempus, vt natura per illum actum carnis deordinata ſpatio illo in priſtinum reſtituatur, & hæc eſt communis ſententia Theologorũ, quod ſpatium debere eſſe ſaltem viginti quatuor horarum ſentiunt multi, & D. Thom. in 4. diſt. 9. qu. 1. art. 4. Licet aliqui dicant ſufficere, vt quis abſtineat per vnum diem, ſcilicet illum, in cuius nocte pollutio, ſeu actus carnis ſucceſſerit. Armill. & Caiet. verb. Communio. num. 5. Et ſecundum hanc ſententiam, qui pollutus eſſet ad horam veſperorum poſſet in mane communicare, quia dies Eccleſiæ incipit à media nocte in mediam noctem.

Sed tutior eſt, & probabilior prima ſententia, quia plus ſpatij requiritur ad purgandam, & quietandam mentem ab illa immunditia, & de deordine ob pollutionẽ ſequuta. Hinc habetur de conſ. d. 2. c. omnis homo, quod qui actu matrimoniali ſuam vxorem cognouerit, debet abſtinere à communione, etiam per octo dies, quod quidem conſilium eſt, & monitio, ſicut etiam eſt abſtinere per viginti quatuor horas. Sot. in 4. diſt. 12. art. 7.

QVAESITVM XXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Ad celebrandum, vel communicandum ſufficit virtualis, vel habitualis intentio, vel deubtio.*

2 *Fructus huius ſacramenti eſt duplex, ſcilicet infuſio gratiæ, & dulcedo ſpiritualis.*

3 *Communicans abſque actuali deuotione, ſi eſt in gratia, recipit augmẽtum gratiæ, ſed non dulcedinem.*

An requiratur actualis deuotio, vel intentio ad ſuſcipiendã cõmunionẽ, vel celebrandũ, aliàs ſine actuali deuotione an percipiatur fructus ſanctiſſimæ cõmunionis, & an cõficiatur ſacramẽtum?

DIC.

Digitized by Google

1 DIC. Quod tàm in celebrante ad conficiendũ sacramentum, quàm in communicante ad percipiendum fructum sanctissimæ communionis, sufficit virtualis, seu habitualis (nam secundum D. Thom. sunt idem, reputat enim synonima) intentio ad consecrandum, & percipiendum fructum. Scot. subtiliter, vt solet addidit etiam habitualem intentionem, quæ secundum ipsum non sufficeret, sed est melior sententia D. Tho.

2 Sed tamen notandum, quod effectus, seu fructus huius sacramenti, est duplex, alter est infusio, seu augmentatio habitualis gratiæ & hic est communis cum alijs sacramentis effectus, alter effectus est gratiæ sacramentalis, quæ in hoc sacramento confertur, & hæc est quædam dulcedo animæ, & refectio spiritualis, quam quis per communionem gustat, per quam conseruatur ei deuotio erga hoc sanctissimum Sacramentum, stante hac distinctione sciat Parochus, quod quando aliquis communicans

3 non habet actualem deuotionem, si est in gratia, recipit gratiã primam, quæ per sacramentum confertur, nempe augmentum gratiæ, sed non recipit secundum effectum, nempe dulcedinem spiritualem, & refectionem animæ. D, Thom. 3.p.q.79. art.8. D. Antonin. 3. p. tit.13.cap.6. & quia requiritur in sumente deuotio, & reuerentia, vt supradictum est, sequitur, quod Eucharistia non est danda pueris, vt volebant græci, qui non possunt habere deuotionem.

QVAESITVM XXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Sub hoc sacramẽto cõtinetur verè, & realiter corpus, & sãguis Christi, cũ anima, diuinitate, & totus Christus sub specie panis, & totus sub specie vini, & totus sub qualibet parte, in qua species apparet.*

Quot continentur sub hoc sacramento, idest, sub speciebus consecratis?

1 DIC. Quod cõtinetur vere, & realiter corpus, & sanguis D. N. Iesu Xri, cũ aĩa, diuinitate, & totꝰ est Xrs sub specie panis, sicut totus est sub specie vini, cum anima, & diuinitate

Digitized by Google

& sic totus est in toto, & totus in qualibet parte totius, etiam sub minima parte Hostiæ consecratæ, in qua tamen appareat species, & discerni possit, & sic totus sub minima gutta vini cõsecrati, vbi appareat, & discerni possit species vini, & hæc est communis sententia omnium, & est de fide, & contrarium asserere, esset Hæreticum.

Sed aduertendum Porocho est pro intelligentia, quod sub specie panis consecrati est Corpus Christi ex virtute verborum consecrationis, & in corpore Christi sanguis est non ex vi consecrationis sed ex naturali concomitantia, quia non datur corpus viuum sine sanguine, vt est ibi Dominus noster. Sic etiam sub specie vini consecrati adest sanguis Christi ex vi consecrationis, & ibi corpus ex naturali concomitantia, sicut etiam est Diuinitas, & anima, vt supradictum est.

QVAESITVM XXXX

SVMMARIVM

1 *Ex vi consecrationis tota substantia panis, & vini transubstantiatur in substantiam corporis, & sanguinis Christi.*

An totus panis ac totum vinum transubstantientur in Corpus, & sanguinem Christi, vel sola substãtia ipsorum?

1 DIC. Quod ex vi consecrationis totá substantia panis, & vini transubstantiatur in substantiam Corporis, & Sãguinis Christi, & remanent solum accidentia panis, & vini, & nihil substantiæ, & contrarium asserere est hæresis. Conc. Trid. sess. 3. can. 2. & ita tenent omnes Catholici.

Nec dicendum est, quod per consecrationem annihiletur substantia panis, & vini, sed quod conuertitur substantia in Corpus, & sanguinem Domini remanentibus accidentibus sine subiecto, idest quantitate, nam alia accidentia fundantur in quantitate. D. Thom. 3. p. q. 77. art. 2. & quantitas miraculosè substinetur, & hæc transubstantiatio fit in instanti in fine prolationis verborum formæ consecrationis.

Digitized by Google

QVAE-

QVAESITVM XXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Species Sacramẽtales poſt conſecrationẽ poſſunt nutrire, & ex ipsis corruptis poſſint generari vermes, & quomodo hoc fit explicatur.*

Cum accidentia remaneant ſine ſubiecto, vt dictum eſt, ex quo poſtea generantur vermes, ſi corrumpantur ſpecies, vel cineres, ſi comburantur, & quomodo poterunt nutrire ſpecies ſacramentales in magna quantitate ſumptæ?

1 DIC. Quod id fit Diuina virtute, vt ſpecies ſacramentales remaneant etiam poſt conſecrationem, cum igitur ita ſit, ſequitur, quod cum prius ante conſecrationem poterãt ex ſpeciebus panis, & vini generari vermes, ſi corrumpantur, & cineres, ſi comburantur, ſic etiam poſt conſecrationem, cum ibi non remaneat ſubſtantia panis, & vini, remanet tamẽ hæc actio ipſis ſpeciebus, vt & nutrire poſſint, & generari vermes, & cineres reſultare &c.

QVAESITVM XXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Corpus Chriſti permanet in Euchariſtia, quouſque permanẽt ſpecies ſacramentales, & quouſque ſunt integræ in ſtomacho.*

2 *Chriſtus Dominus ſub ſpeciebus ſacramentalibus eſt adorandus adoratione latriæ.*

Quanto tẽpore permaneat Dominus noſter in corpore, & anima cum Diuinitate ſub ſpeciebus ſacramentalibus?

Digitized by Google

1 DIC. Quod permanet quousque consistent ipsæ species sacramentales, & quousque sunt integræ in stomacho, quæ durant, quousque duraret substantia panis, si ibi adesset ideſt, quousque digeruntur à calore naturali, ~~& hoc est cõmunis opinio Catholicorum D.D. contra Scotum, qui tenuit, quod statim tactis labijs desinebat esse, quam sententiam nulla ratio, nec pietas probare potest.~~

2 Et hic sciat Parochus Dominum nostrum Iesum Christum sub speciebus sacramentalibus esse adorandum, vt Deum adoratione latriæ interna adoratione, & externa Conc. Trid. sess. 13. can. 6. Et adoratio latriæ est propriè reuerẽtia, quæ soli Deo omnium rerum Dòmino debetur, & à quo quicquid nobis optamus, sperare immediatè debemus D. Thom. Secunda secundæ q. 103. art. 3.

QVAESITVM XXXXIII.

SVMMARIVM

1 *Si in Hostia consecrata appareret puer, vel caro humana, & sanguis in specie vini consecratus deberent adorari adoratione latriæ.*

2 *Sed non debent sumi, sed conseruari, & tunc alia Hostia, & aliud vinum esset consecrandum, vt sacrificium sit perfectum.*

3 *Debet hoc fieri quando illa apparitio non esset instantanea, sed permanens, nam si esset instentanea debent sumi species. &c.*

An si appareret puer in Hostia consecrata, vel caro humana, vel si in specie vini appareret sanguis, essent adoranda adoratione latriæ, & deberet Parochus illa sumere?

1 DIC. Quo ad adorationem, quod debent adorari adotione latriæ. D. Thom. 3. p. q. 76. art. 8.

Sed

Digitized by Google

2 Sed quo ad ſumptionem, dic, non debere ſumi, ſed conſeruari,& tũc eſſet accipienda alia Hoſtia,& aliud vinum,& de nouo conſecrari,vt ſacrificium eſſet perfectum. D. Thom. 3.p.q. 82.art.4.ad tertium.

Et hoc intelligat Parochus,quando illa apparentia nõ eſt inſtantanea, ſed duret, & remaneat caro, vel ſanguis, quæ prius erat Hoſtia, vel vini ſpecies, ſed quando apparitio eſſet inſtantanea,vt ſtatim redirent in propriam formam, & ſpeciem eſſent ſumenda.

3 Sed ſi apparitio eſſet nota ſolummodo vni Sacerdoti celebranti,& duraret, & non alteri ibi præſenti,tunc poſſet dari illi & ab illo ſumj communicare iam volenti. D.Thom.3.p. q.82. art.4. ad quartum. D. Anton.3.p.tit.13.c.6.§.14.

De his apparitionibus miraculoſis in Hoſtia conſecrata videat Parochus. D. Thom.3.p.q.76.art.8. D. Anton lo. ci.

QVAESITVM XXXXIIII.

SVMMARIVM

1 *Chriſtus non apparet in Hoſtia conſecrata, vel ſub ſpecie vini mirculosè in propria ſpecie, vt eſt in Cælo, ſed in aliena ſpecie.*

2 *Illa caro pueri in Hoſtia conſecrata apparentis eſt accidentalis, ideſt, in viſione ſic apparens, & ſub ea continetur vera caro Chriſti, ſicut ſub ſanguine apparenti verus ſanguis continetur.*

An quando appareret in Hoſtia puer, aut caro humana,vel sãguis ſub ſpecie vini, poſſit dici,quod ſint veræ ſpecies corporis, & ſanguinis Chriſti, vt eſt in cœlo?

1 DIC. Quod Chriſtus non apparet ibi in Hoſtia conſecrata, vel ſub ſpecie vini miraculosè in propria ſpecie,vt eſt

Digitized by Google

in Cælo, ſed in aliena ſpecie, vt ſicut prius apparebat, vel continebatur ſub ſpecibus panis, & vini, ſic in huiusmodi apparitionibus apparere, & contineri dignatur, ſub ſpecie carnis humanæ & ſanguinis, vel pueruli, & ſimilium, vide D. Thom. 3. p. q. 79. ar. 8. & in 4. ſent. d. 10. q. 1, art. 4. D. Anto. 3. p. tit. 13. c. 6. §. 8.

2 Et hic pro clariori intelligentia notandum, quod illa caro pueri, quæ apparet, eſt accidentalis, ideſt, in viſione ſic apparens, & ſub ea continetur vera caro Chriſti, ſicut ſub ſanguine apparenti, verus ſanguis continetur, nam huiusmodi, ſi conſeruarentur, vtique corrumperentur ſucceſſu temporis, vt aliæ ſpecies ſacramentales, non ſunt itaque caro, quæ appareret, vera caro Chriſti, nec ſanguis verè ſanguis, ſed ſpecies ſacramentales, ſubter quib⁹ vera caro, & verus ſanguis continetur, & miraculoſè per illas repræſentatur, & hoc ſaluo meliori iudicio.

QVAESITVM XXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Hoſtia confecta ex auena, hordeo, ſpelta, farro, non eſt debita materia huius ſacramenti.*

2 *Poſſet tamen eſſe materia Hoſtiæ confectæ ex parte delicatiſſima farri, quæ vulgo dicitur ſcandia, vel ex ſiligine.*

An poſsit conſecrari Hoſtia ex hordeo, vel auena ſaltem in caſu neceſsitati, vel ex ſpelta, vel ex farro, uel ex ſiligine?

1 DIC. Quod ex auena, quia non eſt ſpecies tritici non poteſt conſecrari, ſic nec hoſtia ex hordeo. D. Thom. 3. p. q. 74. art. 3. Victoria Euchariſtia. num. 4.

Hoſtia ex ſpelta, dicunt quidam, quod poteſt conſecrari, quia aſſerunt eſſe ſpeciem tricici, & ita tenent. Palud. in 4. d. 11. q. 1. Alb. mag. d. 11. art. 7. Sot. in 4. d. 11. q. 1. art. 3. Caet. in 3. part. q. 74. art. 3. Vict. verb. Euchariſtia num. 4.

Sed D. Thom. negat poſſe conſecrari in ſpelta, quia non eſt de-

Digitized by Google

eſt debita materia huius ſacramenti, & cum eo ſentiunt Alex. Scot. & alij, quam multi. vide D. Thom. 3. p. qu. 74. art. 3. & in 4. d. 11. q. 2. art. 2.

De farro dic, duplicem eſſe ſpeciem farri, alteram duriſſimam, & de hac negauit D. Thom poſſe confici panem, vel hoſtiam conſecrandam, alteram verò, quæ eſt delicatiſſima, & dicitur ſcandia, & ex hac ſpecie poteſt confici hoſtia conſecranda, & cum hac diſtinctione ſunt intelligendi DD. dicentes poſſe confici, & non confici hoſtiam ex farro. Sot. ex 4. ſent. diſt. 9. q. 1. art. 3. De ſiligine dic, q poteſt confici, quia eſt ſpecies tritici, & naſcitur ex frumento ſeminato in malis terris. D. Tho. 3. p. q. 74. ar. 3. ad 2. Sot. in 4. ſent. d. 9. q. 1. ar. 3. Sylu. & alij Summ. licet alij idnegẽt, ſed ſententia D. mei Angelici eſt probabilior.

QVAESITVM XXXXVI.

SVMMARIVM

1 *Hoſtia confecta ex farina tritici, milij, & aliorum ſeminum, ſi miſtio ſuperet ſubſtantiam frumenti, vel ſit æqualis, non poteſt illa hoſtia eſſe apta materia huius ſacramenti.*

2 *Idem dic, ſi admiſcerentur ſemina magni vaporis, vt ſinapis vel amara, etiamſi non ſuperarent triticum.*

An poſsit conſecrari hoſtia confecta ex farina tritici, & aliorum ſeminum diuerſorum, vt hordei, milij, & ſimilium?

1 DIC. Quod ſi miſtio non eſt in tanta quantitate, vt ſuperetur ſubſtantia frumenti poteſt confici in tali hoſtia, ſed ſi ſuperatur, tunc non poteſt confici, quia ſpecies tritici ex ſuperabundantia alterius ſeminis eſt ſuperata, & ſic non poteſt eſſe conueniens materia Euchariſtiæ. D. Thom. 3. p. q. 78. art. 3. ad tertium, & communiter omnes Theologi, & Summ. Idem eſt dicendum, ſi commiſtio eſſet æqualis.

2 Immo ſi miſcerentur pauca ſemina magni vaporis, vt ſunt ſinapes

Digitized by Google

sinapes, vel semina amara etiam quod non superarent triticum adhuc non esset conueniens materia, quia fortis qualitas dictorum seminum, alteraret substantiam tritici, vt non plus sapor panis tritici sentiretur. Sed sapor, & qualitas aliorum seminum, & quod dictum est de mistione diuersorum seminum cum tritico, dic de mistione farinæ diuersorum seminum ad farinam tritici pro materia sanctissimæ Eucharistiæ.

Sed si semina, quæ miscentur essent ex siligine, vel farro, ex quibus potest confici apta materia, tunc si sint in pari quantitate cum frumento, vel in maiori potest confici, qui ex ipsis met solis posset confici, quæ vnita non variant, cum non sint diuersa, nisi accidentaliter.

QVAESITVM XXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Hostia ex amydo confecta non est materia apta huius sacramenti secundum S. Thomam. cuius sententia securior est, licet alijs aliter senserint.*

An possit consecrari Hostia ex amydo?

1 DIC. Quo ad hoc quæsitum, sunt diuersæ opiniones. Scot. 4. sent. d. 11. q. 6. negat, & cum eo negant Summ. Ang. verb. Eucharistia 1. §. 5. Sylu. §. 2. Tabien. §. 11. & Vict. num. 54.

Paludanus affirmat posse confici. in 4. d. 11. q. 1. art. 4. Doctor Ang. videtur sentire, quod non potest, & ratio, quam affert, est, quia triticum per attritionem, & excolationem videtur amisisse speciem farinæ, & esse maximè dispositum ad corruptionem 3. p. q. 74. art. 3. ad quartum.

Caetanus affirmat posse consecrari, maximè in necessitate in 3. p. q. 84. art. 3. Sot. videtur dubius vtram sententiam sequatur sed tandem affirmat non posse consecrari in amydo, etiam si coqueretur, & redderetur durum, quia est ex lacte tritici corrupti

Digitized by Google

rupti his ſententijs reiectis teneat Parochus ſententiam D. Th. tanquam communiorem, & ſecuriorem.

QVAESITVM XXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Non poteſt conſici hoc ſacramentum, neque in paſta cruda, nec in lagano elixato, vel fricto, neque in pane indorum, qui dicitur maicium, ſeu mayz, nec in pane corrupto, nec in pane ex tritico corrupto, ſi corruptio tanta ſit, vt materia panis ſit mutata.*

2 *In dubio, an materia ſit corrupta, non poteſt fieri conſecratio.*

An poſſit conſici hoc ſacramentum in paſta cruda, uel in lagano elixato, qui tamen ſint ex vero, & bono tritico, vel in paſta, qui frigitur cum oleo, vel in pane ſubcinericio?

1 DIC. Quod in paſta cruda non poteſt conſici ſacramentum, ſicut nec in lagano elixato, vel fricto, quia non ſunt panis, ſed paſta elixata, vel fricta, ſicut etiam non potect conſici in hoſtia, vel pane bene cocto, ſi poſtea elixetur, quia panis elixatus non eſt panis, prout requiritur pro materia huius ſacramenti, ſic etiam non poteſt conſecrari in pane indorum, qui dicitur Maicium, ſeu mayz. Sot. 4. ſent. d. 9. q. 1. art. 3. Vict. de Euchariſtia num. 55.

Sic etiam non poteſt conſecrari in pane ita corrupto, vt panis ſpeciem amiſerit, nec eſſet aptus ad vſum humanum, nec in pane ex frumento corrupto, ſi corruptio mutaſſet ſpeciem frumẽti, ſed ſi corruptio non eſſet tanta poſſet conſecrari in hoſtia, ſeu pane ex eo confecto, ſed non liceret ob reuerentiam tanti ſacramenti.

2 Sed in dubio, an eſſet tanta ipſa corruptio, vt poſſit fieri, vel non fieri conſecratio, tunc dicendum eſt non poſſe fieri, ſicut etiam in dubio materiæ vini dicendum eſt, quando corrumpi,

vel

Digitized by Google

vel aceſcere incepiſset. In vino enim corrupto, vel omnino acido, non poteſt conſecrari, ſed in principio corruptionis poſſet, ſed non liceret, cum verò miſceretur cum vino alius liquor inſuper abundanti quantitate, non poteſt in eo conſecrari, D. Th. 3. p. q. 74, art. 3. ad quartum. Et omnes communiter. Sed de his diffuſius Parochus habebit inferius.

QVAESITVM XXXIX.

SVMMARIVM.

2 *Hoſtia confecta cũ aqua roſacea non eſt debita materia huius ſacramenti ſecundum ſanctum, Thomam, cuius ſententia probabilior eſt ſententia aliorum, qui contrarium tenent.*

2 *Si miſceatur aqua roſacea cum aqua naturali dummodo non ſit in maiori quantitate, & aquæ natura non alteretur eſſentialiter, poſſet eſſe materia huius ſacramenti.*

An poſſit conſecrari in pane, vel hoſtia coagulata, ſeu confecta cum aqua roſacea, vel vino, vel alio liquore, & non cum aqua naturali?

1 DIC. Quod ſunt diuerſæ opiniones. Caet. tenet, quod ſic in 3. p. q. 74. art. 7. idem tenet Duran. ralatus per D. Anton. 3. p. tit. 13. cap. 6. Aſten. relatus per Sylu. verb. Euchariſtia 1. num. 3.

D. Thom. in 3. p. q. 74. art. 7. ad tertium. & cum eo Scot. & omnes alij Theol. & Summ. id negant, & ratio D. Thom. eſt quia aqua naturalis eſt de ſubſtantia, vt concurrat in cofectione panis naturalis deſtinati ad vſus hominum, & hæc eſt melior & probabilior opinio.

2 Sed ſi miſceretur cum aqua naturali in minori quantitate, tunc eſſet verus panis, & apta materia ad conſecrandum, ſic etiam ſi apponeretur in pari quantitate dummodo non eſſet fortis ſaporis, qui ſapor alteraret naturam aquæ naturalis.

QVAE-

Digitized by Google

QVAESITVM L

SVMMARIVM.

1 *In Ecclesia Catholica duplex est ritus consecrandi, nam Græci in fermentato, Latini in azimo consecrant, & vterque bene consecrant, licet Latini melius faciant.*

2 *Presbyter latinus consecrans in fermentato, & Presbyter Græcus in azimo peccat mortaliter.*

An possit consecrari in fermentato, sicut in azimo præsuppositio, quod panis, & Hostia sint ex triticea farina cum aqua naturali, & in forma ferrea (vt moris est) ignita cocta?

1 DIC. Quod in Ecclesia Catholica duplex est ritus consecrandi, nam Græci consecrant in fermentato, & bene faciunt, latini vero in azimo, & melius faciunt, sed vterque
2 consecrat. Itaque peccat mortaliter Presbyter latinus, si consecrat in fermentato, sic, & è conuerso, si Græcus in azimo cõsecraret, & cum Græcis transeunt omnes Prouinciæ finitimæ tenentes hunc illorum ritum, sicut cum latinis transeunt omnes Proujnciæ tenentes ritum latinum, etiam si Italicæ non sint. vide D Thom. in 3 p. q. 74. art. 4. quod sentiunt communiter omnes.

QVAESITVM LI.

SVMMARIVM

1 *Sacerdos, siue latinus, siue græcus potest consecrare illam quãtitatem, & numerum hostiarum, quem voluerit, dummodo materia sit præsens.*

2 *Vnde posset consecrare aceruum hostiarum, siue dolium vini, sed peccaret mortaliter, si id sine ratione faceret.*

An presbyter, siue latinus, siue græcus possit consecrare

Digitized by Google

secrare quot hostias voluerit, vel quamlibet panis quantitatem, & verè conſecraret?

1 DIC. quod poteſt conſecrare quantitatem, quam voluerit, dummodo ſit præſens, & præſentia in hoc propoſito dicitur ſecundum quod communi vſu aliquod dicitur præſens, itaque poterit conſecrare aceruum hoſtiarum, & aceruum panis, ſi eſſet ei præſens, ſed peccaret mortaliter, ſi id ſine ratione faceret, & indiſcretè, ſic etiam poſſet conſecrare totum dolium vini, ſi eſſet ei præſens, & ab ipſo ſciretur, etiam ſi fuerint huiusmodi cooperta tobalea, vel panno. D. Thom. 3.p.q. 74. art. 2. & ferè oēs. Idē D. Tho. in 4.d.11.q.2.art.2. ad 1. Alexander de Aleſ. in 4. tract. de Euch. & alij tenent, q̄ nō poteſt conſecrari, niſi illa quantitas, quę poteſt ſumi à fidelib⁹. Sed ſententia D. Thom. eſt melior, & rationabilior, & tenenda.

QVAESITVM LII.

SVMMARIVM.

1 *Si Sacerdos intendat conſecrare vinum, quod poſuit in Calice, quodcunque ſit illud, verè conſecraret.*

2 *Si autem intendebat conſecrare verbi gratia vinum græcum, & non aliud vinum, ſi poſtea inueniat in Calice aliud vinum, & non græcum, non eſt conſecratio.*

3 *Cæcus ſi celebret, verè conſecrat, licet ſine Apoſtolica diſpenſatione celebrare non poſſit.*

An ſi quis apponeret in calice vinum, quod intendebat conſecrare, vti optimum, & poſtea per errorē aliud appoſuiſſet, & conſecraſſet teneret conſecratio?

1 DIC. Quod ſi eius intentio fuit ad vinum, quod poſuit in Calice, ſiue aliud teneret conſecratio. Sot. in 4. ſent. d. 9. q. 1. art. 2. Sed ſi intentio fuiſſet conſecrandi præcisè illud vinum, quod ipſe ex ſua domo Parochus exportauerat, puta,

Digitized by Google

puta, græcum, vel aliud, tunc dicerem, quod non facta fuiſſet, conſecratio, quia intentio celebrantis fuit conditionata in illud vinum, quæ intentio numquam debet eſſe conditionata, vt puta directa ad hanc præciſè materiam, ſed debet eſſe abſoluta, conſecrandi materiam, aptam tñ quæ eſt ei præſens, & coram.

Et notandum, q; ſi celebrans eſſet cæcus, nec poſſet videre Hoſtiam, ſeu vinũ, adhuc dicerentur ei præſentia reſpectu aliorum ſenſuum, nempe tactu vel odoratu, ſi non viſu, vel etiam ex relatione miniſtrorũ. Sot. lo. ci. Sed ſciatur cæco non licere ex Canonum diſpoſitione celebrare ſine Apoſtolica diſpenſatione, & ſi legitur tẽpore Concilij Trid. ibi celebraſſe cæcum Epiſcopũ, id ex Apoſtolica permiſſione fuiſſe credendum eſt.

QVAESITVM LIII.

SVMMARIVM

1 *Non poteſt conſecrari acetum, quia non eſt apta materia, &c.*
2 *Vinum, qui cæperit parum aceſcere poteſt conſecrari, ſed conſecrans peccat mortaliter.*
3 *Vinum conſecratum ſi fiat acetũ, deſinit ibi eſſe ſanguis Chriſti.*
4 *In vua non poteſt fieri conſecratio.*
5 *In caſu neceſſitatis poteſt fieri conſecratio in muſto, ſed indecens eſt.*

An poſſit conſecrari acetum, vel vua in caſu neceſſitatis?

1 DIC. De aceto, quod non poteſt in eo fieri conſecratiõ, quia non eſt vinum, & per conſequens apta materia, ſed dicitur vinum corruptum, quod vtique vim naturalẽ amiſit.

2 Sed ſi incepiſſet parum aceſcere, tunc poſſet eſſe materia, ſed peccaret mortaliter cõſecrans in ea ſine neceſſitate. D. Th. 3. p. q. 74. art. 5. ad ſecundum.

3 Imò ſi vinum bonum fuiſſet conſecratum, & effectus ſanguis Chriſti, ſi poſtea efficerẽtur acetum illæ ſpecies, vtique deſineret eſſe ibi ſanguis Chriſti, quia ſunt corruptæ ſpecies vini, ſecus

Digitized by Google

secus esset, si species illæ essent in via ad accescendum. D. Tho. in 4. d. 11. q. 2. ad secundum.

4 De vua dic, quod non potest in ea fieri consecratio, quia licet contineat sub se vinum, non tamen sub forma potabili, sed comestibili, licet etiam vua contineat vltra vinum, & aliud nempe ea, quæ sunt in vua vltra liquorem.

5 Sed in articulo necessitatis posset exprimi ex vua mustum, & consecrare, licet id indecens esset ob reuerentiam tanti sacramenti D. Thom. 3. p. q. 34. ad secundum. cui omnes Summ. caput inclinant. Papa Iulius primus consuluit posse exprimi ex botro mustum in Calice, & consecrari. Ang. Dial. 4. n. 140. Sed id indecens esset, vt dictū est, & ideo quærendum optimum vinum, siue album, siue rubeum, sed rubeum quantum ad significationem est decentius, sed de hoc standum est loci consuetudini: hinc vinum vernoticum, græcum, moscatellum, maluasia, guarnacia sunt materia, quia sunt veriſſima vina Tab. de Euch. 1. num. 19. & Viguer de Euch. 2. num. 1.

QVAESITVM LIIII.

SVMMARIVM.

1 *Vinum missum cum alijs liquoribus, si mistio non est tanta, quod substantia vini sit mutata, vel alterata potest esse apta materia consecrationis, sed esset peccatum id facere. Si autem sit mutata, vel alterata substantia vini, non potest fieri consecratio.*

2 *Idem dic de vino, quod dicitur acquata.*

3 *Vinum mistum ex alijs vinis, est materia apta consecrationis.*

An vinum mistum cum alijs liquoribus, puta aqua melle, vel alijs, possit esse materia consecrationis sanguinis Christi?

1 DIC. Quod si hæc mistio non est tanta, vt substantia vini remaneat mutata, vel alterata, potest fieri consecratio in

Digitized by Google

tio in tali vino ſic comiſto, ſed eſſet peccatum id facere ob periculum incertitudinis. Sot.4.d.9.q.1.art.5. D. Thom. 3. p. q. 77. art. 8.

Sed ſi ob comixtionem diuerſorum liquorum aduerteretur naturam vini, & ſubſtantiam eſſe alteratam, non poſſet fieri conſecratio in tali vino.

2 De vino adaquato, vulgo l'acquata, quæ fit poſt expreſſum muſtum ex vuis, dic, vt ſupra, q̃ ſi ſubſtantia aquæ eſt in maiori quantitate, vt in ſe conuertat ſubſtantiam vini, non poteſt eſſe materia ſanguinis Domini noſtri, ſed ſi parum eſſet aquæ, ita vt in vinum conuerteretur, tunc poteſt fieri conſecratio in tali vino, ſed abſtinendum eſt, ſic conſecrare, niſi in caſu neceſſitatis. D. Thom.4.ſent.d.11.q.2.art.4. ad ſecundum.

3 Et hic nota, quod poteſt eſſe materia ſanguinis vinum album miſtum cum rubeo, vel diuerſa vina inter ſe miſta, quia ſunt eiusdem ſpeciei, & per comixtionem diuerſorum vinorum nõ mutatur ſpecies vini. D. Thom. 3. p. q. 77. art. 8.

QVAESITVM LXV.

SVMMARIVM.

1 *Vinum congelatum non poteſt eſſe materia apta conſecrationis ſed ſi non eſſet perfectè congelatum, ſed appareret ſpecies vini, poſſet conſecrari.*

2 *Si vinum congelatum calore liqueſiat, & non eſt mutatus, nec odor, nec ſapor vini, poteſt eſſe materia conſecrationis.*

3 *Idem iudicium erit ad cognoſcendum, ſi ſpecies congelata contineant ſanguinem Chriſti, &c.*

An poſſit fieri conſecratio in uino congelato?

1 DIC. Quod ſi congelatio non eſſet completa, ſed appareret adhuc ſpecies vini, poſſet fieri conſecratio in tali vino, ſecus, ſi eſſet ita congelatum, vt effectum eſſet durum, vt glacies, quia tunc deſineret eſſe vinum, & tranſijſſet in aliam ſpeciem, & conſequenter non poſſet conſecrari pro materia

Digitized by Google

2 sanguinis, sed remedium esset calore liquefieri, & tunc si appareret vinum, & non esset mutatum in aliam speciem propter frigiditatem, posset in eo fieri consecratio, non autem posset fieri, si aduerteretur esse mutatus sapor vini, vel odor, nam ex sapore, vel odore potest cognosci, si substantia vini sit ob frigiditatem mutata.

3 Idem iudicium erit ad cognoscendum, si in speciebus consecratis, cum congelatæ essent, absit nec ne sanguis Domini, vt si calore liquefactæ adsit odor, & sapor vini, adesse sanguinem clarum erit; sed si illæ species non conseruarent calorem, & saporem vini, esset signum non adesse ibi sanguinem Domini, sed illas species transijsse in aliam speciem ob frigiditatem, vt fit ex glacie in cristallum, & propter desinentiam specierum desineret ibi adesse sanguis; sed adhuc illæ species cum veneratione essent sumendæ. Sot. 4. sent. d. 9. q. 1. art. 5.

QVAESITVM LVII.

SVMMARIVM

1 *Nullo modo potest fieri consecratio in alio liquore, nisi in vino quacunque ex causa.*

2 *Consecrans tantum in vna specie esset verè sacramentum, sed non perfectum sacrificium, & peccaret mortaliter.*

An in locis vbi non reperitur vinum possit loco vini consecrari in altero liquore, vt in vino malagranatorum, vel in succo aliorum malorum, uel saltem in aqua, quæ debet apponi in consecratione uini?

1 DIC. Quod nullo modo potest esse materia sanguinis alius liquor quilibet, quam vinum vitis, & si de facto fieret consecratio in alio liquore, quam in vino vitis, non esset sacramentum. c. non oportet. c. in sacramentorum. c. in sacramento, de consec. d. 2. D. Thom. 3. p. qu. 74. art. 5. Sot. 4. sent. d. 9. q. 1. art. 1. & est de fide. Hic

Digitized by Google

2 Hic ſciatur, quod ſi quis ob carentiam vini, aut alia quauis cauſa conſecraret tantum Hoſtiam, & non vinum, eſſet ſacramentum, ſed non perfectum ſacrificium, & conſecrans mortaliter peccaret, & grauiter eſſet puniendus; nam licet ſub altera tantum ſpecie conſecrata, contineatur totus Chriſtus, tamen ſi conſecraretur tantum vna ſpecies, non ſeruaretur ſignicatio integræ refectionis ſpiritualis, nec eſset perfectum ſacrificium, nã Dominus conſecrauit panem, & vinum, & in cruce ſanguis ſeparatus fuit à corpore, ideoque facienda eſt conſecratio ſeparatim in materia panis, & vini.

Sed an poſſit diſpenſari, vt conſecratio fiat tantum in altera ſpecie, puta in pane ſolum, vel vino ſolum remitto Parochum ad ſacros DD. & non eſt præſentis ſpeculationis quæſitum huiusmodi.

QVAESITVM LVIII.

SVMMARIVM.

1 *Si apponatur tantum de vino, quantum de aqua in Calice, dũmodo vini ſpecies non tollatur, perficitur ſacramentum, hoc autem ex qualitate vini dignoſcetur.*

2 *Aqua modiciſsima miſcenda eſt vino, non neceſsitate ſacramenti, ſed neceſsitate præcepti, & ex myſterio.*

3 *Si apponeretur aqua roſacea, vel ex alio liquore, ſacramentũ conficeretur, ſed faciens peccaret mortaliter.*

An conficeretur conſecratio, ſi apponeretur tantũ de uino, quantum de aqua?

1 DIC. Quod ſi vinum eſset debile, ita, vt ſolueretur ſpecies vini, non perficeretur ſacramentum, ſed ſi aqua, licet eſset æqualis vino quantitate molis, quia vinum eſt magis actiuum, ipſa aqua, & non tolleretur ſpecies vini, imo conuerteret ad ſe aquam, tunc perficeretur ſacramentum, ſed ſi mixtio eſset æqualis virtutis ſecundum proportionem, tunc generaretur tertia ſpecies liquoris, quæ non eſset nec vinum, nec aqua,

Digitized by Google

& non poſset in ea perfici ſacramentum, ſed ſi antequam fieret hæc tertiæ ſpeciei, quæ aliquo interuallo fit, fieret ſtatim conſecratio, & poſset perfici ſacramentū in tali vino. Sot. 4. ſent. d. 9. q. 1. art. 9. Ang. Euch. 1. num. 14.

2 Et hic ſciat Parochus in ſacrificio miſcendam eſse modiciſſimam aquam vino, non neceſſitate ſacramenti, ſed ex myſterio, & neceſſitate præcepti, & hoc etiam ſi in dolio appoſita fuiſset aqua prius, & ſi quis ex ignorantia craſsa non apponeret aquam vel ex ſtudio peccaret mortaliter, ſed ſacramentum conſtaret, ſi vero per obliuionem naturalem non apponeretur aqua, nullum eſset peccatum, quę aqua debet apponi in parua quantitate, vt in vinum conuertatur, quia hoc tutius eſt, & præcipuè ſi vinum ſit debile. D. Thom. 3. p. qu. 75. art. 8. in reſponſ. ad tertium. Idem. 4. ſent. d. 11. qu. 2. art. 4. Itaque eſt apponēda aqua, etiam ſi in dolio prius appoſita fuiſset, quia non caret myſterio, ſed in parua quantitate, vt ſit vna gutta, vel duæ, quando vinum eſt debile, & tenue. vide Sot. de myſterio appoſitionis aquæ. in 4. ſent. d. 9. q. 1. art. 6. Concil. Florent. ad Euge. 4. in inſtit. Armen. dicit ita Dominum conſtituiſse hoc ſacramentum in vino admixto aqua, comprobatur ibi tribus rationibus. vide.

3 Et ſi hæc appoſitio aquæ in parua quantitate fieret de aqua roſacea, vel alio liquore, dic, q̄ perficeretur ſacramentum, quia aqua non eſt de ſubſtantia ſacramenti; ſed faciens id, peccaret mortaliter, nam eſt apponenda aqua naturalis. D. Thom. 3. p. q. 74. art. 7. ad tertium.

Nota hic, quod in Concilio Triburien. quod fuit prouinciale 22. Epiſcop. ſub Arnoldo Imperatore fuit concluſum, quod in Calice apponeretur tertia pars aquæ, quod annullatur per Concil. Florent. ſub Eugenio IIII. vbi habetur, quod debet eſse aqua modiciſſima, & verum eſt, quia ita Dominus inſtituit, & vſus eſt.

QVAE-

Digitized by Google

QVAESITVM LIX.

SVMMARIVM.

1 *Sacramentum tam diu remanet, quouſque ſpecies remanent eædem numero.*

2 *Si tantum de vino nõ conſecrato apponeretur ſpeciei vini iam conſecrati, vt penetraret ad totam ſpeciem vini conſecrati deſineret eſſe ibi ſanguis Chriſti.*

3 *Si permixtio eſſet parua, & tantum partem ſpeciei vini iam conſecrati penetraſſet, ſub illa tantum parte deſineret eſſe ibi corpus Chriſti.*

4 *Si autem permixtio eſſet adeo parua, vt nequeat diſcerni, ſi penetraſſet, tunc illæ ſpecies eſſent ſumendæ, vt conſecratæ.*

5 *Quomodo fiat alteratio ſpecierum conſecratarum, vt deſinat in illis eſſe ſanguis Chriſti per comixtionem alterius liquoris explicatur.*

An conſtaret Sacramentum, ſi vino conſecrato apponeretur vinum non conſecratum, vel alius liquor?

1 DIC. Quod ſacramentum remaneret ibi, quouſque ſpe-
2 cies ſacramentales manerent eædem numero. Sed ſi permixtio, ſiue vini non conſecrati, ſiue alterius liquoris adderetur vino conſecrato, & penetraret ad totam ſpeciem ipſius vini conſecrati, tunc ſpecies vini conſecrati eſſent aliæ numero, & ſic per deſinentiam ſpecierum deſineret eſſe ibi ſanguis Chriſti.

3 Verum ſi permixtio eſſet parua, & tantum aliquam partem ſpeciei vini conſecrati penetraſſet, & per conſequens eam alteraſſet, ſub illa tantum parte ſpecies vini cõſecrati deſineret eſſe ſanguis Chriſti, ſed permanebit ſub alia parte conſecrata, quæ non eſſet alterata per alterius comixtionem.

Digitized by Google

4 Imo si permixtio esset adeo parui liquoris non consecrati, vt nequiret discerni, si penetrasset, & alteraret aliquam partem speciei consecratæ, tunc illæ species essent sumen læ, vt consecratæ, D. Thom. 3 p.q.77.art.8. Sylu. versi. Euch. 1. num. 5.

5 Sed aduertendum circa huiusmodi quæsitum quod graue appellat D. Thom lo. ci. non statim per comistionem alterius vini non consecrati, vel liquoris fieri alterationem specierum consecratarum, ita, vt desinat ibi esse sanguis Christi, & quod in quantitate superabundanti fiat permixtio, sed successu temporis, quæ altaratio post aliquod tempus paruum tamen fit, & per comixtionem corrumpuntur species sacramentales, per rarefactionem, & disgregationem in ingressu per partē, post partem specierum non consecratarum in species consecratas. Et si commixtio esset in pari quantitate vini non consecrati, seu alterius liquoris cum vino consecrato, tunc fieret quodam tertiū corruptis vtrisque speciebus prioribus, & desineret ibi esse sanguis Christi, quia vinum iam corruptum est. D. Thom. 3.p.q. 77.art.8. Vict. de Euch. num. 37.

De forma sacramenti Eucharistiæ, scilicet panis

QVAESITVM LX.

SVMMARIVM.

1 *Forma sacramenti Eucharistiæ hæc est; HOC EST ENIM CORPVS MEVM.*

2 *Particula [enim] tàm in consecratione corporis, quàm sanguinis, non est de essentia formę, sed de præcepto.*

3 *Illam omittēns ex inaduertentia, peccat venialiter, & ex proposito peccat mortaliter.*

4 *Forma consecrationis sunt verba: forma sacramenti sunt species.*

An forma consecrationis panis consistat solūmodo in illis verbis; HOC EST ENIM CORPVS MEVM?

DIC.

Digitized by Google

1 DIC. Quod hæc eſt vera forma conſecrationis panis, &
2 eſt de fide, ſecundum omnes Catholicos DD. Sed illa particicula [enim] non eſt de eſſentia formæ, ſed de præcepto Eccleſiæ, ſicut eſt in forma conſecrationis ſanguinis, vt inferius habebitur, ſed interponitur, vt arctius verba conſecrationis cohæreant, & ordinentur ad præcedentia, & hic eſt antiquus mos in Eccleſia. D. Thom. Io. ci. ad ſecundum. Sot. in 4. ſent. d. 11. q. 1. art. 2. Sylu. Euchar. 1. num. 6. & alij, tàm
3 Theologi, quàm Summ. Itaque ſi quis dimitteret illam malitio ſe, vel ex nimia negligentia, conſecraret quidem, ſed peccaret mortaliter, quia ab uſu, & conſuetudine matris Eccleſiæ diſcederet. Ricc. 4. ſent. d. 8. art. 3. q. 1. Sylu. Io. ci. num. 8. & alij.
4 Sed ſi inaduertenter omitteret non peccaret plus quàm veniaſiter. Et ſciendum, quod ſecundum Magiſtrum 8. d. 4. forma ſumitur duobus modis, vno modo, vt eſt forma conſecrationis, & ſunt verba antedicta, HOC EST ENIM, &c. Et alio modo, vt eſt forma ſacramenti, & hæc ſunt ſpecies panis, & vini conſecrati.

QVAESITVM LXI.

SVMMARIVM.

1 *Additio, vel diminutio in verbis conſecrationis, ſi mutat formam non fit conſecratio, ſi non mutat fit conſecratio, ſed peccatur mortaliter.*

2 *Adoratio non debet fieri, tàm Hoſtiæ, quam Calicis, niſi finitis verbis conſecrationis.*

An ſi Sacerdos proferat verba conſecrationis, ſiue panis, ſiue vini diminutè, vel addendo, vel corrumpendo verba ipſa, eſſet conſecratio?

1 DIC. Quod ſi additio ſeu corruptio, ſeu diminutio mutaret formam non fieret conſecratio, ſed peccaret, verbi gratia, ſi quis diceret in conſecratione [Hoc eſt meum.] &

Digitized by Google

dimitteret illam particulam [CORPVS] non fieret consecratio, quia mutatur sensus: sic etiam, si quis diceret [HOC EST & non diceret [MEVM] non esset consecratio, quia mutatur sensus. Itaque sit regula, quoties sensus mutatur consecrationem non fieri, & sic consecrare audens peccaret mortaliter,
2 & non est facienda adoratio tàm Hostiæ, quam Calicis nisi finitis verbis consecrationis.

De forma Consecrationis Sanguinis.

QVAESITVM LXII.

SVMMARIVM.

1 *Forma consecrationis sanguinis sunt illa verba: HIC EST ENIM CALIX SANGVINIS MEI, NOVI, ET AETERNI TESTAMENTI, &c.*

2 *Quomodo omnia ista verba sint de essentia sacramenti explicatur.*

An omnia verba, quibus Sacerdos celabrans utitur in consecratione Sanguinis sint de essentia ipsius formæ?

1 DIC. Quod forma consecrationis Sanguinis his verbis cõpræhenditur: HIC EST ENIM CALIX SANGVINIS MEI NOVI, ET AETERNI TESTAMENTI, QVI PRO VOBIS, ET PRO MVLTIS EFFVNDETVR IN REMISSIONEM PECCATORVM. Cathech. Rom. de Sacram. Euch. &
2 omnia (excepta particula [enim] quæ coniunctiua est) sunt de essentia formæ, sed prima verba, scilicet, HIC EST CALIX SANGVINIS MEI, significant ipsam conuersionem vini in sanguinem, verba vero sequentia significant virtutem sanguinis effusi quæ operatur in hoc Sacramento. D. Thom. Io. ci.

Aliqui DD. dixerunt de essentia formæ consecrationis sanguinis esse tantummodo illa verba: HIC EST CALIX SANGVINIS MEI; cætera esse ad ornatum sermonis, & ad perfectionem

Digitized by Google

ctionem ſacramenti, & huius opinionis fuerunt Duran. in 4. ſentent. d.8. q.2.art.2. Caet. in tertiam p. q.7.8. art.1. Alex. de Aleſ. & S. Bonauen. in 4. & alij.

Alij dixerunt illa priora verba, ſcilicet, HIC ÈST CALIX SANGVINIS MEI, eſſe de eſſentia formæ, reliqua vero eſſe neceſſaria, & de ſubſtantia ipſius formæ. Sed quia huiusmodi quæſtiones altioris negotij pro Parochi inſtitutione, miſſas illas faciamus concludendo verba conſecrationis ſanguinis eſſe illa, quibus Sacerdos vtitur in conſecratione ipſius. Sed de particula [enim] dicenduni eſt vt ſupra.

QVAESITVM LXIII.

SVMMARIVM.

1 *Addens ad verba conſecrationis verba pia, nec intendens nouum inducere errorem, verba prædicta, & dummodo non mutant ſignificationem formæ, talis vere conſecraret, licet eſſet dignus reprehenſione.*

2 *Latinus debet proferre verba lingua latina, Græcus græca, Hæbreus hæbraica, aliàs peccarent mortaliter, licet verè conſecrarent.*

An ſi quis adderet aliqua verba, etiam pia, tàm in conſecratione corporis, quam ſanguinis fieret cõſecratio; vt ſi diceret HOC EST CORPVS MEVM SANCTVM, VEL NATVM EX VIRGINE. & ſimiliter in conſecratione ſanguinis; HIC EST CALIX SANCTVS SANGVINIS MEI PRECIOSI, & ſimilia, quæ verba non mutant ſignificationem formæ?

1 DIC. Quod ſi hic non intendit inducere errorẽ circa formam, ſed tantum deuotione, & ſimplicitate mouetur, verè

Digitized by Google

verè consecrat, sed id non est faciendum, & sic consecrans est reprehensione dignus. Sylu. verb Euch. 1. num. 7. & ideo prædictæ formæ nullo modo debent mutari.

2 Et hic aduertendum, quod Sacerdos latinus debet proferre formam latina lingua, sicut Græcus græca, & Hæbraicus hæbraica: Sed si alia lingua proferret, consecrarct quidem, sed peccaret mortaliter. Vict. verb. Euch. num. 74. aliqui dicũt, quod in Ecclesia quadam Dalmatiæ est permissum eorum lingua celebrare, & consecrare.

QVAESITVM LXIIII.

SVMMARIVM

1 *Consecrans prius vinum, postea panem verè consecraret, sed peccaret mortaliter.*
2 *Consecrans panem sine vino, vel vinum sine pane, vere consecraret, sed peccaret mortaliter.*
3 *Corpus, & sanguis diuisim debent consecrari, & quare.*

An celebrans verè consecraret, si prius vinum, & deinde panem consecraret?

1 DIC. Quod vera esset consecratio, sed postposito ordine, & Sacerdos, vt sacrilegus grauiter veniret puniendus Sot. 4. sent. d. 11. q. 1. art. 6.

2 His adde, quod consecrans vinum sine pane, vel è contra panem sine vino, verè consecraret, sed sic faciens peccaret mortaliter, & est communis opinio, imo est excommunicatus, vt per Conc. Tolet. p. 7. q. 1. D. Ant. 3. p. tit. 13. c. 6. §.

3 Et licet in corpore, sit Sanguis CHRISTI, & in sanguine, sit etiam corpus naturali concomitantia, vt dictum est supra, quia sanguis viuus non est sine corpore, tamen diuisim debet consecrari corpus, & sanguis ad repræsentandum mysterium Passionis Christi, in qua sanguis à corpore diuisus fuit, & vbi

Digitized by Google

Vbi copia panis vel vini non adeſſet, potius eſt abſtinendum à celebratione. Sot. in 4. d. 11.q.1 art. 6.

QVAESITVM LXV.

SVMMARIVM

1 *Sacerdos in integra Hoſtia intendens conſecrare tantum partem à ſe designatam mente vel signo, verè illam partem conſecraret, licet eſſet grauiter puniendus.*

2 *Si autem intendens conſecrare partem hoſtiæ, illam tamen non designat, nulla eſſet conſecratio.*

An Sacerdos poſſit conſecrare in integra Hoſtia aliquam partem tantum ab eo mente, vel aliquo ſigno deſignatam?

1 DIC. Quod ſic, quia verba formæ operantur circa determinatam materiam, quæ intenditur à proferente, & eſt communis opinio.

Sed id non eſt faciendum, & conſecrans grauiter eſſet pu-
2 niendus. Quando verò conſecrans proferendo verba haberet intentionem tantum partem hoſtiæ conſecrare, ſed nullam partem deſignaret, tunc nulla eſſet conſecratio, quia operationes non fiunt in ſingularia indeterminata, & vaga. Caet. in verbo Euch. Sot. 4 ſent. d. 13. q. 3. art. 2. & ſic faciens peccaret mortaliter, & eſt communis opinio.

QVAESITVM LXVI.

SVMMARIVM.

1 *Firmans intentionem in numero determinato conſecrandi, ſcilicet viginti particulas, ſi repererit viginti, & vnam, nulla eſt conſecrata*

2 *Sacerdos debet habere intentionem conſecrandi omnem materiam ſibi præſentem, nam hoc etiam cautela eſt, & ſecuritas.*

An

Digitized by Google

An si sacerdos accipiat viginti particulas, vt consecret eas firmando intentionem in determinato numero vicenario, si postea inuenerit viginti, & vnam, sint consecratæ omnes?

1 DIC. Quod nulla est consecrata propter incertitudinem illius, quæ super numerum reperta est, super quam non fuit directa intentio consecrantis.

De fragmento Hostiæ super corporali, quando celebratur, vel de gutta vini in pede Calicis, dic, quod si intentio celebrantis (præsuppositio, quod aliam materiam bene consecrasset) dirigebatur etiam ad illam Guttam, & fragmenta, bene, & illę essent consecratæ, secus autem si nihil de ipsis consecrans cogitasset, sed cautela est, & securitas, vt celebrans non determinet
2 intentionem in numerum Hostiarum, sed vt habeat intentionem in omnem materiam sibi præsentem. Tabien. Euchar. 2. S. & Summa Confess. lib. 3. tit. 24. q. 19.

QVAESITVM. LXVII.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos ponens in patena centum particulas cum intentione omnes consecrandi, sed actualiter postea habet intentionē consecrandi hostiam quam manibus tenet: si non adsit intentio contraria de non consecrando illas centum, omnes sunt consecratæ ex virtuali intentione.*

An si sacerdos ponens super patena, vel in pyxide, uel super Corporali certum numerum Hostiarū, seu particularum, ut uocant, cum intentione cōsecrandi eas, & ita ingreditur ad Altare ad celebrandum; si postea in actu consecrationis non habet intentionem consecrandi, nisi illam Hostiam,

Digitized by Google

am, quam præ manibus tenet, nihil cogitans de particulis, ſint omnes conſecratæ, vel ſolummodo hoſtia, quã præ manibus tenuit conſecrando?

1 DIC. Quod ſi non habuit intentionem contrariam de non conſecrando illas, ſunt omnes conſecratæ propter intentionem virtualem, quam habuit; & ratio eſt, quia in conſecratione non eſt neceſſe habere intentionem actualem, licet bene eſſet habere, ſed ſufficit virtualis intentio, quæ reſultat ex actuali primęua. Nauar. c. 25. num. 29. in Manual. Scot. 4. d. 12. q. 4. Abb. in c. Sacerdos, de offic. ord. & hæc ſententia eſt tenenda, licet alij voluerint contrarium, vt maior in 4. d. 12. & alij.

QVAESITVM LXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Duo Sacerdotes poſſunt conſecrare Hoſtiam, ſic, quod vnus vnam partem, alter, alteram deſignet, & tunc eſſet vnum ſacramentum, ſed tales eſſent puniendi.*

2 *Plures Sacerdotes poſſent ſimul eodem tempore Hoſtiam conſecrare, vt ſit in ordinandis. &c.*

3 *Sacerdos non indutus veſtibus ſacris, nec dicendo Miſſam, ſi proferat verba conſecrationis ſuper debita materia verè conſecraret*

An poſſent duo Sacerdotes conſecrare, alter vnam partem Hoſtiæ, & alter alteram eodem tempore, vel diuerſo?

1 DIC. Quod ſi facta eſſet deſignatio per aliquod ſignum, vt eſſet certa pars illa, quæ ab altero conſecraretur, & quæ ab altero, verè fieret conſecratio. Sot. in 4. d. 13. q. 1. art. 2. Palud. eodem loco & alij. Et in hoc caſu eſſet vnum ſacramentum. Tabien. verb. Euchariſtia. 2. num. 2. ſed hi Sacerdotes eſſent grauiter puniendi.

Similiter

Digitized by Google

2 Similiter possent plures Sacerdotes consecrare vnam Hostiam proferendo eodem tempore omnes simul verba consecrationis. D.Thom.4.sent.d.13.q.1.art.2.& 3.p.q.22.art.1.

Et hoc potest accidere in ordinatione, quæ fit ab Episcopo, pluriũ Sacerdotũ, vbi oẽs ordinandi simul cum Episcopo cõsecrant, sed in hoc casu, si quis ex ordinandis præsquã alij proferret verba, imò prius quam Episcopus, & haberet intentionem consecrandi, ipse solus consecraret, & ideo ad fugiendum inconueniens debent ordinandi attendere, vt verba consecrationis, simul cum Episcopo proferendo concurrant.

3 Sed an posset Sacerdos non dicendo missam ordinatam ab Ecclesia cum indumentis sacerdotalibus, sed tantummodo formis consecrationis consecrare Corpus, & sanguinem. Scot. negat per solas formas fieri consecrationem, 4. sentent. d.8. cui adhæret Ang. verb. Euchar. 1.num. 24. Sed D. Tho. affirmat. 3.p.q.78.art.1. ad quartum, & alibi, & hæc est communis sententia. Sed sic consecrans esset degradandus. D. Th. in 4. dist. 13. quæst. 1. art. 2. Itaque Sacerdos non debet extra missam audere per solas formas consecrare etiam in casu necessitatis pro communicando infirmo. Sed bene præparatus loco, & tempore debitis indui vestibus sacerdotalibus, quæ sunt significatiua Passionis Christi, & figurata in lege veteri, vide Sot.4.d.13.q.1.art.4. Duran. lib.3.c.1.Vgo.de sacram. lib. 2. p.8.c.25.

QVAESITVM LXIX.

SVMMARIVM.

1 *Particula [Hoc] in consecratione panis demonstrat, quod contentum sub speciebus panis sit corpus Christi.*

2 *Et in consecratione vini, particula [HIC] demonstrat, quod contentum sub speciebus vini sit sanguis Christi.*

An pronomina illa, scilicet HOC, in consecratione panis, & HIC in cosecratione vini demonstrent

Digitized by Google

ſtrent, quod videtur, vel quod fide tenetur?

1 DIC. Quod pronomen [HOC] in conſecratione panis demonſtrat, quod illud, quod continetur ſub ſpeciebus ſacramentalibus, eſt corpus Chriſti, vt ſit ſenſus: HOC, quod
2 continetur in hac Hoſtia EST CORPVS MEVM, & ſic de altero pronomine dicendum eſt, vt non dicatur, quod Calix ſit ſanguis Chriſti dum dicitur HIC EST ENIM CALIX, &c. ſed ſit ſenſus, HIC, qui continetur in hoc Calice EST SANGVIS MEVS, vt dici ſolet, dum cõtinetur vas plenum aliquo liquore, hoc eſt oleum, vel balſamum, & intelligitur, quod continetur in vaſe oleum, vel balſamum. D. Thom. 3.p.q.78. art. 5. & in expoſitione Epiſt. ad Corinth. c. 11.

De Miniſtro ſanctiſſimæ Euchariſtiæ.

QVAESITVM LXX.

SVMMARIVM.

1 *Solus Sacerdos poteſt adminiſtrare hoc ſacramentum ordinariè loquendo.*

2 *Solus Parochus, vel ordinarius Superior, vel Delegatus expreſſa, vel tacita Superioris licentia poteſt adminiſtrare hoc ſacramentum.*

3 *Antiquitus, Diaconus poterat adminiſtrare ſanguinem in Calice, ſed hodie non permittitur niſi ſolum Hoſtiam tempore neceſſitatis, quod nullus alius ipſo inferior poteſt agere.*

An ſolus Sacerdos poſſit adminiſtrare ſacramentũ Euchariſtiæ alijs?

1 DIC. Quod ordinariè loquendo ſolus Sacerdos eſt miniſter huius Sacramenti, exemplo Domini noſtri IESV Chriſti, qui ſimul conſecrauit, & diſpenſauit Apoſtolis, & ſibi ipſi prius. D. Thom. 3.p. q.82. art.3. & habetur Canone per-

uenit

Digitized by Google

nenit. de conſe.d.2. & in Can. nullus.d. 22. & quod Chriſtus ſibi ipſi diſpenſauerit, extat verſus D. Thom. Se cibat ipſe cibus.

2 Sed notandum, quod non omnis Sacerdos poteſt adminiſtrare hoc ſacramentum alijs ſed ſolum Parochus, vel alius ordinarius ſuperior, vel qui ab eo delegatus fuerit expreſſè, ſeu etiam ex tacita Superioris facultate. Concil. Carthag.2.c.7. Et hoc intelligatur quocunque tempore, non ſolum in Paſchate. Nauar. c. 21. num. 52.

3 Antiquitus Diaconus poterat adminiſtrare ſanguinem in Calice, vt habetur in Vita ſancti Laurentij, quod hodie non permittitur, non autem poteſt adminiſtrare hoſtiam, niſi tempore neceſsitatis, & de licentia Epiſcopi, vel Parochi etiam præſentis, ſed hodie etiam hoc ab vſu receſſit, ſed in abſentia prædictorum poteſt ſine licentia adminiſtrare tempore neceſſitatis. Sot. in 4.d.13.q.1.art.3. Vict. num.89. de Euchar.

Hinc infertur, quod Diaconus inferior, aut laicus, aut fœmina in nullo caſu poteſt diſpenſare, nec deferre ad infirmos. Sot. lo. ci. Sylu. Euch. 3. q. 4.

Et hic obiter tenendũ mẽte, q Sacerdos in neceſſitate poteſt ſeipſum communicare. Caet. in verb. communio ſacramentalis & in c. 26. in Matth.

De effectibus ſanctiſsimę Euchariſtiæ?

QVAESITVM. LXXI.

SVMMARIVM.

1 *Primus effectus huius ſacramenti eſt collatio gratiæ.*
2 *Secundus, datur pignus gloriæ.*
3 *Tertius, remittuntur peccata mortalia, oblita, & de quibus non habetur perfecta contritio.*
4 *Quartus, remittuntur peccata venialia.*
5 *Quintus, remittitur pœna peccatorum.*
6 *Sextus, præſeruatur homo à peccatis*

Quot

Digitized by Google

Quot effectus operetur ſanctiſſimā Euchariſtia, vt dictum eſt ſumpta ?

1 DIC. Quod multiplices. Primo confert gratiam. Secundo dat pignus futuræ gloriæ. Tertio expiat delicta mortalia. Quarto, abſtergit venialia. Quinto, condonat pænas pro peccatis debitas. Sexto dat robur, vt poſſit quis abſtinere à futuris culpis. Angel. Dial. 4. num. 391. & ſequen.

Et pro declaratione horum effectuū ſciendū conferre gratiā, quia in hoc ſacramēto, in quo cōtinetur Chriſtus, recipitur gratia Chriſti, dū digne recipitur iuxta illud Ioan. 6. qui manducat me, viuit propter me, quod intellige de gratia.

2 Secundo pignus gloriæ, quia, qui dignè ſuſcipit, acquirit vitam æternam; hinc loco citato habetur, ſi quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum, quæ vita æterna, vita gloriæ eſt.

3 Tertio, remittuntur peccata mortalia, & hoc habet ex paſſione Chriſti, quę eſt fons remiſſionis, & intellige de peccatis oblitis ſine culpa, vel de illis, de quibus pænitens non habuit perfectam contritionem, tunc enim ſumēdo hoc ſacramentū charitatis, contritio perficitur, & per conſequens remiſsio confertur, Sed hic effectus in ſuſceptione Euchariſtiæ in re, non autem in voto.

4 Quarto, remittuntur venialia, iuxta illud Innocentij 3. Hoc venerabile ſacramentum venialia delet. &c.

5 Quinto remittit pænas peccatorum non directè ex vi ſacramenti, cum principaliter ipſius effectus ſit nutritio ſpiritualis, & vnio ad Chriſtum, & ad fideles, ſed remittit ex quadam concomitantia, nam cum hæc vnio non fiat ſine charitate, & per charitatem quis conſequitur remiſſionem, non ſolum culpæ, ſed etiam pænæ, ſecundum tamen modum deuotionis, & feruoris, imò ſequitur etiam, vt, & venialia per ſuſceptionem huiꝰ ſacramenti deleantur.

6 Sexto, præſeruat à peccatis; hinc dicitur: Si quis māducauerit ex hoc pane non morietur, quod intellige de morte ſpirituali,

Digitized by Google

quæ quidem peccatum eſt, nam peccatum, cũ conſumatum fuerit, generat mortem. D. Thom. 3. par. quæſt. 79. art. 1. & Summiſtæ. & alij multi Theol.

QVAESITVM LXXII.

SVMMARIVM.

1 *Hoc ſacramentum confert gratiam cum ſumitur, dummodo non ponatur obex.*
2 *Hoſtia inuenta in ore iam mortui debet extrahi, & ſumi à communicaturo in craſtinum, vel conſeruari in pyxide.*
3 *Non debet dari patientibus fluxum indigeſtionis.*
4 *Poteſt dari exiſtentibus in nauigijs, ſed hoc ex ſpeciali indulto Clementis VIII. Triremibus Regi Catholici.*
5 *Conſtitutis in periculo mortis ſolus Parochus tenetur adminiſtrare Viaticum, nec vllo caſu excuſatur etiam peſtis, &c.*

An hoc ſacramentum conferat gratiam, dum conſecratur, vel dum offertur, vel dum ſumitur à communicante?

1 DIC. Quod non confert gratiam, dum conſecratur, vel dum offertur, ſed cũ ſumitur, vnde dixit Dominus, qui manducat me, viuit propter me. Sot. in 4. d. 9. q. art. 1. ad 1.

Sed ſi pœnitens ponit obicem culpæ, & per conſequens non recipit gratiam ſumendo, aliqui voluerunt, quod dum perdurant ſpecies ſacramentales integræ in gutture, vel ſtomacho, recedente obice adhuc conferunt gratiam. Caet. in 3. p. q. 39. art. 1. Maior. in 4. d. 9. arg 5.

Aliqui autem volunt gratiam conferri ſolum dum ſumitur, & ratio ipſorum eſt, quia applicatio huius ſacramenti eſt comeſtio: ideo ſi ponatur obex in comeſtione, non recipit gratiam. Sot. in 4. d. 11. qu. 2. art. 1. & alij. Et hæc eſt probabilior opinio.

2 Nota hic curioſam rem, quod ſi in ore iam mortui prius cõmunicati

Digitized by Google

municati inueniatur particula consecrata, debet extrahi, & sumi à communicaturo in crastinum, vel conseruari in pyxide, vbi etiam aduerte, quod ad euitandum hoc inconueniens, non esset danda cõmunio mox morituro, & agenti animam.

3 Nec debet dari patientibus fluxum indigestionis: sunt, qui dicunt, quod sanis post sumptam communionem sit abstinendum saltem hora ad diggerendum, sed hæc est rigida opinio.

4 Nota hic, quod secundum aliquos potest administrari sanctissima communio infirmis in Nauigijs existentibus, sed secundum veriorem opinionẽ requiritur expressus consensus Summi Pontificis, vt de facto fuit concessus a Clemente VIII. Triremibus, Inuictissimi Regis Catholici, ob causas pias, & efficaces in breui expressas. Et nota obiter quod mox morituris non est danda communio, vt alibi etiam dictum est.

5 Nota etiam, quod constituti in periculo mortis, non nisi a Parocho viaticum sumere debẽt, & si quis Parochianus moriatur culpa Parochi sine sacramẽtis, grauiter esset puniendus Parochus. cap. Si presbyter. 26. q. 6. Nec vllo casu excusari potest, quĩ tencatur administrare sacramẽta suis Parochianis nec peste, nec alterius contagionis infirmitatibus. Ripa. in Trat. de peste. 47. Suarez disp. 44. de extrema Vnct. & alij.

De sacra communione Summi Pontificis, in Missa solemni.

QVAESITVM LXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Susceptio Sacramenti Eucharistiæ modo insigniori vocatur Communio.*

2 *Quare Summus Pontifex celebrat in Altari, & in Sede communicat.*

3 *Quare sumit Hostiam in latere sinistro Sedis, & Sanguinem in dextero.*

4 *Et quare sumit Sanguinem cum calamo in Calice.*

Digitized by Google

Quare sumptio sanctissimi Sacramenti appelletur Communio, & Summus Pontifex in Missa solemni cõsacret ad Altare, & in solio cõmunicet?

1 DIC. Quod, licet susceptio omnium sacramentorum possit dici communio, quia per ipsã vnimur Christo, vt ait Isiodorus lib. 1. Epist. 228. tamen susceptio sanctissimæ Eucharistiæ, modo quodam insigniori vocatur communio, quia vnica, & perfecta Hostia fide existimanda non specie, nec exteriori visu censenda, sed affectu interiori, si digne sumatur conciliat nobis cum Deo coniunctionem, & nos sibi incorporat. Et Græci Synaxis, idest, vnio, quia omnium fidelium communis est vnio. Dionys. in lib. de Ange. Hierarchia.

2 Quando verò in Altare consacrat, & in solio communicat, significat Christum cænantem cum Discipulis in cænaculo, & significat eundem affixum Cruci, coram omnibus passum, & repræsentat eundem quasi reclinantem in Cruce, & vno, & eodẽ actu repræsentat vtrunque sacrificium, nempe cruentum, & incruentum.

3 Dum autem cõmunicat, sumit Hostiam ad siniſtrum latus Sedis Pontificalis, & Sanguinem ad dexterum, & repræsentat sanguinem cum aqua è latere Christi dextero esse fluxum, sed hostiam sumit ad siniſtrum, & diuidit cum sanguine inter Diaconum Cardinalem, & Subdiaconum Apostolicum, vt insinuet communionem in cænaculo illo institutam.

4 Et sumit cũ calamo in Calice, vt designet calamũ Christo in Cruce affixo porrectũ ad potandũ, & significat amaritudinẽ Passionis, & cum ministri eodem modo sumunt partem sanguinis insinuatur, Ministros communicare dolorem eiusdem Passionis.

Qui vult mysteria hæc fusius nosse, legat doctissimum Tractatum admodum Reuerẽdi Patris Fratris Angeli Rochæ Apostolici Sacrarij præfecti.

Nota,

Digitized by Google

Nota, quod in sacramento Eucharistiæ, in vltimo instanti prolationis verborũ formæ, ibi non est aliud realiter, nisi species panis, & vini, & sic species sunt sine subiecto, ideſt, accidentia, & non est ibi realiter, nisi verum Corpus, & sanguis Christi, & idem corpus, quod natum est de Virgine, quod pependit in Cruce, & positum est in sepulchro, quod resurrexit, & in Cælum ascendit, & sedet ad dexteram Dei Patris, & quod venturum est Iudex sæculi, & sic est in Altari exclusa passibilitate. c. omnia. c. Ego Berengarius, & cap. quid sit sanguis de consec. dist. 11. & ibi DD. Host. in Summ. tit. de consecrat. Ecclesiæ ff. & quando. vide Cardin. S. Syxt. in c. singuli. de consecr. d. 11. vide DD. in c. vbi est pars de consec. d. 2. adfit.

De hoc sacramento (vltra ea, quæ superius sunt) dixit Doctor meus Angelicus, quod viuificat mortuos, quod sit conferendo primam gratiam. 3 p. q. 79. art. 3. & q. 80. art. 4. & in 4. sent. d. 9. q. 1. art. 3. dicitur Eucharistia, ideſt bona gratia. Dionysius de Angelica Hierarchia. dicitur Viaticum, quia est cibus & fortitudo eorum, qui de hac vita ad alteram tendunt. 26. q. 6. c. si quis de corpore, vel qui recedunt, &c. de his. Dicitur Hostia de consec. d. 2. c. semel. c. semel, imò latius, dicitur Synaxis, ideſt vnio, quare per Dionys. c. 1. nos omnes vnit in Domino.

QVAESITVM LXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Quomodo quotidie communicare sit laudabile, explicatur.*
2 *Sacerdos præparatus ad celebrandum, & omittens celebrare pluria mala facit.*
3 *Sanctus Thomas de Aquino composuit Officiũ corporis Christi.*

An liceat quotidie accipere communionem sanctissimam?

1 DIC. vt infra D. Augustin. dicit quotidie communicare nec laudo, nec vitupero. c. quotidie de consec. d. 2.

Digitized by Google

D. Thom. dicit, quod ex parte sacramenti ratione vtilitatis prouenientis quotidie esset accipienda communio, sed ex parte sumentis est considerandum, quod bene paratus sit, & laudabile est, vt quotidie sumat. 3. parte.

D. Ambrosius, quoties (inquit) Sanguis Christi effundiur in remissionem peccatorum debeo semper accipere, quia semper pecco, in lib. de sacram. addens Ambrosius accipe quotidie, quod tibi prosit, sic viue, vt quotidie mereari accipere. Sed secundum mentem D. Thom. pertinet ad reuerentiam huius sacramenti, vt quotidie sumatur, &, vt aliqãndo abstineatur. Itaque si experientia docuit, continua communione deuotionem augeri, & feruorem non minui, tunc quotidie communicandum est, sin minus iudicio communicantis relinquitur. 2 Cum vero Sacerdos cognoscens se esse præparatum, & sine peccato, & abstinet à celebratione multa mala facit, nam priuat sanctam Trinitatem gloria, Angelos lætitia, homines adiutorio, & venia, mortuos subsidio, & gratia, & se ipsum priuat rectitudine mentis, informatione intellectus verborum veritate, & omni stabilitate. Hæc venerabilis Beda.

3 Nota hic, quod Officium sanctissimi corporis Christi, fuit compositum a D. Thoma Doctore Angelico, iussu Papæ Vrbani IIII. a quo retulit in præmium columnam argenteam,

Digitized by Google

DE SACRAMENTO PAENITENTIAE.

QVAESITVM I.

SVMMARIVM.

1 *Sacramentũ Pœnitentia fuit præfiguratũ in veteri scriptura.*

An Pœnitentia fuerit præfiguratum in scriptura veteri?

DIC. Quod sic, nam fuit præfigurata in scala Iacob, vt habetur Genes. 28. cui Scalæ Iacob Dñs innittebatur, nã Iacob interprætatur supplantator, quia peccator mediante pœnitentia supplantat vitia, & sicut in illa scala videbantur Angeli ascendentes & descendentes, sic super peccatore pœnitente gaudent Angeli Luc. 21.

QVAESITVM II.

SVMMARIVM.

1 *Nomen Pœnitentia plura significat.*
2 *Pœnitentiæ malæ plures acceptiones,*
3 *Pœnitentia bona multiplex est.*
4 *Pœnitentia, in quantum dicit abominationem peccati, fuit in Christo.*

An hoc nomen (pœnitentia) plura significet?

Digitized by Google

1 DIC. Quod ſic. Primo ſignificat diſplicentiam quandã naturalem, & remorſum conſcientiæ. Secundo ſignificat pœnitentiæ virtutem. Tertio ſignificat ſacramentum pœnitentiæ. Quarto ſignificat pœnitentiam iniunctã à Confeſſore, & 2 dicitur pœnitentia, quaſi pœnæ tentio, quia pœnitens pœnam tenet, & ſuffert ob eius peccata, &, vt proſit, eſt neceſſe, vt corde teneatur; hic dicitur pœnitentia, quaſi pœnæ tenentia. c. de pœnit. d. 3.

Primo modo pœnitentia eſt indifferens, quam habent etiam gentiles, vnde D. Ambroſius, Impio animus ipſe pœna eſt, & Ariſtot, in Ethi. torquetur ſua pœnitudine malus. & Ouidius,

Pœnitet, & facto torqueor ipſe meo.

2 Vel poteſt eſſe huiusmodi pœnitentia etiam mala, cum aliquem pœnitet alicui benefeciſſe, & non male feciſſe, & hoc in tantum creſcere poterit, vt ſit etiam peccatum mortale.

Hæc pœnitentia mala dicitur etiam pœnitentia deſperata, vt fuit pœnitentia Iudæ, & Caini, vt in c. Iudas. & in c. ſceleratus de pœnit. d. 3. dicitur etiam pœnitentia deſperata, pœnitentia damnatorum, de quibus dicitur pœnitentiam agentes, &c.

Dicitur etiam pœnitentia mala, pœnitentia ſera, quia eſt periculoſa, cum potius peccator deſeritur à peccato, quam ipſe peccata deſerat. c. 3. de pœnit. & c. vlt. d. 7.

Dicitur etiam mala pœnitentia ea, quæ dicitur vana, quæ non habet perſeuerantiam in bono, ſed quacunque occaſione iterum redit peccator ad peccandum, vt canis ad vomitum. c. irriſor. & c. inanis de pœnit. d. 3.

Dicitur etiam mala pœnitentia, quando eſt falſa, & eſt quando quis non reſtituit, vel non habet animum reſtituendi ablatum, vel famam alienam; vel hon remittit ex corde, vel non relinquit negotia, quæ ſine peccato exerceri non poſſunt. c. ille pœnitentiam deponit. d. 3. &c. Fratres eodem tit.

3 Secundo modo pœnitentia dicitur bona, & hæc eſt triplex, vel ſine dolore, vt eſt in beatis, imò cum magno gaudio. Sot. 4 in 4. d. 14. q. 1. art. 2. & 6. vel dicitur bona pœnitentia, quam agunt

Digitized by Google

agunt homines in emendationem culpæ, quia est virtus, quæ mouet hominem ad actum dolendi. An in Christo Domino fuerit pœnitentia, vt virtus? dic, quod sic, in quantum dicit abominationem peccati in communi, non autem peccati commissi, & id est de fide.

De Definitione huius sacramenti.

QVAESITVM III.

SVMMARIVM

1 *Sacramenti Pœnitentiæ definitiones, seu descriptiones assignãtur.*
2 *Materia sacramenti Pœnitentiæ est duplex.*
3 *Forma huius sacramenti quæ sit assignatur.*
4 *Effectus sacramenti Pœnitentiæ qui sint explicantur.*

Quid est Sacramentum Pœnitentiæ?

1 DIC. Quod Pœnitentia est sacramentum remissionis peccatorum post baptismum commissorum, à Christo Domino institutum, vel est sacramentum, quo lapsi post Baptismũ reconciliantur Deo per absolutionẽ proprij Sacerdotis ex Concil. Trid. sess. 14. c. 1. nam quem Sacerdos Iudicat, Deus iudicat, cuius personam in Ecclesia gerit. c. celebratio. de Pœnitent. d. 3. vel est sacramentum absolutionis, quo Sacerdos sibi subditum, & confitentem sua peccata cum iusto dolore, & proposito satisfaciendi absoluit. Nauar. c. 21. num. 11. & hæ sunt descriptiones sacramenti Pœnitentiæ potius, quam definitiones nam solius speciei est definitio (vt docet logica) quod sacramentum pœnitentiæ est necessarium ad salutem post baptismũ lapsis in peccato mortali Concil. Trid. sess. 14. c. 14. Ideo à B. Hyeronimo vocaur secunda tabula post Naufragium c. multiplex, & c. secunda de Pœnit. d. 1. & à D. Augustin. Baptismus reiterabilis.

Hoc

Digitized by Google

2 Hoc ſacramentum pœnitentiæ, de quo noſter eſt ſermo habet, ſicut, & cætera, ſuam materiam, & formam, & effectus; materia eſt duplex, quædam propinqua, quæ ſunt actus pœnitentis, nempe contritio, confeſſio, & ſatisfactio, quædam vero remota, & ſunt ipſa peccata deteſtanda. D. Thom. 3. p. q. 84. art. 5. & vtraque vocatur quaſi materia, quia propriè materia dicitur de re corporali.

3 Forma huius ſacramenti ſunt illa verba, EGO TE ABSOLVO, & materia, vt ſupra, & hæc forma dicuntur partes eſſentiales ſacramenti Pœnitentiæ, & vna deficiente non conſiſtit, verba vero, quæ præcedunt, & ſubſequuntur formam antedictam, non ſunt de eſſentia abſolutionis, & propterea non prætermittenda ſine iuſta cauſa, vt eſſet articulus neceſſitatis, quia moriretur æger, aut vulneratus, & ſimiles, Habet etiam hoc ſacramentum ſuas partes integrales, & ſunt Contritio, Cõfeſſio, & Satisfactio, & ſine aliqua iſtarum, puta, ſine ſatisfactione poteſt conſiſtere.

4 Effectus huius ſacramenti eſt remiſſio peccatorum, & collatio gratiæ, & commutatio pœnæ æternæ in temporalem c. ſi peccatum de Pœnit. d. 1. Imò ſi maxima fuerit contritio in totum, vel in maxima per ſe extinguit pœnam temporalem c. ſi agamus de pœnit. d. 1. Et ſerenitas conſcientiæ, & ſpiritus conſolatio, vt ex Conc. Trid. lo. ci. & liberatio a flagellis, & pœnis temporalibus, & auxilium contra reciduum peccatum, & renouatio virium animæ, & mille alij effectus boni, quos experiuntur veri pœnitentes.

QVAESITVM IIII.

SVMMARIVM.

1 *Sacramentum Pœnitentiæ conuenientiſſimè conſtat ex partibus integralibus, & eſſentialibus.*

2 *Partes integrales ſunt contritio, confeſſio, & ſatisfactio, correſpondent hæ partes tribus generibus peccatorum, ſcilicet, corde, ore, opere.*

An

Digitized by Google

An hoc sacramentum conuenienter habeat partes essentiales, & integrales?

1 DIC. Quod conuenientissimè, quia fuit institutum pro reparando homine, qui constat partibus essentialibus,&
2 integralibus, & partes integrales, quæ sunt tres, vt dictum est, correspondent tribus modis, quibus offenditur Deus, scilicet, corde, ore, & opere, & sic contritione, & confessione,& satisfactione placandus est, c. maiores extr. de Baptismo.

Hæc tria genera peccatorum, nempe cordis, oris, & operis fuerunt significata per tres mortuos a Domino resuscitatos, vt per filiam Archisynagogi domi resuscitata significatur peccatū cogitationis, internum. cap. quem pœnitet. de Pœnitent. d. 1. Per filium Viduæ extra in via resuscitatū significatur peccatum loquutionis. Per Lazaraum è monumento fœtidum resuscitatum significatur peccatum operationis. c. quantumlibet de Pœnit. d. 1. & licet Dominus resuscitasse alios mortuos, credatur tamen de his tribus fit mentio, quibus significatur modus triplex, quo offenditur Deus, & omnes species ad hos reduci possunt.

De Contritione.

QVAESITVM V.

SVMMARIVM.

1 *Contritionis, & attritionis significatio.*
2 *In Contritione sunt tria.*
3 *Contritionis definitio assignatur.*
4 *Attritionis definitio assignatur.*

Quid significat hoc vocabulum (contritio, & attritio?

1 DIC. Sumpta metaphora a re corporali, contritio, seu conterere, significat rem duram frangere,& comminuere, appli-

Digitized by Google

re applicatis neceſsarijs inſtrumentis in partes minutiſsimas, & in puluetes reducere, ita, vt prima forma non appareat, nec illius calor, vel ſapor. de qua re habetur Iſaiæ 30. cominuetur cõtritione perualida, vt conteritur vas figuli, & non remaneat de eius fracturis teſta, in qua portetur igniculus de incendio, vel parum aquæ de puteo hauriatur.

Hinc applicata ſimilitudine ad ſpiritualia, dic, quod peccator applicatis inſtrumentis in ratione, nempe, amoris in Deum, & doloris contra peccata, debet ita dolere de peccato ex corde, vt nullum ipſius veſtigiũ relinquatur, nec affectio ad illud, & vetus cor ita conteri, & cominui debet, vt Diabolus non inueniat in eo, vbi imponat igniculum priſtini deſiderij, aut tantillum aquæ noxiæ voluptatis, & hoc facto dicetur pœnitens contritus.

2 Et aduertendum, quod in contritione ſunt tria. Primo eſt cor peccatoris, quod erat lapideum duritiæ peccati, & conteritur præ dolore, & deteſtatione ipſius, vti offenſa Dei, qui eſt ſummè amabilis, iuxta illud; Scindite corda veſtra. de Pœnit. d. 1. vel quod conteritur eſt ipſummet peccatum in corde infixum, quod dolore ob Dei amorem in corde totaliter teritur. Itaque homo peccator dolens pro culpa vti offenſa Dei, quem debet ſummè amare, tollit ipſam. Secundo eſt duplex machina, vna qua pœnitens ſeorſum eleuatur, & hæc eſt ſpes veniæ proueniens habendo oculum ad miſericordiam Dei. Altera eſt, qua pœnitens deorſum deprimitur, & hæc eſt timor Gehennæ. Tertio, quod conteritur eſt peccati delectatio, vt nil de eo in poſterum remaneat in anima pœnitentis.

3 Contritio ergo eſt dolor perfectus voluntariè aſsumptus de peccatis, quatenus ſunt offenſa Dei, propter Deum cum voto cofitendi, & ſatisfaciendi, et hæc definitio placet omnibus Theologis.

4 Attritio verò, ſeu atterere, eſt frangere in partes groſsiores, vnde applicata etiã in hoc, ſimilitudine erit dolor imperfectus de peccatis, non, vt offenſa Dei, ſed ob pœnas inferni, vel aliũ reſpectum humanum, et hic dolor in attritione naſcitur ex timore

Digitized by Google

more ſeruili, ſicut dolor contritionis ex amore filiali, ſed ſicut contritio eſt multum laudanda, ſic attritio non eſt vituperanda, nam eſt donum Dei, & impulſus quidam Spiritus ſancti ad iuſtitiam parandam ex Concil. Trid. ſeſſ. 14. c. 4. dūmodo concurrant propoſitum non peccandi, & ſpes veniæ, ideſt, vt putet pœnitens ſufficere, vel quod non videtur ei non ſufficere, ad merendam abſolutionem, & hæc attritio, putata contritio ſufficit (adiuncto ſacramento) ad merendam abſolutionem. Sot. 4. d. 18. q. 3. art. 3. de Graff. de attritione c. 2. num. 8. & hoc modo attritus fit contritus.

QVAESITVM VI.

SVMMARIVM.

1 *Multiplices ſpecies attritionis aſſignantur.*
2 *Attritiones perfectæ virtute ſacramenti tranſeunt in contritionem.*
3 *Attritiones imperfectæ vero nequaquam.*

An ſit alia attritio, quæ fiat contritio?

1 DIC. Quod ſic, & eſt, cum concipitur dolor de peccatis ob amorem Dei, & quatenus ſunt eius offenſa, & credit pœnitens habere ſufficientem dolorem, cum re vera non habeat, hæc attritio poteſt fieri contritio virtute ſacramenti, licet regulariter attritio non fiat contritio ſecundū D. Th. in 4. d. 17. q. 2. Sed D. Th. intelligit de illa attritione, q̄ eſt ex obiecto, quæ eſt dolor non reſpectu offenſæ Dei, ſed timore inferni, vel conſideratione Diuini iudicij, & hæc dicitur attritio intrinſecè.

Sed eſt alia attritio extrinſeca, quæ habet Deum ſummum bonum pro obiecto, ſed non habet dolorem perfectum, & hoc accedente propoſito abſtinendi a peccato, vel ſuperueniente gratia poteſt fieri contritio, ſed non illa, de qua loquitur D. Thom. quamuis ad illam diſponat Scotus 4. d. 14. q. 2. art. 1. Sot. d. 12. q. 2. art. 5. Nau. c. 1. num. 41.

Eſt

Digitized by Google

Est & alia attritio, quæ fit contritio virtute sacramenti, & est, quando pœnitens putat se dolere propter Deum, & non dolet nisi propter pœnas inferni. Itaque vocabitur attritio, putata cõtritio, & virtute absolutionis sufficit ad gratiam.

2 Hic notandum esse quatuor species attritionis, quæ virtute sacramenti sufficiunt ad gratiam, & vocantur perfectę. Prima est quando dolemus de peccatis, sed non ita ardenter, & super omnia (vt conueniebat) Vict. de pœnit. num. 122. Secunda, quando dolemus propter Deum, & credimus habere dolorem sufficientem, cum reuera ita non sit, Nau. c. 1. num. 39. Tertia, quando putamus dolere propter Deum, sed non dolemus nisi ob metum inferni. Sot. loc. cit. Quarta, quando dolemus de peccatis, ob metum inferni, sed cum proposito abstinendi de cætero, & spe veniæ. Conc. Trid. sess. 14. c. 4.

3 Sunt tamen aliquæ attritiones, quæ numquam transeunt in contritionem, & dicuntur imperfectæ Prima est, quando quis dolet de peccatis solummodo ob timorem inferni, vel alterius damni, aut pœnæ temporalis pro peccatis infligendæ. Concil. Trid. sess. 14. c. 4. Secunda, quando quis dolet se peccasse, sed non habet firmum propositum abstinendi & de hac loquitur textus in c. quod quidam extra de pœnit. remiss. Tertia est, quando quis dolet de peccatis ob metum tantum, & non doleret, nec abstineret, nisi ob metum, siue pœnarum æternarum, siue temporalium.

Hæ itaque attritiones non sufficiunt, & pœnitentes accedentes cum ipsis ad sacramentum pœnitentiæ, non consequuntur vllam gratiam, sed potius peccant. Nauar. c. 1. num. 17.

QVAESITVM VII.

SVMMARIVM

1 *Primus effectus contritionis est remissio peccati.*
2 *Secundus est reductio peccatoris ad statum gratiæ.*
3 *Duo considerantur in peccato, scilicet, auersio à Deo, & conuersio ad creaturas. Primo correspõdet pœna damni. Secundo pœna sensus*

Quot

Digitized by Google

Quot effectus operetur in pœnitente ipsa contritio

1 DIC. Quod primus effectus est remissio peccati quo ad culpam, & reductio pœnæ æternæ in temporalem, & illius partis etiam remissio, Imò aliquando totius si contritio fuerit maxima D. Thom. li. 4. contra gentes c. 22. & 4. sent. d. 12. q. 2. art. 3. & c. olim. & c. magno de pœnit. d. 1. Abb. in cap. Deus quidem de pœnitent. remiss. Nau. c. 1. num 40.

2 Secundus effectus est contritionis, quod reducit ipsum contritum ad statum gratiæ, & si adhuc non fuerit confessus operetur meritoriè si bene operetur, quod non esset sine contritione.

3 Aliqui de effectu contritionis dicunt, duo considerari in peccato, nempe auersionem à Deo, qui est bonum incommutabile, & conuersio ad creaturas, quæ sunt bonum commutabile, & transitorium. D. Tho. Secũda Secundæ. q. 87. art. 4.

Hinc duplex pœna debetur peccatori, pro auersione debetur ei pœna damni, quæ cõsistit in carẽtia diuinæ visionis, & merito, vt qui se auertit à Deo æterno bono, in æternũ puniatur.

Pro conuersione verò ad creaturas, quia hæc conuersio non est infinita, tum quia bonum ipsum, ad quod est facta conuersio, est finitum, tum quia actus creaturæ non possunt esse infiniti, debetur ei pœna sensus, quæ correspondet conuersioni quæ non est infinita ex genere suo, & per consequens non est hæc pœna æterna intensiuè, sed extensiuè.

Hinc sequitur pœnitentem per contritionẽ tollere auersionem à Deo, & ad ipsum conuerti, & propterea tollere illam pœnam damni, quæ erat æterna. Sed remanet pœna sensus in hac vita persoluenda, vel per pœnas voluntariè susceptas, vt per ieiunia, peregrinationes, & alia opera pœnalia, vel acceptando in pœnas peccatorum, flagella à Deo nobis inflicta, vt infirmitates, paupertatem, iniustas lites, & alias huius vitæ calamitates, vel per pœnas Purgatorij, vel per pœnitentias à Confessore iniunctas pro mensura delicti.

De hac remissione extat exemplũ in pœnitentia, & remissio-

ne

Digitized by Google

ne facta Dauidi, nam remisso peccato adulterij adhuc fuit exacta pœna temporalis per mortem pueri. 2. Regum cap. 12. Similiter fuit populo remissum scelus Idololatriæ, sed in pœnã flagitij non fuerunt permissi introire in terram promissionis. num. 14.

Contritio ergo remittit peccatum, quo ad totam culpam, & pœnam æternam reddit temporalem, & tam vehemens esse posset, vt fuit in Magdalena, in bono Latrone in D. Paulo, vt tota etiampœna tollatur. Gloss. in c. mensuram. d. 1. in extrauag. Prima de pœnit. & remiss. D. Thom. Io. ci. contra gentes.

Nec, quia contritio tollit peccatum dicendum est esse superuacaneam confessionem sacramentalem, quæ necessaria est, etiam si contritio sit perfectissima; Imo numquam dicetur contritio, nisi includat votum confitendi, Confessio ergo est necessaria post contritionem, tum, quia fuit in voto in ipsa contritione. tum ob incertitudinem, tum, vt exerceatur humilitas à peccatore, tum etiam, vt satisfiat ipsi Matri Ecclesiæ, quæ remansit scandalo offensa à peccatore. c. iudicet. de pœnit. d. 1. & ad cautelam. d. 50.

De hac quæstione semper mihi visa grauissima, dum examinator Synodalis in hac Metrapolitana Ecclesia spatio huc vsq; ferè triginta annorum fui interrogaui moltoties, & qui in concursu beneficiorum, & qui pro sacris confessionibus audiendis, & qui ad concionandum admittendi fuerunt, examinari contingit, & à diuersis diuersa audiui responsa, sed afferam huc, modo quid DD. quos, vidi, sentiant de hoc quæsito, & an sola cõtritio peccata deleat, & quid postea operetur confessio pœnitentis, & absolutio confessoris.

Aliqui dicunt solam contritionem non sufficere, si absit Cõfessor per c. fin. de pœnit. d. 1.

Aliqui dicunt per solam contritionẽ fieri remissionem, sed conditionalem argum de pœnit. d. 3. sanè in fine.

Aliqui dicunt sufficere contritionem, si non supererit facultas pœnitendi, argum. 42. dist. 2.

Aliqui dicunt per solam contritionem non delere peccatum sed

Digitized by Google

Sed tribus modis esse purgandum, & auctoritates affirmantes per solam contritionem peccata dimitti deberi intelligi, cū articulus necessitatis excludit oris confessionem.

Vgo tenuit sola contritione peccata deleri in adulto, qui si postea non confiteatur nec satisfecerit peccata, iam dimissa non redire, sed illum peccare mortaliter, qui confiteri, & satisfacere cum potuit, neglexit, & sic intelligendus de pænit. d. 1. magna. Idem tenet D. Thom. 4. sent. d. 14. art. 4.

Sed omissis istis quæstionibus, dic, quod licet sola contritione deleatur peccatum, adhuc est necessaria confessio, & satis factio, ad exercendam humilitatem in confessione, & iustitiam in satisfactione. de pænit. d. 3. productior, & vt satisfiat Ecclesiæ, quæ læsa est ex peccato, vt dictum est.

Hanc sententiam tenendam dicit Hostien. de pænitent. & remiss. lib. 4. de contritionis effectu, vbi addit. non esse contritionem, quæ peccata dimittit, sed in ipsa contritione gratiam Dei peccata dimittere liberaliter. vnde D. Ambrosius. Agnus, idest, verbum tollit peccata. de pænit. d. 1. & D. Aug. Christus (inquit) qui est agnus, tollit peccata. de conse, d. 4. Nemo tollit.

Hinc elige peccatorum remissionem principaliter tribuendā esse gratiæ Dei, quæ naturaliter præcedit contritionem, deinde sequitur dilectio Dei, deinde dolor offendisse, & ex hoc dolore, sequitur remissio peccatorum, vnde dicitur, qui non diligit, manet in morte. de pænitentia. distinctione 1. & de Magdalena dictum fuit, dimissa ei fuisse peccata multa, quia multum dilexit, concluditur ergo solum Christum peccata dimittere, mediante gratia, quæ operatur dilectionem, & ex dilectione dolorem, & cum Christo, Patre etiam, & Spiritu sancto: nam opera Trinitatis ad extra sunt indiuisa (vt docet sacra Theologia) & habetur de consecr. dist. 3. omnes, & dist. 4. quomodo.

Pro confirmatione huius sententiæ habetur exemplum de Lazaro à Christo viuificato, sed à Discipulis iussu Domini à vinculis absoluto Xi. q. 3. inter vera. Et de decem Leprosis à Do-

Digitized by Google

mino in via, antequã irent, mundatis & iuſſis adire Sacerdotes; Item de alio leproſo omiſſo etiam ad Sacerdotem de pænit. d. prima.

Alij dicunt peccatorem duplici vinculo teneri, ſatisfactionis ſcilicet Deo, & hoc in contritione tollitur, & Eccleſiæ, & hoc per confeſſionem, & ſatisfactionem, & per abſolutionem confeſſoris.

Confeſſor ergo Dei miniſter, ei cuius Dominus per contritionem peccata remiſit, ſatisfactionem, & pænam temporalem imponit alleuiando, vel aggrauando, quia à Deo eſt conſtitutus Iudex Animarum, & ita Dominus remittit pænam æternam, confeſſor vero pænam temporalem, quia pro quolibet peccato duplex hæc pæna debetur pænitenti. de pænit. d. 1. ſi peccatum, ſcilicet, quod principaliter debetur ei pæna æterna, & in temporalem commutatur, & hanc pænam poteſt Confeſſor remittere in totum, vel in partem. Hoſtien. lib. 5. de pænit. & remiſſ. de contrit. Vbi multa encomia contritionis, & charitatis enumerat, quæ digna ſunt, vt videantur, & mente teneantur.

Alij poſtremo dixerunt, quod Confeſſor abſoluit pænitentem ſacramentaliter quoad Eccleſiam militantem, licet, quoad Deum eſſent dimiſſa peccata per contritionem, & hæc ſatis, quo ad quæſitum, ſalua ſemper correctione ſanctæ Matris Eccleſiæ. vide Conc. Trid. ſeſſ. 14. c. 4. & 4. d. 18.

Alij dixerunt formam abſolutionis certificari hoc modo: Ego te abſoluo, ideſt, quantum ex parte mea, aut ex virtute ſacramenti ego te abſoluo, vel Ego te abſoluo, ideſt. Ego te ſacramentaliter abſoluo, ideſt, hoc ſigno notabili, & ita ſentit Grat. quia hæc forma primo denotat actum exteriorem, quem Sacerdos exercet formaliter, & deinde ſignificat remiſſionem interius factã. vide Nauar. de pænit. diſt. 5. in cap. ex ijs. Non autem poteſt dici, Ego te abſoluo, ideſt, oſtendo te eſſe abſolutum, quia vere abſoluit.

QVAE-

Digitized by Google

QVAESITVM VIII.

SVMMARIVM

1 *An singularis contritio singulis peccatis mortalibus, vel vna omnibus sit necessaria, variæ sunt Doctorum sententiæ, quæ omnes narrantur, & explicantur.*

2 *Faciens materiam Confessionis peccata venialia, tenetur illa detestari sub pœna peccati mortalis.*

An requiratur singularis cõtritio de singulis peccatis mortalibus, vel sufficiat vna pro omnibus in communi?

1 DIC. Esse diuersas sententias Doctorum, aliqui dicunt requiri singularem contritionẽ de singulis peccatis mortalibus, & huius sententiæ est D. Thom. Duran. & Riccar. in 4. d. 17. qu. 2. art. 2. & D. Thom. 3. p. qu. 87. art. 1. Sylu. verb. Contritio q. 3. Quod probat multis rationibus.

Alij dixerunt sufficere vnam contritionem generalem de omnibus peccatis, quæ virtualiter se extendat ad omnia, tam quæ memoria habentur, quam quæ non habentur, cum voluntate abstinendi ab omnibus, & singulis, & confitendi, & satisfaciendi. Caiet. in 3. p. & in Summ. verbo contritio. Sot. 4. d. 17. q. 1. art. 3. Nauar. cap. 22. num. 3. & cap. 1. num. 25. & 40.

Tu dic resolutè, quod quando pœnitens habet tempus, debet cogitare peccata per loca, & tempora, & de illis sic mente reuocantis, de omnibus conteri singillatim.

Sed quando non habet tempus, sufficit generalis contritio, de omnibus peccatis in communi, & in confuso, & si aliquod peccatum specialiter ei occurreret memoria, de illo specialiter dolere cum proposito abstinendi, & confitendi, & satisfaciendi, & etiam loco, & tempore debito de singulis dolere certo, vide Nauar. cap. 1. num, 25.

Toletus lib. 3. suæ instructionis Sacerd. c. 5. dicit sufficere generalem contritionem peccatorum, siue habeatur in principio cogitationis peccatorum, siue in medio, siue in fine.

 Digitized by Google Alij

Alij ſine diſtinctione tenent ſufficere generalem contritionem. Nauar. c. 1. num. 22. & D. Thom. in 4. d. 17. qu. 2. art. 2. Ego dicerem ſufficere generalem contritionem, ſed occurrente in memoriã aliquo ſpeciali peccato, vel aliquibus ſpecialibus peccatis, de illis eſſe neceſſariã ſpecialem contritionem.

Et adde peccatorem non obligari ad habendam contritionẽ de peccatis quorum non habet mem oriam, nec in genere, nec in ſpecie, facto examine conſcientiæ, quia ſufficit ei illa, quam habet de ijs, quæ recordatur, quod verum eſt, dum inuincibiliter alia recordari non potuit.

Sed ſi oblitus ſit in communi, & dubitat alia commiſiſſe, & ita putat eſſe, quamuis bene non recordetur, tunc de his ſic oblitis debet conteri in generali, & hoc eſt tutius, nam timoratæ conſcientiæ eſt, ibi agnoſcere culpam, vbi culpa non eſt. D. Thom. 3. p. q. 80. art. 4. ad 5. Sot. lo. ci.

Quando vero peccata oblita? in memoriam reuocarentur eſſet neceſſaria de eis contritio. D. Thom. 4. d. 7. q. 2. art. 2. ad tertium.

2 Nota hic, quod faciens de peccatis venialibus in confeſſione ſacramentali materiam ſufficientem, ego teneo cum Medina, quod tenetur illa deteſtari in propoſito abſtinendi de cætero, aliàs peccat mortaliter, ſicut etiam peccat abſoluens talem ſcientem.

QVAESITVM IX.

SVMMARIVM.

1 *Eſt de præcepto ſemel in anno conteri de peccato mortali commiſſo, vel quando imminet periculum mortis.*
2 *In alijs tẽporalibus non tenetur, ſed tenetur ceſſare à peccato.*
3 *Melius eſt, vt ſtatim poſt peccatum quis habeat cõtritionem.*

An ſit ſub præcepto habere ſtatim contritionẽ ſingularem poſt commiſſum peccatum, vel aliquo alio tempore?

DIC.

Digitized by Google

1 DIC. Quod est de præcepto conteri semel in anno tempore confessionis, vel etiam alio tempore, quando imminet aliquod periculum, vt in infirmitate acuta, vel in periculo naufragij, aut belli, & similium, in quo quis tenetur confiteri, & per consequens conteri, quando habet confessorē, quod si non habet, debet saltem conteri.

2 In alijs verò temporibus non tenetur quis statim conteri, sed solummodo cessare à peccato, & si de illo aliqua memoria supperat, illam statim eijcere, & de illo sibi non complacere, aliàs pecaret de nouo peccato complacentiæ. Tolet. li. 3. Instruct. c. 5. Sot. 4. d. 17. q. 2. art. 3. & 6.

2 Sed melius esset ex parte finis, vt statim post peccatum quis conteratur, & cum Deo reconcilietur, & exeat à morte spirituali, ne præueniatur subita morte temporali. Hinc Salamon. Ne tardes conuerti ad Dominum. Eccleſiast. cap. 5. Nauar. c. 1. num. 31. Quod etiam securius est euadendum complacentiam peccati, nam præceptum de non complacendo de peccato commisso est negatiuum, & obligat semper, & ad semper, Ideo debet statim adimpleri, & propterea peccator deberet statim conteri, vt securius viuat à complacentijs, & vt statim reconcilietur Deo.

QVAESITVM X.

SVMMARIVM.

1 *In contritione est necessaria detestatio peccati super omne detestabile, & dolor debet esse maximus, & explicatur.*

2 *Hic dolor non est æquandus dolori Passionis Christi, vel doloribus inferni, aut desperatorum, vt Caini, Iudæ, &c.*

Quantus debet esse dolor necessarius in contritione, vt sit vere contritio?

1 DIC. Esse necessariam detestationm peccati super omne detestabile, & dolor debet esse maximus comparatiue, non autem intensiuè, vt volebat Andria. de pænit. q. 2. art. 2.

Digitized by Google

Quolib. art. 3. & tunc sufficit, etiam si non sit ita intensus, vt detestatio, & dolor alicuius mali temporalis.

2 Hinc sequitur dolorem requisitum in contritione non esse æquandum dolori Passionis Christi, aut doloribus inferni, aut doloribus desperatorum, vt Caimi, Antiochi, & Iudæ, D. Th. 3. p. q. 46. art. 6. & habetur in cap. nullus, de pænit. d. 7. c. Iudeæ. & c. sceleratior de pænit. d. 1. Sed dolor hic debet esse maximus comparatiue, & appretiatiuè, vt dictum est qui dolor non est necesse, vt habeatur plus de vno peccato, qnàm de altero, quamuis hoc esset ad remissionem maiorem pænæ, & ad maioris gratiæ consequutionem, Tolet. lib. 3. c. 5. instruct.

QVAESITVM XI.

SVMMARIVM.

1 *Peccator dicitur habere contritionem, etiam si secundum sensum magis displiceat amissio rerum temporalium, quam offensa Dei, & dūmodo amore appretiatiuo diligat Deum.*

An diceretur habere contritionem, si quis intentius doleret de amissione charorum, puta, filiorum, vel parentum, aut honoris, aut bonorum temporalium, quam de peccatis?

1 DIC. Quod adhuc posset dici hunc peccatorem habere contritionem, si appretiatiuè diligat magis Deum, etiam si intentius secundum sensum ei displiceret amissio sensibiliū charorum, quam peccata, quia sensibilia, tanquam propinquiora obiecta magis mouent, quam spiritualia, & per consequens amor sensibilium intentior est, quam spiritualium. Sot. 4. d. 17. q. 2. art. 4.

QVAESITVM XII.

SVMMARIVM.

1 *Non tenetur peccator de maiori peccato conteri, quam de minori, sed hoc est de consilio.* 2 *Ad*

Digitized by Google

2 *Ad remissionem culpæ, quæcunque detestatio sufficit, dummodo sit, vt de offensa Dei.*

An sit habenda maior contritio de maiori peccato & minor de minori?

1 DIC. Quod non de necessitate, sed de consilio, quia aliter sequeretur peccatorem teneri scire qualitatē peccatorum, quod est impossibile, & maxime rudibus. Nauar. c. 1. num. 31.

2 Vel dic, quod quo ad remissionem culpæ, quęcunque detestatio sufficit, dūmodo, vt de offensa Dei, propter ipsum Deum, sed quo ad remissionem pœnæ, maiora peccata, maiori sunt dolore purganda. D. Thom. in lib. contra gentes. c. 27. Glos. in c. mensuram. de pœnit.

QVAESITVM. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Contritio debet esse maximus dolor in voluntate, & ratione, quo ad extimationem, & appretiatiuè.*

2 *De congruitate tamen hic dolor, non de necessitate debet esse sensitiuus.*

An contritio debeat esse dolor maximus, quo ad intentionem?

1 DIC Quod hoc non est de necessitate, sed debet esse summus in voluntate, vel ratione, quo ad extimationē, & apprætiatiue, & quo ad comparationem, ideſt, quod qui conteritur potius vellet se passum esse quodlibet malū tàm in persona, quam in honore, & in bonis, quam offendisse Deum summum bonum, & super omne amabile, & æstimabile, si quæ daretur optio, vt aut offendatur Deus, aut amittantur omnia bona temporalia, imò honor ipse, & vita potius, eligendum esset amitti omnia, etiam vitam, & honorem, quam offendi Deum,

Digitized by Google

um. Innoc. in c. omnis de pœnit. & remiss. extra. Itaq; dolor in contritione debet esse summus apprætiatiue, & comparatiue, & huiusmodi comparatio est præponenda perfectis, tyronibus, quia esset ei periculosa, vt docet Doctor Angelicus dist. 17. q. 5. art. 6.

2 Hic sciatur dolorem in contritione nõ requiri necessario, vt sit sensitiuus, sed bene de congruitate, quia Deus non obligat hominem ad impossibilia, & cum est sensitiuus dolor in contritione non est necesse, vt sit immoderatus, vt quis præ dolore peccati, ita mœrore consumeretur, vt sibi mortem causaret, quia hoc modo peccaret potius peccato homicidij. Sot. 4. d. 17. q. 1. art. 4. Post D. Thom. 3. p. q. 84. art. 9.

Et cũ dubitatur, sit ne peccatum mortale, vel veniale debet habere contritionẽ sub conditione, quatenus sit mortale. Nau. cap. 1. num. 26. sed P. Marius tenuit, habendum esse, vt de mortale.

QVAESITVM XIV.

SVMMARIVM.

1 *De quolibet peccato actuali potest haberi contritio, & agi pœnitentia.*

2 *Quædam peccata difficilius remittuntur, non respectu Dei, sed respectu malitiæ peccantium.*

An de quolibet peccato possit haberi contritio, & agi pœnitentiam?

1 DIC. Quod sic, vnde Chrisostomus, Deus quemq; pec-
2 catorem reuertentem libenter suscipit. Sunt tamẽ quædam peccata difficilia ad remittendum, non respectu Dei, sed respectu peccantium, vt sunt peccata in Spiritum sanctum, quæ sunt ex malitia, & ita intelligitur locus Matth. 12. Qui peccat in Spiritum sanctum. non remittetur ei, ideſt, de difficili ei remittetur ob oppositionem malitiæ, quæ de difficili tollitur.

Sed ad literam dictum Euangelistæ est intelligendum de finali inpœnitentia, quãdo quis moritur in peccato, & nullo modo pœnitet. Glos. in c. Si Sacerdos de pœnit d. 1.

Digitized by Google QVAE-

QVAESITVM XV.

SVMMARIVM

1 *Secundum habitum debet peccator continuè dolere de peccato commisso, non autem secundum actum, & hoc explicatur.*

An post remissionem peccati debeat pœnitens habere dolorem continuum de illo?

1 DIC. Quod sic, secundum habitum, ideſt, quod cum peccati recordatur, debet de illo habere displicentiam, sed non secundum actum, quia hæc displicentia non potest esse perpetua, aliàs pœnitens obligaretur ad impossibile. Sum. Confess. lib. 3. ce pœnit. & remiss. 9. 3. & 25.

QVAESITVM XVI.

SVMMARIVM.

1 *Conscientiæ examen non requiritur ratione contritionis.*
2 *Examen conscientiæ requiritur ratione confessionis.*

An requiratur examen conscientiæ in contritione?

1 DIC. Quod non requiritur examen ratione contritionis, quia potest homo per contritionem iustificari sine examine conscientiæ. Caiet. in Summ. verb. contritio. Nau. c. 1. num. 37.

Ergo non requiritur ante contritionem, quia in subitaneis conuersionibus potest esse vera contritio, & tamen non adest examen conscientiæ, nec requiritur post iustificationem habitam per contritionem, quia post iustificationem quis non tenetur amplius habere contritionem, nec ad examen conscientiæ, quod dirigit ad iustificationem, licet aliter sentiant. Sot. d. 17. q. 2. art. 3. & Med. de pœnit. d. 1.

2 Sed licet non requiratur examẽ ratione contritionis, requiritur

Digitized by Google

ritur tamen ratione confessionis, vt suo loco dicetur, quæ confessio, cum debeat esse singulorum peccatorum, secundum speciem, & numerum; prius requiritur examen, vt rectè fiat, & Confessor rectam possit ferre sententiam, & post examen sufficit vniuersalis contritio omnium peccatorum, quæ memoriæ occurrunt. Nauar. c. 1. num. 23. Vict. de contrit. num. 146.

QVAESITVM XVII.

SVMMARIVM

1 *Inter contritionem, & perfectam iustificationem non intercedit tempus.*

An intercedat aliquod tempus inter contritionem perfectam, & iustificationem?

1 DIC. Quod non, quia statim, atque quis habet contritionem, vel attritionem, quæ vi sacramenti fit contritio statim iustificatur, & ita expressè colligitur ex illo Ezech. 33. in quacunque hora, &c.

Quamobrem concludendum est in quocunque tempore, & hora huius vitæ posse hominem conuerti ad Deum, etiam in instanti, & vero motu mentis, & nullum peccatum in hac vita esse irremissibilem, & quod legitur de peccatis in Spiritum sanctum, intellige vt supradictum est, vel de difficultate, non ex parte Dei, vel de finali inpænitentia, & obstinatione peccatorum, qui nolunt conuerti a malitia in bonum.

QVAESITVM XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitentia, & virtus in aliquo differt à contritione, & aliquo cum illo conuenit.*

An pœnitentia, vt virtus differet à contritione?

DIC.

Digitized by Google

1 DIC. In aliquo differe, & in aliquo conuenire, nam conuenit, quia vtraque est dolor de peccatis, sed contritio continet in se votum confitendi, & satisfaciendi, pœnitentia verò, vt virtus, habet intentionem satisfaciendi Deo pro peccato, & offensa, & puniendi ipsum peccatum. D. Thom. 3. p. q. 85. art. 1. & in 4. d. 14. q. 3. art. 39.

QVAESITVM XIX.

SVMMARIVM.

1 *De peccatis alienis, vt aliena sunt, debet quis ex charitate dolere, qui dolor non est contritio.*

2 *Si peccata aliena fuerint propria, per imitationem, consensum, suasionem, dissimulationem, adulationem, &c. debet de illis, vt de propriis factis dolere, & conteri.*

An debeat esse contritio de peccatis alienis, puta, video amicum peccantem, an debeam conteri de illius peccato?

1 DIC. Quod de peccatis alienis, vt aliena sunt, debet quis dolere ob charitatem, ille tamen dolor, non erit contritio. Sed cum aliena peccata efficiuntur propria, quod fit multis modis, scilicet per imitationem, persuasionem, per consensum, per dissimulationē, vel per adulationem, tunc debet quis conteri, vt de peccato alieno facto proprio. Nauar. c. 17. num. 2 36. & D. Thom. supra Psalm. 18. vbi habentur modi, quibus peccatum alienum fit proprium, quod est difficilis curationis, quia homo id non aduertit, vnde præcatur Ecclesia, & ab alienis parce seruo tuo. & D. Paulus ad Thimoteum. Non communicabis peccatis alienis. vide cap. si Rector, 43. dist. Ipse verò in oratione mentali inter cæteras gratias à Deo, vt mihi peccatum occultum, & alienum remittat, bis in die deprecor.

QVAE

Digitized by Google

QVAESITVM XX.

SVMMARIVM.

5 Licet non actualis, tamen virtualis saltem contritio requiritur ad delenda peccata venialia.

2 Aqua benedicta, tunsio pectoris, benedictio Episcopalis, in quo sensu dicuntur remittere peccata venialia.

3 Sacramenta nouæ legis præcipuè Eucharistiæ, & Extremæ Vnctionis delent peccata venialia.

4 Aliqua Peccata venialia possunt remitti, etiam quod non sit propositum abstinendi ab omnibus.

5 Vnum peccatum veniale potest remitti, etiam si aliud non remittatur, quod non est dicendum de peccatis mortalibus.

An debeat haberi contritio ad delenda peccata venialia?

1 DIC. Quod non est necessaria contritio actualis, sed virtualis, quæ est actus pariens displicentiam cuiuscunque venialis, quod in mentem venit, quę displicentia feratur in Deum, & ob ipsius amorem, ita, vt si memoria peccati occurrat, illa displiceat. Sot. 4. sentent. d. 15. q. 2. art. 2. Caiet. in 3. p. q. 87. art. 1.

2 Nec videtur contrarium, quia peccata venialia dicuntur remitti aqua benedicta, quia id intelligitur, non quod aqua benedicta, per se remittat venialia, sicut, & alia remedia Ecclesiæ pro delendis venialibus, sed quod aspersio illa aquæ benedictæ, tunsio pectoris, benedictio Episcopalis, & alia remedia excitant feruorem charitatis, per quem fit remissio venialium. D. Th. 4 sent. d. 17. art. vlt. ad 2. Quod dictum D. Tho. intelligendum est, non quod semper principaliter requiratur illa excitatio feruoris pro dolendis venialibus, sed quod illa remedia, vt actus pœnitentiæ sint ab Ecclesia instituta ad hunc finem pro remissione venialium, qui actus semper videntur includere fer-
3 uorem in Deum. Hinc sequitur sacramenta nouæ legis, & præ-

cipuè

Digitized by Google

cipuè ſacramentum Euchariſtiæ, & extremæ Vnctionis delere venialia. Similiter delere venialia, ea, quæ tollunt impedimentum ad concipiendum feruorem, & excitant ipſum, vt ſunt ſacramentalia, vt aqua benedicta, quæ reprimit inimicum, dummodo qui aſpergitur ſit ſine mortali c. aquam de conſec. d. 3. Gloſ. in c. 1. de pœnit. d. 1.

Sic etiam benedictio Epiſcopalis. c. medicina de pœnit. d. 1. ſic largitio eleemoſinæ, ſic exercitatio humilitatis, vt viſitatio Hoſpitalis, & carceratorum, ſic recitatio Dominicæ orationis, quæ dicitur cum quodam odio peccatorum, dum dicimus dimitte nobis debita noſtra. c. quotidiana de pœnit. d. 3. ſic etiã confeſſio generalis, tollit venialia, & ideo dicitur in hora prima, & vltima Diuini officij, & in initio Miſſæ. D. Th. 4. ſent. d. 16. q. 2. art. 2. ad 4.

Et ſciatur hic poſſe remitti venialia modis ſupradictis ſine propoſito cauendi in futurum ab alijs venialibus, ſecus ſi illud veniale quis confiteatur, quia tunc debet de eo habere dolorẽ cum propoſito abſtinendi, ſalua correctione ſanctæ matris Eccleſiæ, quia ad delenda venialia ſufficit voluntas vitandi ſingula venialia, ſed non omnia collectiuè, namque id humana fragilitas non patitur, debet tamen haberi propoſitum minuendi venialia, alias tolleretur perfectio ſpiritualis, & impediretur remiſſio venialium. D. Thom. 3. p. q. 87. art. 1. ad ſecundum.

Sciatur præterea poſſe fieri remiſſionem vnius venialis ſine remiſſione alterius, (quod ſecus eſt de mortalibus) nam poteſt fieri remiſſio venialis, quód in mentem venit, de quo ſit diſplicentia ſine memoria alterius peccati venialis, imò etiam ſi in memoriam venerit, & de illo nulla habeatur diſplicentia. Sed non poteſt remitti veniale ſine quod remittatur mortale D. Th. 3. p. q. 88. art. 4. Nota hic obiter, quod delectatio moroſa, quæ conſtituit peccatum, conſiſtit in ratione, non in tempore.

Digitized by Google

QVAE

QVAESITVM XXI.

SVMMARIVM

1 *Peccatum veniale non potest fieri mortale, nisi per additionem circumstantiæ mortalis.*
2 *Item potest fieri mortale, ratione conscientiæ erroneæ.*
3 *Item ratione contemptus.*

An peccatum veniale possit fieri mortale?

1 DIC. Primo impossibile esse veniale, vt veniale fieri mortale, sed per additionem alicuius circumstantiæ mortalis, vt si mulier ornans se, & in eo ornatu statuat suum finem non curans videre Missam in festo, vel alia, quæ faciunt ad salutem, id, quod erat veniale, factum est mortale ratione circumstantiæ. Caiet. verb. ornatus. Idem dic, de muliere, quæ se ornat ad malum finem. D. Thom. Secūda secundæ. q. 169. art. 2. Idem dic, de muliere superfluè se ornante, cum ex eius aspectu, videntes ad luxuriam alliciuntur.

2 Potest etiã fieri mortale ratione conscientiæ erroneæ (quod est nimis periculosum) & est cum quis facit, quod est per se veniale, & tamen putat esse mortale, & adhuc illud facit, imò, quod non erat nec veniale, potest fieri mortale, ratione conscientiæ erroneæ, vt expuere in ecclesia. Est ergo deponenda conscientia, quia omne, quod fit contra conscientiam ædificat ad Gehennam.

3 Fit etiam mortale, quod erat veniale, ratione contemptus, vt cum quis contemnit adimplere consilia Domini c. quos autem dist. 10. qui contemptus præsumeretur ex assiduitate actus, idest, ipsius culpæ venialis in foro exteriori, non autem in interiori. c. tua nos. de sponsi. & 22. q 5. humanè. Habes ergo quomodo peccatum veniale possit fieri mortale.

QVAE-

Digitized by Google

QVAESITVM XXII.

SVMMARIVM.

1 *Aspergens se aqua, quam putauit benedictam consequitur remissionem peccati venialis.*

An consequentur remissionē venialium, qui aspergerēt se aqua non benedicta, credens esse benedictam, cogitans de remissione venialium?

1 DIC. Quod non, secundum Sotum 4. sentent. dist. 15. q. 2. art. 3.

Sed pace tanti viri, & saluæ meliori iudicio dicendum mihi videtur, quod consequeretur remissionē venialium, qui aspergent se non benedicta, credens benedictam, quia si feruor, qui causatur per aspersionem aquæ benedictæ, delet venialia, quia vt dictum est, illa aspersio est apta ad excitandum talem feruorem, hæc aspersio aquæ putatæ benedictæ, excitabit etiam talem feruorem, & per consequens est apta causare remissionem venialium. vide D. Thom. in quæst. disput. q. 96. de peccato veniali. q. 7.

QVAESITVM XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Beati in patria pœnitent de peccatis, sed sine dolore.*

An beati in patria dicantur habere contritionem de peccatis, quæ commiserunt in hoc mundo, cum contritio sit virtus pertinens ad charitatem?

1 DIC. Quod beati in patria habent pœnitentiam de peccatis, quæ commiserunt, & nollent ea commisisse, sed hæc eorum pœnitentia est sine dolore, & ideo beati in patria non habent contritionem. Nauar. c. 1. num. 5. & 6.

Not-

Digitized by Google

Nota obiter, quod pœnitens non explicans circumstantiam nimis alleuiantem, facit confessionem validam, sed mancam. vide Cathechism. Rom. de pœnit. vt alibi dictum est.

De peccatis, quæ per contritionem tolluntur.

QVAESITVM. XXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Peccatum multiplex est, originale, actuale, & hoc aliud veniale, aliud mortale, & vtriusque aliud omissionis, aliud commissionis.*

2 *Peccatum mortale aliquando dicitur delictum, aliquando crimen, aliquando reatus.*

An peccatum sit multiplex?

1 DIC. Quod sic, & ideo primo diuidendum, & deinde definiendum. Est igitur aliud originale, & de hoc non est hic sermo, aliud actuale, & hoc aliud actuale mortale, aliud
2 actuale veniale, rursum aliud actuale, seu veniale commissionis, aliud omissionis, & peccatum actuale mortale, aliquando dicitur delictum, quasi derelictum, quia derelinquitur bonum, aliquando crimen, quando fit, quod est graui pœna, & accusatione dignum. Gloss. in c. peccatum de reg. Iur. in 6. aliquando dicitur reatus, qui propriè est obligatio ad pœnam, quæ obligatio oritur ex peccato.

QVAESITVM XXV.

SVMMARIVM.

1 *Peccatum non est nisi voluntarium.*

2 *In motibus primo primis non est peccatum.*

3 *In secundo primis est peccatum veniale.*

4 *In tertio primis est peccatum mortale.*

Quome-

Digitized by Google

Quomodo constituatur peccatum? & formetur?

1 DIC. Omissis intricatis quæstionibus peccatum consistere in voluntate, & adeo dici peccatum quatenus sit vo-
2 luntariè, hinc sequitur non adesse peccatum in motibus primo primis, qui præueniunt vsum sufficientem rationis, vel deliberationis; quia hi, cum sint necessarij, & non liberi, per illos, nec mœreri possumus, nec demœreri, vel venialiter peccare, quia insurgunt in homine, sine vlla rationis aduertentia.

3 Cum verò intellectus noster circa dictos motus primo primos appetitus, vel voluntatis considerat, imperfectè tamen, & cum difficultate, vel in communi, aut dubitando, sed per impedimentum alicuius passionis non potest discernere, nec aduertere malitiam, tunc huiusmodi motus dicuntur primo secundi, qui propter defectum pleni consensus voluntatis, non constituunt, nisi peccatum veniale.

4 Sed cum postea dicti motus inordinati manent, & continuãtur in homine post perfectam aduertentiã rationis circa finem, vel obiectum culpæ mortalis, dicuntur deliberati actus peccati mortalis, siue voluntas consentiat expressè habendo de illis cõplacentiam, siue virtualiter, vel interpretatiue, quia cum ratio aduerterit tales motus esse inordinatos, & voluntas non repellat, vt tenetur, videtur consentire. Caiet. in Summ. verb. Delectatio. Sylu. verb. Delectatio. Nauar. de pœnit q. 1. c. super tribus.

Habes ergo in motibus primo primis peccatum non consistere, in secundo primis peccatũ veniale; in motibus tertio primis peccatũ mortale. Hinc habetur, quod Deus castigat patrũ iniquitates in filios, vsque ad tertiam, & quartam generationẽ, intelligendo per [illegible] generationem peccatum mortale, & per quartam generationem, peccatum obstinationis, & hæc vltra alios intellectus loci antedicti.

Digitized by Google

QVAESITVM. XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Peccatum mortale quid sit definitur.*
2 *Peccatum veniale quid sit definitur.*

Quid est peccatum?

1 DIC. Quod est dictum, vel factum, vel concupitum cõtra charitatem, & legem Dei æternam, & peccatũ omissionis comittitur in obseruatione præceptorum, vt in plurimũ, & in operibus misericordiæ, peccata verò commissionis compræhenduntur in septem peccatis capitalibus, quæ hac dictione continentur SALIGIA vnde versus:

Vbi sit vita contenta SALIGIA Vita.

Vel peccatum mortale actuale est carentia iustitiæ facta per inobedientiam propriè voluntatis, & dicitur mortale, quia dignum est morte æterna, nisi deleatur per pœnitentiam.

2 Veniale vero est, quod fit præter legem Dei, & licet sit pœna dignum, non tamen pœna æterna, sed temporali, & quandoque remissa culpa in veniali, non remittitur tota pœna temporalis, vt etiam de mortale dictum est. Nauar. c. 3 num. 5. de quotidianis, est etiam veniale ob materiæ paruitatem, vel defectũ deliberatæ intentionis.

QVAESITVM XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Afferuntur signa ad discernendum peccatum mort. à veniali.*

Quomodo dignoscatur peccatum mort. à veniali?

1 DIC. Esse diuersa signa, sed hic tantum habe aliquam regulam, scilicet, q̃ oĩa peccata, quæ sunt contra præcepta Diuinæ legis, siue legis naturalis, sicut etiam legis humanę obligan-

Digitized by Google

obligantis ad mortale, ſunt mortalia, niſi excuſentur ex imperfectione actus, vel ratione ſubreptionis, vel paruitatis materiæ, vel quoad præcepta humanarum legum, ſiue etiam legis Diuinæ, vt in furto minimo, aut defectu iudicij, & rationis, vt in ſemidormientibus, aut ſemiebrijs, aut animo ita perturbatis, vt quid faciant, non videant, licet tali iudicium ſufficiat ad veniale. Nauar. c. 11. num. 4. in Manual.

Peccata verò, quæ ſunt præter charitatem, vel præter præceptum, quia non obſeruatur medium datum à lege in aliqua actione bona, vt dicit Angelus v. peccatum, dicuntur eſſe venialia. Itaque mortale eſt contra legem, & charitatem, & præcepta. Sed etiam veniale poteſt dici contra legem Dei, ſed propter paruitatem materiæ dicitur veniale.

Exemplum de mortali, & veniali ſæpe quærebat ab examinandis admodum Reuerendus Abbas Antonius Veſpaſianus Canonicus Beneuentanus, vnus ex Synodalibus examinatoribus, vir multiplici ſcientia, & prudentia grauiſſimus, vitaque integerrimus, cui' ſimiles ſunt DD. Mutius V.I.D. & Iulius Cæſar etiã Canonici, magnũ ornamentũ familiæ, & à paucis aptum reſponsũ habebat, erat igitur morta. peccatũ nõ ieiunare in diebus ieiunij ſine legitima cauſa, quia eſt contra præceptum Eccleſiæ. Sed comedere ante horam, quia hoc eſt præter præceptum erit veniale, & ſic de alijs peccatis exemplificari poteſt, poterit lector videre. 25. diſt in c. vnum orarium. & inuenerit multa exempla peccatorum venialium, & mortalium.

QVAESITVM XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Pro remiſſione venialium peccatorum eſt neceſſe pœnitentia.*
2 *Hæc pœnitentia non eſt neceſſaria ad ſalutem.*
3 *Pro remiſſione venialium peccatorum ſufficit propoſitum abſtinendi ab ſingulis*

Digitized by Google

4 *Accedens ad confeſsionem ſolum cum venialibus absque proposito abſtinendi de futuro peccaret mortaliter.*

An ſit neceſſaria pœnitentia de venialibus?

1 DIC. Quod, aut loquimur, quoad remiſsionem illorum, & tunc eſt neceſſaria pœnitentia de illis in ſpeciali, vel in communi, vt ſcilicet pœnitens actualiter deteſtetur peccatum veniale præteritum.

2 Aut loquimur de pœnitentia neceſſaria ad ſalutem, & tunc non eſt neceſſaria pœnitentia de peccatis venialibus, in hac vita per ſe, quia non priuant gratia, imò poſſunt ſimul manere.

3 Et hic aduertendum in pœnitentia de venialibus non eſſe neceſſarium, vt quis proponat abſtinere à futuris omnibus, quia ſufficit propoſitum abſtinendi à ſingulis, & præteritis, non autem ab omnibus, & hoc ob infirmitatem humanæ imbecillitatis. Conc. Trid. ſeſſ. 6. c. 11. & c. 23.

Sed debet diſplicere infirmitas illa, qua homo inclinatur ad veniale, licet ab illis immunis eſſe non poſsit. Attamen debet habere propoſitum ſe præparandi ad vitandum venialia, alioquin adeſſet periculum deficiendi, & impediretur ſpiritualis profectus.

4 Si quis autem accederet ad confeſsionē cum venialibus ſolummodo, & non haberet propoſitum emendandi, & cauendi de futuro, iſtius confeſsio eſſet inualida, & confitens peccaret mortaliter peccato ſacrilegij, quia faceret applicari formam, vbi non eſt materia, cum iniuria ſacramenti, nam licet quis regulariter non teneatur confiteri venialia, tamen cum illa confitetur debet debitè confiteri. Medina in ſua Summa lib. 1. c. 12. §. 2. cum facit illa materiā confeſsionis. Sed de mortalibus eſt neceſſaria pœnitentia Gloſſ. ſuper c. 6. Leuit. æquæ placet Deo virtus iuſtorum, & digna pœnitentia peccatorū, quæ reſtaurat in priſtinum.

QVAE-

Digitized by Google

QVAESITVM XXIX.

SVMMARIVM.

1 *Peccans venialiter ea delectatione, ac si esset mortale, & non abstineret, peccat mortaliter.*

An esset peccatum mortale, vel veniale, si quis peccaret venialiter, sed ea delectatione, ac si esset mortale, & non abstineret, vt qui delectaretur facetijs ioci causa, quod regulariter solet esse veniale?

1 DIC. Quod peccaret mortaliter, si non abstineret, licet de sui natura esset tantum venialis illa actio, puta, vt facetijs, vel similibus, sunt igitur vitanda venialia, quia disponũt, & præparant gradum ad mortalia.

QVAESITVM XXX.

SVMMARIVM.

1 *Peccata remissa in damnato quomodo redeant, explicatur.*

An peccata remissa redeant, si quis de nouo peccet, & vadat in Infernum?

1 DIC. Quod in peccato est duplex reatus ad pœnam damni, & ad pœnam sensus, tunc dic, quod redeunt, quo ad pœnam damni, iuxta illud, qui peccat in vno, factus est omnium reus. Sed quantum ad pœnam sensus, dic, quod aut peccata fuerunt omnino remissa, quo ad pœnam, & culpam, vt in vehementi contritione, hæc nullo modo redeunt, aut fuerunt remissa in parte, & ideo de illis facienda est satisfactio, & quia, qui de nouo peccat, quãdiu est in peccato, non satisfacit. Ideo per hoc obligatur ad supplicium æternarum pœnarum, non ratione

Digitized by Google

tione annexi, & hoc modo dicuntur peccata redire, Imò dicũtur redire etiam ob ingratitudinem, videlicet hoc modo, quia præcedens remissio aggrauat peccatum sequens, nam arguit cõtemptũ ob præstitum beneficium remissionis, dum de nouo quis peccat.

De Confessione.

QVAESITVM. XXXII.

SVMMARIVM.

1 *Confessio sacramentalis præsuppositio peccato est necessaria ad salutem in re, vel in voto.*

2 *Quomodo Confessio erat necessaria in omni lege, naturæ, scriptæ, & Euangelicæ.*

An confessio sacramentalis sit necessaria ad salutẽ?

1 DIC. Quod præsuppositio peccato omnino est necessaria ad salutem in re, vel in voto, dum Confessor haberi non possit, vel necessitas vrgeat, aut mos perueniat, vt infra dicetur.

2 Imo in omni lege fuit necessaria, licet nõ eodem modo, nam in lege naturæ erat necessaria, sed mentalis tantum, & consistebat tantummodo in peccati cognitione, & consideratione apud Deum, & hoc interius tantum, & in mente peccatoris.

In lege scripta data Moysi, erat necessaria cõfessiõ, exterior quodammodo, sed non vocalis, vt in lege Euangelica, sed tenebantur homines illius legis pro eorum peccatis remittendis diuersa offerre Deo sacrificia pro diuersitate peccatorum publicorum tamen, & non occultorum. Imo erat, & alius modus confitendi sub illa lege, vt scilicet per Sacerdotes fieret nomine omnium confessio generaliter omnium peccatorum, cum dicebant peccauimus cum patribus nostris, iniquitatem fecimus iniuste

Digitized by Google

iniustè egimus, cap. 6. Leuitici. Sed in lege lucis Euangelicæ confessio est necessaria explicite ad aures Sacerdotis ad id approbati, vel in casu necessitatis etiam non approbati facienda, distinctè de singulis peccatis, quæ committuntur corde, ore, & opere, vt suo loco dicetur, & est communis opinio. Est igitur confessio necessaria ad salutem habenti peccata, & hoc in re, vt actualiter confiteatur Confessori, si potest, vel in voto, idest, desiderio, & hoc quando non potest confiteri, & habet contritionem, & moritur, & tunc saluatur per confessionem in voto, & per contritionem in re, non habentibus verò mortalia, confessio non est necessaria ad remissionem peccatorum.

QVAESITVM XXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Confessio est instituta à Christo.*
2 *Error est multorum, qui aliter senserunt.*
3 *Præceptum Confessionis est de iure Diuino, sed determinatio temporis est de iure Ecclesiastico*

An confessio fuerit à Christo instituta?

1 DIC. Quod sic, etiam de fide, hinc sequitur errasse eos, qui dixerunt fuisse institutam à Beato Iacobo Apostolo cum dixit; Confitemini alterutrum peccata vestra, quia id intelligitur quod deberent confiteri debitis Ministris, vt confessoribus approbatis. Sot. 4. sent. d. 18. q. 1. art. 7.

2 Errauerunt etiam, qui dixerunt fuisse institutam confessionem sacramentalem in Concil. Arelaten. vt fuit Abb. in cap. omnis, vtriusque sexus de pænit. & remiss. & Gloss. d. 5. de pænit. quia Ecclesia non potest instituere sacramenta, nec habuit talem facultatem, nec sacramentorum mutare formas, vel materias variare, sed dicendum est cæremonias, quæ obseruantur circa administrationem huius sacramenti, & tempus sacræ

Digitized by Google

confeſsionis faciendæ eſſe ex Eccleſiæ inſtitutione.

Errauerunt etiam qui dixerunt fuiſſe à Deo inſtitutam in Paradiſo terreſtri, cum Dominus vocauit Adam, vbi es? vt refert Gloſa lo. ci. de pænit. & remiſſ. quia tunc potius modus procedendi in iudicialibus fuit præmonſtratus.

Confeſsio igitur auricularis, & ſacramentalis fuit à Chriſto inſtituta. Ioann. cap. 20. cum dixit; Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, &c. & Matth. 16. Tibi dabo claues Regni cælorum, vt optimè probat. D. Thom. contra gentes cap. 72. & Sot. 4. d. 18. qu. 1. art. 1. & in Concil. Trid. ſeſſ. 14. cap. 5.

3 Et hic notet Parochus, quod præceptum confitendi eſt de iure Diuino à Chriſto, ſed determinatio temporis, quando ſcilicet ad id teneantur Chriſtifideles, eſt de iure Eccleſiaſtico, & hoc non eſt inconueniens, quia Summus Pontifex Chriſti Vicarius habet à Chriſto facultatem interprætandi circa illius præcepta, & circa articulos fidei, & ſacramenta 24. q. 1. cap. Quoties extra de Baptiſmo. D. Thom. in Quolibet. 4. art. 13. Couar. pract. 2. c. 11. num. 4.

QVAESITVM XXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Aſſignatur Definitio Confeſsionis.*

2 *Fideles tenentur confiteri ſemel in anno.*

3 *Licet tempus confeſsionis non ſit determinatum, tamen vſu receptum eſt, vt ſit Paſchatis in quo tempore omnes tenentur communicare.*

4 *Multi caſus aſſignantur, in quibus etiam tenentur Chriſtiani confiteri.*

Quid eſt confeſsio ſacramentalis, & quo tempore ex præcepto facienda?

DIC.

Digitized by Google

1 DIC. Ad primum, quod eſt manifeſtatio propriorum peccatorum coram Sacerdote iurisdictionem habente cum ſui accuſatione, & ſpe veniæ, licet à quibudam alijs verbis deſcribatur, ſed tendentibus ad idem.

2 Ad ſecundum dic, quod præceptum Eccleſiæ eſt, vt fideles confiteantur ſemel in anno, & hoc quocunque tempore anni poteſt adimpleri, dummodo tempore communionis, quæ fit in Paſchate de præcepto Eccleſiæ ſint ſine peccato mortali, imò ſi eo tempore cũ aliquo peccato mort. reperiuntur, poſſunt cõfiteri, & poſtea communicari, & ſic adimplere vtrumque præceptum Eccleſiæ, nempe de confitendo, & communicando, & ita communiter intepretatur c. omnis. de de pœnit. & remiſſ. vide Couar in c. Alma ma. 1. p. §. 1. num. 7. de ſent. excom. in ſexto.

3 Sed licet in qualibet parte anni poſsint fideles edimplere præceptum de confitendo, tamen quia vſu introductum eſt, vt id fiat ab vniuerſo populo fideli, tempore Quadrageſimæ, tanquam tempore acceptabile; Ideo hoc tẽpore adimplendum eſt præceptum de confitendo, quem pium vſum maximè laudat, & complectitur Conc. Trid. ſeſſ. 14. cap. 5. circa finem, & cõtrafacientes ſolent excommunicari ab Epiſcopis, ſed in Eccleſia Beneuentana expectatur, vſque ad octauam Pentecoſtes, & tunc, qui non confeſsi fuerint, nec communicauerint, datis per Parochum in ſcriptis eorum nominibus publicantur interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ, niſi cauſam legitimam allegauerint.

4 Sciat tamen Parochus vltra confeſsionẽ de præcepto ſemel in anno, vt dictum eſt, debere fideles, etiam alio tempore de præcepto confiteri in aliquibus caſibus. Primus eſt quãdo quis eſt ſumpturus communionẽ, ſi habet conſcientiam peccati mortalis, vt ſupradictum eſt, iuxta illud; Probet autem ſe ipſum homo. ad Corinth. 2. & in c. timore. de conſe d. 2. & per Conc. Trid. ſeſſ. 15. c. 7. quicquid dicat Caietanus.

Secun-

Digitized by Google

Secundus, quando quis est sumpturus Ordinis sacramen. D. Thom. Quolib. 1 art. 7. Nauar. c. 2. num. 8.

Tertius, quando quis infirmatur febri acuta, & periculosæ mortis. c. cum infirmitas. de pœnit. & remiss.

Quartus, quãdo probabiliter quis timet incurrere in aliquod periculum mortis, vel quia transiturus est per loca periculosa, vbi timet insidias inimicorum, vel est ingressurus mare periculosum Naufragij, vel si est mulier, quæ solet difficilem habere partum, & periculosum. Abb. in c. pastoralis. §. præterea de officio Ordinarij.

Quintus, quando quis haberet præceptum à Confessore, vt sæpe in anno confiteretur, nam si acceptauit, peccaret mortaliter, si non adimpleat, & ideo debet Confessor abstinere ab impositione huiusmodi pœnitentię periculosæ.

Sextus, quando quis ad id teneretur ex voto, quia est reddendum votum, vt in c. magnæ de voto, & qui votum non adimplet, peccat mortaliter,

Septimus, quando quis teneretur sæpius in anno confiteri ex regulari obseruantia, vt sunt Religiosi, & Religiosæ, vt habetur in Clementina prima de stat. monac. §. sanè in agro, quæ Clementina ligat etiam moniales, per Zabarellam.

Hi igitur qui ex præcepto ad sæpius confitendum tenentur non adimplentes peccant mortaliter, secus si ex consilio. Habetur ergo, quod in omnibus antedictis casibus tenetur quis confiteri pluries in anno.

Sed qui non habet mortalia, sed tantum venialia, non tenetur præcepto de confitendo semel in anno, licet benefaciat, si confiteatur venialia, tamen adimplendum Ecclesiæ præceptum, & ad euitandum scandalum, tenetur se præsentare proprio Parocho, & illi se ostendere sine peccato mortale, & hoc erit ei loco cõfessionis. D. Thom. 4. sentent. d. 17. q. 3. ad 3.

Vel debet confiteri venialia, & illa habere pro materia confessionis, & sic adimplebit præceptum Ecclesiæ.

QVAE-

Digitized by Google

QVAESITVM XXXV.

SVMMARIVM.

1 *Laico nullo modo potest fieri confessio sacramentalis.*
2 *Confessio debet fieri proprio Parocho, & omnibus Religiosis, siue Presbyteris ad audientiam confessionis admissis.*
3 *Omnes Sacerdotes in articulo mortis habent potestatem absoluendi.*
4 *Quis sit proprius Parochus explicatur.*

An confessio sacramentalis possit fieri laico, vel cuicunque Sacerdoti ad libitum pœnitentis?

1 DIC. Quod laico nullo modo potest fieri, quia non habet claues Ecclesiæ, & consequenter non potest absoluere, nec ligare. Nauar. c. 4. de pœnit. d. 6. num. 73. Sot. 4. d. 16. q. 4. art. 1. Et qui dicunt confessionem posse fieri laico, intelligendi sunt id licere, non ad petendam absolutionẽ. quam ille dare nequit, sed ad petendum consilium super peccatis, & tunc illa confessio non est sacramentalis.

2 Quoad Sacerdotem, dic, debere fieri proprio Parocho, qui habet iurisdictionem ordinariam in sua Parochia, quæ potestas ordinaria principaliter est in Summo Pontifice, qui est ordinarius ordinariorum. c. cuncta per mundum. d. 93. Secundo est in Episcopis in eorum Diœcesibus. Tertio in Parochis in eorũ Parochijs.

Alij Confessores, vt sunt Religiosi, vel etiam Presbyteri sæculares approbati ab Episcopis, vel si à Papa eis concessum sit, vt sunt pœnitentiarij, dicuntur habere iurisdictionem delegatã.

3 Sunt etiam, qui habent iurisdictionem à iure, vt sunt quilibet Sacerdotes in articulo mortis, ad absoluendum quemlibet pœnitentem à quibusuis peccatis, & censuris. Conc. Trid. sess. 14. c. quoniam igitur. Nauar. in Manual. c. 26. num. 26.

4 Est igitur confessio facienda proprio Parocho, vel alteri Sacerdoti

Digitized by Google

cerdoti approbato de eius licentia, & proprius Parochus in hoc proposito dicitur Summus Pontifex in toto Mundo, Episcopus in sua Diœcesi, & Parochus in sua Parochia, & de licentia dictorum alter approbatus, quæ licentia debet peti, & concedi non solum semel in anno, quando præceptum adimpletur, sed semper, quando quis confiteri teneatur, vel velit. Nauar. c. 4. num. 1. & ratio est licentiæ petendæ, quia licet alienus Sacerdos fuerit approbatus ad confessionem ab ordinario, à quo approbari debet, tamen non habet iurisdictionem in Ordine ad pœnitentem, & ideo est petenda licentia, vel ab ordinario pœnitentis audiendi confessionem ipsius, vel à Parocho ipsius pœnitentis.

QVAESITVM XXXVI.

SVMMARIVM

1 *Licet petere licentiam alteri confitendi multis de causis.*
2 *Parochus non debet esse difficilis ad concedendas huiusmodi licentias alteri confitendi.*
3 *Proprius Parochus quis sit explicatur.*

An si proprius Parochus sit exosus pœnitenti, liceat petere licentiam confitendi alteri confessori approbato?

1 DIC. Quod sic, & sunt plures causę: prima, quando esset exosus ipsi pœnitenti; secunda, quando esset imperitus. c. 1. de pœnit. d. 6. tertia, quando proprius Parochus esset fractor sigilli, & hæc esset causa iustissima, si haberet hoc nomen in Parochia: quarta, quando esset mali nominis, & maximè circa venerea: quinta, si timeret pœnitens aliquod malum sibi temporale, vel spirituale, si confiteretur proprio Parocho.

2 Et proprius Parochus non debet esse difficilis in concedēda huiusmodi licentia, quia de iure concedendæ sunt, imò, si iusta de causa pœnitens licentiam petierit, & non obtinuerit, poterit etiam

Digitized by Google

etiam ea non obtenta alieno Sacerdoti, approbato tamen ab ordinario confiteri, quia pro obtenta habetur, cum malitia negatur. vide Nauar. c. 17. num. 100. & in c. placuit de pœnit. d. 6. num. 4.

3 Sciendum tamen, dici proprium Sacerdotem quicunque habet priuilegium à Summo Pontifice audiendi confessionem quorumcunque fidelium, vt sunt Religiosi dummodo sint approbati ab ordinario.

Nota hic, quod in Paschate tenetur quis confiteri proprio Parocho, sed si confiteretur Cõfessori delegato, & approbato, adhuc dicitur confessus proprio Parocho, idem dic, si confessus fuerit alieno Parocho, qui antea fuerat approbatus ad confessiones; idem dic, si cõfiteatur regulari approbato.

Sic etiam Confessores quicunque habent licentiam ab Episcopo audiendi confessiones suorum subditorum, dicentur in hoc proprij Sacerdotes, nec opus habent alia licentia Parochi proptij ordinarij.

Sed in Ciuitate, & Diœcesi Beneuentana, quod etiã à meis Prædecessoribus Curiæ Archiepiscopalis officialibus obseruatum fuit, obseruaui ego, vt in approbationibus Religiosorum ad confessiones adderem, vt audire possint in Ecclesijs sui Ordinis, & extra de licentia Parochorum.

QVAESITVM XXXVII.

SVMMARIVM

1 *Confessio venialium potest fieri cuilibet Sacerdoti.*
2 *Sed non debet fieri propter scandalum si sequatur.*

An confessio venialium sit facienda proprio Parocho, vel sufficiat illa confiteri cui libuerit, etiã Sacerdoti non approbato?

1 DIC. Quod potest pœnitens, cui voluerit confiteri, quia pro his non requiritur iurisdictio, nec absolutio, nec illa tene-

Digitized by Google

la tenetur quis confiteri. Caiet. in Summ. verb. Absolutio, & est communis sententia.

Tamen debent ab huiusmodi confessionibus abstinere simplices Sacerdotes, & non approbati ob periculum, & scandalum, quod sequi posset, quia, cum non possit audire confessiones, nisi approbatus, vt clarum est, quomodo probabunt, eos non audire, nisi venialia; ideo tutius est abstinere.

QVAESITVM XXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitens ratione peccati secreti non sortitur forum, sicut in delictis quoad forum exterius.*

2 *Pœnitens in quolibet loco, in quo reperitur potest confiteri, & absolui.*

Quis dicatur proprius Parochus pœnitentis tempore, quo debet confiteri?

1 DIC. Quod pœnitens ratione peccati secreti, quod confiteri debet non sortitur forum, vt in delictis, quoad forum exterius, vt habetur in c. finali de foro competenti, nam in foro interiori conscientiæ dicitur, Vbi te inueniam, ibi te iudicabo. Abb. in c. quod autem de pœniten. & remis. num. 4. & 5. & in c. cum contingat de for. competen. Glos. in c. placuit. 16. q. 1.

2 Hinc pœnitens in quolibet loco, in quo reperitur tempore cõfessionis poterit confiteri, & absolui, & satisfacere præcepto dummodo confiteatur proprio Parocho illius Parochiæ, in qua reperitur. P. Abb. de pœnit. ad 4. & cum redierit ad Parochũ suum proprium, poterit illi præsentare fidem suæ confessionis.

QVAESITVM. XXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitens peccat mortaliter, si confiteatur peccatum mortale, quod non fecit.*

2 *Qui*

Digitized by Google

2 *Qui confitetur veniale quod non fecit peccat mortaliter, quando facit venialia materiam confessionis*

3 *Secus est, si non facit venialia materiam confessionis.*

4 *Non peccat qui miscet in confessione peccata venialia falsa cum venialibus veris.*

An peccet pœnitens si mentiatur in confessione?

1 DIC. Quod peccat mortaliter, si confiteatur peccasse mortaliter, quod non est verum, & non potest absolui, nisi confiteatur hoc peccatum mendacii de nouo factum, & confessio est nulla, & iteranda, si autem confiteatur de peccato dubio, vti certo, & hoc propter conscientiæ securitatem non peccat, secus si animo decipiendi confessorem, quia tunc peccaret mortaliter.

2 Qui vero confitetur veniale, quod non fecit peccat mortaliter, quando tamen facit venialia materiam confessionis Caiet. Secunda Secundæ. qu. 69. art. 1. idem in Summ. verb. confessio, secus si non facit materiam confessionis de venialibus, nam tunc faciens materiã confessionis ipsa venialia pertinent ad forum confessionis, vt materia principalis.

3 Licet possit excusari pœnitens, quando in illo veniali, in quo mentitur, non intendit facere materiam confessionis. Sot. 4. d. 18. qu. 2. art. 4. Imò potest pœnitens in Confessione quædam venialia confiteri, & quædam tacere, etiam si de ipsis à Cõfessore interrogaretur. Sot. de ratione tegen. membro 2. q. 2. quod procedit etiam si proposuisset confiteri illa. Nauar. c. 21. num. 37. contra Caiet. qui tamen intelligendus est, vt supra. vt etiam defendit Magister Mauritius de Gregorio in suo Abecedario Casuum conscientiæ.

4 Idem dic, quod non peccat mortaliter pœnitens, si miscet venialia falsa cum venialibus veris, secus, si solummodo confiteretur venialia falsa, ob irreuerentiam sacramenti non ratione mendacij. de Grass. lib. 1. c. 10. num 6.

Hic

Digitized by Google

Hic adde peccare mortaliter, qui ob humilitatem confitetur peccatum mortale, quod non fecit, quia ob humilitatem efficitur, quod non erat, idest peccator, vt D. August. habetur in c. cum humilitatis 22.q.2. Nota hic, quod furans rem plurium Dominorum videtur committere plura peccata, vt colligitur ex definitione intellige materia sufficiente ad peccatum.

QVAESITVM XXXX.

SVMMARIVM.

1 *Non peccant Sacerdotes, vel laici, qui in confessione generali confitentur commisisse omnia peccata etiam illa quæ non commiserunt.*

An peccent Sacerdotes, siue laici, qui in confessione generali confitentur commisisse omnia peccata etiam illa, quæ non commiserunt?

1 DIC. Quod non, quia tunc loquuntur in persona Ecclesiæ, nam nullum est peccatum, quod non reperiatur in aliquo membro Ecclesiæ, vt Gloss. in c. humilitatis 22.q.2.

Imò si sunt laici, dicendum est, quod, quando confitentur vnum peccatum, sunt in illo multa peccata, vt qui peccat peccato mortali, quia occidit hominem, & animam suam, peccato furti, quia subtrahit se Deo, peccat peccato adulterij, quia fornicatur cum Diabolo, & ita non mentitur.

Et cum non habet mortalia, illa confessio generalis intelligenda est de venialibus, vt doctissimè de Grassijs. lib. cit. num. 13. & vltimo.

QVAESITVM XXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitens debet vltra mortalia confiteri circumstantias peccatorum*

2 *Circum-*

Digitized by Google

2 *Circumstantiæ peccatorum quæ sint explicantur.*
3 *Quæ sint necessario confitendæ explicantur.*
4 *Circumstantiæ aggrauãtes peccatorum in eadem specie non sunt necessario confitendæ.*
5 *Circumstantiæ mutantes speciem sunt necessrio confitendæ.*
6 *Circumstantiæ in infinitum, in eadem specie sunt necessario confitendæ*

An pœnitens vltra peccata debeat confiteri circũstantias, & quas?

1 DIC. Quod peccator pœnitens vltra mortalia debet etiã
2 confiteri circumstantias ipsorum peccatorum, vt in hoc versiculo: Quis, Quid, Vbi, Quibus auxilijs, Cur, Quomodo, Quando.

Quis denotat circumstantiam personæ, quæ peccauit, vt si Religiosus, vel Religiosa, vel in dignitate constitutus, hoc in peccato carnis.

Quid, denotat circumstantiam ipsius operis mali, quod cõmisit, vt si est peccatum mortale, vel veniale, occultum, vt furtum, publicum, vt rapina.

Vbi, denotat locum, & hoc, quãdo fit iniuria loco sacro per peccatum, vt est per effusionem sanguinis, vel seminis, aut per furtũ, aut extractionẽ hominis, & similia, & non alijs peccatis.

Quibus auxilijs, denotat circumstantiam eorum, qui sunt inducti ad peccandum.

Cur, denotat circumstantiam finis, quando etiam ad malum finem factum est peccatum.

Quomodo denotat circumstantiam modi quo factũ est peccatũ, vt in casibus luxuriæ, si extra vas, vel intra vas naturale.

Quando, denotat circumstantiam temporis, vt si in die Solemnis Festi, vel Vigiliarum.

Hæ circumstantiæ dicuntur, quia circumstant ipsum peccatum, & sunt appendices, & adiunctiõnes peccatorum, & non reperiuntur omnes in quolibet peccato, vt plurimum, sed ali

Digitized by Google quæ

quæ in vno peccato, & aliquæ in altero, nam exquisitissimus esse peccator, qui in vno peccato omnes has circumstantias compleret.

3 Et pro intelligentia sciatur solummodo illas circumstantias esse confitendas, quæ variant peccatum, vel augendo, vel diminuendo.

Hinc sunt aliquæ circumstantiæ, quæ non sunt confitendæ, quia sunt impertinentes, & nihil pertinent ad peccatum, nec augendo, nec minuendo, vt peccare cum veste noua, vel scissa, ferire cum dextra, vel sinistra, & similibus, & istæ sunt omnino reijciendæ.

Sunt etiam aliquæ circumstantiæ, quæ dicuntur minuentes peccatum, quæ si minuunt peccatum, vt reddant de mortali, veniale, vel nullum, sunt omnino confitendæ, vt qui non ieiunauit, quia infirmus, percussit, quia casualiter, & similibus.

Sed si minuunt aliquantulum, attamen relinquunt peccatū, in sua specie, non sunt confitendæ, vt peccaui, quia tentatus à Diabolo, vel à praua conuersatione, quia in confessione debet peccator se accusare non excusare.

Sed si confiteri huiusmodi circumstantias remoueret aliquod scandalum à confessore, vt quia alias reputaret eum peccatorem in aliquo genere peccati, quod non est, nisi cum illa circumstantia, pro illa vice esset confitenda circumstantia, remoueretur scandalum à Confessore erga pœnitentem, vt si dicat furatus sum, quia paupertate angebar, sic etiam si à Confessore interrogaretur. Nauar. c. 6.

4 Sunt & aliæ circumstantiæ, quæ dicuntur aggrauantes peccatum in eadem specie, vt grauius est furari centum, quam decem & hæ non sunt necessariæ confitendæ. D. Thom. 4. sent. d. 16. q. 3. art. 2. Scot. & Bonauent. d. 17. Nauar c. 6. num 7. sed laudabile esset eas confiteri secundum mentē Alberti propter restitutionem.

5 Sunt, & aliæ circumstantiæ, quæ dicuntur mutantes speciem peccati, quia mutant speciem ipsius de vno peccato in aliud, & habent deformitatem particularem distinctam ab ipso peccato vt pec-

Digitized by Google

vt peccatum carnis cum consanguinea, quia est incestus,& mutat speciem. Vbi nota peccantem cum consanguinea debere exprimere gradum, maximè si fuerit primus,vel secundus, nam in his delinquitur contra ius Diuinum, & maiorem turpitudinem habet. Nauar. c. 7. num 4. Sed non est exprimenda persona cum qua peccatum fecit. Huiusmodi ergo circumstantiæ mutantes speciem, sunt omnino confitendæ, quæ etiam dicuntur aggrauantes in infinitum, in altera specie peccati posset tamen taceri quando timeretur, quod veniret in cognitionem Confessoris persona, cum qua est peccatũ,vt suo loco dicetur.

6 Sunt & aliæ circumstantiæ, quæ aggrauant infinitè in eadem specie, & faciunt, vt peccatum de per se viniale, sit mortale,addita circumstantia, vt vsus ciborum lautorum exquisitè posset esse veniale, sed si adhiberetur ad luxuriandum, vel inebriandum, esset mortale hac circumstantia, & hæ sunt confitendæ.

Sunt, & aliæ circumstantiæ, quæ constituunt, vt peccatum mortale ob vnam causam, sit etiam mortale ob aliam causam, vt occidere, ob furari,vel furari,ob fornicari, & similia, & hæ sunt necessariæ confitendæ. D. Thom. 4. d. 15. q. 1. art. 6.

Sed notetur regula circa confessionem circumstantiarum, quod illæ circumstantiæ sunt omnino confitendæ, quæ vltra prauitatem actus, qui est peccatum repugnant etiam principaliter rationi. D. Thom. Prima Secundæ, qu. 18. art. 10.

Vel illæ circumstantiæ sunt necessario confitendæ, quæ sunt prohibitæ aliquo particulari præcepto. Scot. 4. sentent. d. 14. quæst. 2.

QVAESITVM XXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Status personæ, quæ peccat, vel eius cum qua peccat regulariter non est exprimendus: Sed in aliquibus casibus, quæ omnes explicantur.*

An persona, quæ peccat, est omnino confitenda,

Digitized by Google

vt circumſtantia, vel cum qua peccat?

1 DIC. Quod non regulariter, ſed illa perſona eſt confitenda, cui eſt annexum aliquod præceptum, per quod peccando aduerſatur ſuo ſtatui, vt ligatus per votum, ſiue ſolemne, vt Religioſus, ſiue priuatum, & ſimplex, ſiue per ordinem ſacrum, huiusmodi perſonæ ſunt confitendæ, ſi contra caſtitatem peccauerunt, ſic etiam cum qua peccauerunt, ſi aliquo dictorum obligata erat. Similiter eſt cõfitẽda perſona peccans ratione ſcandali illati, vt quando peccaſset perſona indignitate conſtituta, quæ mortaliter ſcandalizaret alios. vide D. Thom. in quæſtione de malo q. 7. art. 7.

Sic etiam erit confitenda perſona, cũ qua peccatum eſt quãdo mutatur ſpecies peccati, vt ſi peccauit quis cum muliere, debet exprimere, ſed non nominare, ſi eſt propinqua, quia eſſet inceſtus, ſi Religioſus, vel Religioſa, eſſet ſacrilegiũ, ſi virgo, eſſet ſtuprum, ſi coniugatus, vel coniugata, eſſet peccatum adulterij, ſi vtraque perſona ſit coniugata eſt duplex adulterium, & exprimendum. Nauar. c. 6. num. 5.

Sed ſufficit exprimere in confeſsione peccaſſe cum propinqua ſua in tali, vel tali gradu, puta, ſecundo, vel tertio, nec eſt neceſſe exprimere, ſi propinquitas eſt ex conſanguinitate, vel affinitate, quia affinitas, & conſanguinitas non mutãt ſpeciem, ſed gradus mutat ſpeciẽ. D. Th. Secunda Secundæ. q. 164. ar. 1.

Similiter, qui peccauerit cum perſona ſacra, debet exprimere ſi eſt Monachus, vel Clericus ſecularis, in ſacris conſtitut⁹, quia caſtitas in Monacho eſt ex voto, quod eſt de eſſentia Religionis, ſed in Clerico in ſacris conſtituto eſt ex præcepto, quod eſt quodam extraneum, ſed in Clerico in minoribus nõ eſt exprimendum, quia non committitur ſacrilegiũ, vt in antedictis perſonis, & qui peccauit, ſi eſt perſona Religioſa, vel Clericus ſecularis in ſacris, debet exprimere qualitatem ſuam, ſe eſſe talem, qui eſt, quia eius peccatum mutat ſpeciem ob iniuriã à ſe factam in eademmet eius perſona profeſsioni, vel Ordini ſacro, & eſt circumſtantia mutans ſpeciem.

QVAE-

Digitized by Google

QVAESITVM XXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Peccans cum filia ſpirituali ex baptiſmo, vel confirmatione, vel ex confeſsione, vel deflorans virginem, debet has omnes circumſtantias in confeſsione explicare.*

An qui peccauit cum filia ſpirituali ex baptiſmo, vel ex confirmatione, aut cum ea, quam audiuit in confeſſione, & qui defloraſſit Virginem debeat exprimere has circũſtantias in confeſsione?

1 DIC. Quoad primum, quod ſic, quia eſt circumſtantia mutans ſpeciem, & vocatur inceſtus ſpiritualis, quoad ſecundum dic etiam, quod ſic, ſecundum veriorem opinionem, licet aliqui dicant, quod ſi puella ſponte conſentit, vel leuiter exorata, non eſt exprimenda circumſtantia defloratiõnis, quia conſideratur ac ſimplex fornicatio. Sot. 4. ſent. diſt. 1. art. 4. Sed D. Thom. dicit eſſe neceſſario exprimendam circumſtantiam ſtupri, quia puella, quantũuis libera, non eſt domina ſuæ virginitatis. Secunda Secundæ. qu. 154. cui concordat Caiet. In raptu, & violentia, dic idem.

QVAESITVM XXXXIIII.

SVMMARIVM

2 *Vouens non fornicari, vel non occidere, ſi contrafaciat debet in confeſsione exprimere.*

An qui nouit non forniçari, vel non occidere, ſi poſtea contrafecerit teneatur exprimere?

1 DIC. Quod ſic, quia duplex peccatum commiſit, & duplici prohibitione vetebatur facere, nempe lege Dei, &

Digitized by Google

voto. Et nota, quod votum ligat plus, quam Iuramentum, vt alibi etiam dictum est.

QVAESITVM XXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Peccatum scandali necessario est confitendum in confessione.*
2 *Faciens opera necessaria ad salutem, si ex illis alij scandalizantur, non propterea peccat, imò peccaret, si omitteret.*

An qui dans scandalum proximo, fuerit causa illius peccati, vt mulier fucata hærens fenestræ, data opera ad finem alliciendi ad libidinem est causa, vt multi peccent mortaliter debeat exprimere hanc circumstantiam scandali?

1 DIC. Quod sic, vnde debet mulier confiteri se ornasse, & illic læsisse ad finem prouocandi ad libidinem.

Et hic sciatur, quod qui facit aliquod opus bonum ex se, vel indifferens, sed alij putant malum, & ipse scit, & non abstinet, debet confiteri hanc circumstantiam, quia fuit causa scandali alijs. Nauar. c. 6. num. 19.

Sed hoc non intelligas de operibus necessarijs ad salutem, quia tunc non debet homo omittere bene operari ob scandalum aliorum, sed intellige de operibus bonis, de consilio, & quando aliqui simplices scandalizarentur ex infirmitate naturali, & ex ignorantia, secus, si ex malitia.

2 Sciatur etiam hic eum, qui non intendit scandalizare alios, sed alij ex ipsius facto, vel dicto scandalizantur, & ipse scit, & non abstinet teneri in confessione exprimere hanc circumstantiam, quia fuit causa alijs mali, sed si nesciuit, & accidit alios scanda-

Digitized by Google

ſcandalizare non teneri confiteri, quia fuit cauſa ſcandali per accidens ſine culpa. Facit ad hoc propoſitum verſus Poetæ Taſſi.

Bellezza homicida, & innocente.

Hunc verſum oſtendit mihi Muſarum amicus Ioannes Baptiſta Sperelli de Monteſarchio, vir genere, & virtutibus nobilis, ſed perſona, & aſpectu dignus imperio, compater meus chariſsimus, quo ſe iactat Socero Dominus Octauius Talentius, V. I. D. Beneuentanus.

QVAESITVM XXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Furans debet explicare quantitatẽ, qualitatem, & intentionẽ.*
2 *Regula ad cognoſcendum quando furtum ſit ſacrilegium.*
3 *Sacrum eſt quintuplex.*

An cum quis furatus eſt ſufficiat confiteri ſe furatum eſſe?

1 DIC. Quod non, ſed debet exprimere quantitatem, & qualitatem, & animum ad hoc, vt confeſſor poſſit diſcernere, nam ſi furtum fuit paruæ quantitatis non eſt peccatum mortale regulariter, niſi habuiſſet animum furandi notabilem quantitatem, quia tunc furtum in parua quantitate eſſet peccatum mortale.

Si vero furtum fuit rei ſacræ, eſt ſacrilegium, ſicut in loco ſacro, non fuiſſet factum; ſimiliter, ſi res non ſacra fuiſſet ablata de loco ſacro. Itaque ſacrilegium eſt furari ſacrum de ſacro, & non ſacrum de ſacro, & ſacrum de loco non ſacro, & huiusmodi circumſtantiæ ſunt confitendæ, quia mutãt ſpeciem.

2 Et ad cognoſcendum, quando committatur ſacrilegium in furto, ſciatur ſacrum eſſe quintuplex. Primo dicuntur ſacrum ipſa ſacramenta. Secundo dicuntur ſacrum vaſa dedicata pro miniſterio ſacramentorum, vt Calices, & Patenæ. Tertio dicũ-

Digitized by Google

tur sacrum vestimenta Sacerdotalia. Quarto dicuntur sacrum introitus & redditus Ecclesiarum, destinati per seruitio ipsarũ. Quinto dicuntur sacrum etiam personæ sacræ, sed in personis sacris vltra peccatum sacrilegij est etiam excõmunicatio contra offendentes eas, vt dixi de censuris Ecclesiasticis fusius.

QVAESITVM XXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Circumstantia loci sacri est confitenda in illis peccatis, quæ specialiter sunt prohibita.*

An circumstantia loci sacri sit in omni peccato?

1 DIC. Quod non, sed tantum illa peccata habent circumstantiam necessario confitendam, quæ ex particulari præcepto sunt prohibita fieri in loco sacro tanquam illi magnam iniuriam afferentia, & illum maculantia, vt sunt effusio sanguinis, & seminis humani, & violentia confugentibus ad illum, & ratio est quia Ecclesia est domꝰ pacis, & castitatis, & securitatis.

Hinc sequitur alia peccata quæ fiunt in Ecclesia non habere circumstantiam loci necessario confitendam.

Nota, quod faciens iudicium temerarium, non tenetur in confessione exprimere super quo fecerit, quia est actus differens, & merè interior, sed debet pœnitere, & sufficit dicere in re graui.

QVAESITVM XXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Cogitans in Ecclesia adulterari, vel occidere non tenetur hanc loci circumstantiam confiteri.*

2 *Secus si hoc cogitauit intra Ecclesiam committere, etiam manens extra Ecclesiam.*

An

Digitized by Google

An qui cogitat adulterari in Ecclesia existens extra Ecclesiam, vel existens intra Ecclesiam cogitat interficere, vel adulterari extra, debeat confiteri circumstantiam loci?

1 DIC. Quod non debet confiteri circumstantiam, si intra Ecclesiam manens cogitauit occidere, vel adulterari extra, verum, si extra concipiat occidere aliquem in loco sacro, debet confiteri circumstantiam loci. Nau. c. 6. num. 15. Sot. 4. d. 18. q. 2. art. 4. Sylu. verb. circumstantia num. 9.

2 Nota hic, quod habere actum matrimoniale in Ecclesia, polluit Ecclesiam, nisi ex necessitate fieret, vt ex longa obsidione, & secretè, & ad procreandum, vel ad euitandum pollutionem, & similia.

QVAESITVM XXXXIX.

SVMMARIVM

1 *Faciens opus bonum ad malum finem peccat mortaliter, & necessario debet hanc circumstantiam confiteri*

An qui facit opus bonum, sed ad finem malum, puputa, largitur eleemosinam pauperi mulieri ad finem trahendi illam ad libidinem, debeat confiteri circumstantiam?

1 DIC. Affirmatiuè, quia ratione finis peccauit mortaliter, & aduertat pœnitens finem in quacunque actione, quia à fine quæcunque actio trahit suum esse, & ab intentione, qua quis operatur, hinc versus.

Quicquid agunt homines, intentio iudicat omne.

& Deo non placet virtus, sed causa virtutis.

QVAE-

Digitized by Google

QVAESITVM L.

SVMMARIVM.

1 *In peccatis carnalibus debet explicari modus actus carnalis.*
2 *Explicantur species peccati contra naturam.*

An in peccatis carnis sit exprimendus modus actus carnalis?

1 DIC. Quod sic, quia non sufficeret dicere in confessione peccaui cum muliere, sed exprimere, si illam, vel rapuit, vel violauerit, si modo naturali, vel contra naturã & similibus.

2 Et hic sciendum esse plures species peccati contra naturam, vnam grauiorem altera. Prima est mollities, quæ est peccatum mortale maximum. Secunda est cognoscere mulierem, in debito vase, sed modo indebito ad impediendã generationem, vt quando non seminat in vase debito, sed circa, & hoc est grauius peccatum. Tertia est habere rem cum muliere extra vas naturale, & hoc vocatur peccatum innominatum, & est peius dictis. Quarta est actus Sodomiticus tam masculi cum masculo, quam faminæ cum fœmina, & hæc est grauior cunctis.

Et quando Episcopus sibi reseruauit casum Sodomiticum, intelligitur reseruatio de vtroque modo in quarta specie dicto. Sed quando reseruaret peccata contra naturam, intelligeretur de omnibus prædictis speciebus, ac etiam de bestialitate, quæ est omnium pessima.

Nota hic, quod inter circumstantias mutantes speciem, vel aggrauantes, est etiam peccatum cum nutrice, item cum ea, cum qua nomine alterius contracta est cognatio spiritualis, vt Procurator cum puella immatura.

QVAE-

Digitized by Google

QVAESITVM LI.

SVMMARIVM.

1 *Circumstania quoties est necessario confitenda, vel in speciali, vel in generali, & quomodo hoc fit explicatur.*

2 *Circumstantia quando non est necessario confitenda.*

An circũstantia quoties, & quando sit necessario exprimenda in confessione?

1 DIC. Quoad quoties, quod sic secundum Raymundum, qui dicit esse exprimendam, vt circumstantiam, licet alij negent, affirmantes quod pertinet ad substantiam, vel essentiam peccatorum, quia numerus illorum est necessario exprimendus, vel in speciali, vel saltem in confuso, vt in meretrice, quæ si non potest recensere numerum, saltem dicat tempus, quãdiu fuit in peccatis, & si fuit publica meretrix, debet addere, quod admisit omne genus personarum, siue solutarum, siue coniugatarum, siue Religiosarum, aliter non satisfaceret cõfessioni circa numerum. Circumstantiam, quoties, aliquando numerum, aliquando verò denotat frequentiam actus, & est circumstantia, quæ potest mouere confessorem ad negandam, vel differendam absolutionem, ob frequentiam. Vbi notandũ, quod qui confessus est pluries, nihil cogitans de numero, nec interrogatus fuit, fecit confessionem validam, stante eius bona fide: sed si in mala fide constitueretur, debet reiterare omnes confessiones præteritas.

2 De circumstantia [quando] dic, non esse necessario exprimendam, quia præcepta Diuina non obligant secundum sensũ spiritualem, sed secundum literalem. Sot. lib. 2. de Iust. & Iur. q. 4. art. 4. Si verò pœnitens principaliter habuerit intentionẽ violandi

Digitized by Google

violandi festum peccando, bonum esset dicere circumstantiam Festi. Est diligens interrogator circumstantiarum in confessionibus, D. Christianus Priccius, meus ex sorore Nepos, Parochus sancti Martiani, terræ Ceruinariæ, sicut, & iurium Ecclesiæ suæ Defensor Accerrimus, quē imitatur studendo pro sacrs Confessionibus audiendis, præparans se ad rigorosum examē, D. Ioannes Blasius Nepos meus ex fratre Ascanio, qui existens vnus ex electis Patriæ, & Præfectus militum nouæ Militiæ eiusdem, & vicinarum terrarum in expulsione Turcharum à Littoribus Apuliæ hoc anno infirmatus Domi suæ piè defunctus est, & hoc memoria Intrepidi, & Robusti viri, & Fratris mei Amantissimi.

QVAESITVM. LII.

SVMMARIVM.

1 *Peccans spe veniæ animo perseuerandi, est peccatū præsumptionis, & confitendum.*

2 *Secus, si peccet spe veniæ animo abstinendi.*

An qui peccat sub spe veniæ debeat exprimere in confessione hanc circumstantiam?

1 DIC. Quod peccare sub spe veniæ cum animo perseuerandi est peccatum præsumptionis, & auget peccatum, & ideo exprimenda hæc circumstantia. D. Thom. Secunda Secundæ. q. 21. art. 2.

2 Sed peccare sub spe veniæ animo abstinēdi à malo, diminuit peccatum, quia habuit voluntatem transitoriam, & non pertinacem in peccato, & ideo hæc circumstantia non est cōfitenda.

QVAESITVM LIII.

SVMMARIVM.

1 *Cogitans occidere toties peccat, quoties cogitat, si consentiat.*

2 *Secus in peccatis externis, quæ opere complentur, quando multiplicatur*

Digitized by Google

tiplicatur opus, & tendit ad vnum finem.

3 *Hoc limitatur in alijs casibus, qui assignantur.*

An qui multoties cogitat occidere, toties peccet mortaliter, & debeat exprimere in confessione?

1 DIC. Quod sic, quia toties peccauit mortaliter, dummodo consenserit, idem dic de alijs peccatis internis, nam in his internis, quæ consensu consumantur, quoties volũtas interrupta renouatur, toties de nouo fit peccatum mortale: do exemplum; quis cogitat mœchari, & manet in hac cogitatione per diem integrum, deinde interrumpitur voluntas cogitando alia, iam peccauit mortaliter in illo primo cogitatu, deinde iterum cogitat mœchari, & consensit, iterum peccat mortaliter, & toties peccabit, quoties interrupta voluntas ad ad alia reuocetur ad iterum cogitandum de mœchando, & similibus. Itaque in peccatis, quæ voluntate perficiuntur, & internè hoc modo numerus multiplicatur, & confitendus, aliàs confessio non est integra.

2 Sed in peccatis externis, quæ complentur opere, non sunt plura peccata, quando multiplicatur opus, & tendit ad vnum finem, etiam si voluntas interrumpatur, & ad diuersa trahatur, vt qui loquitur cum muliere lasciua, si deinde ipsam osculatur & postea amplectitur, & postea cum ea peccat, sunt ista vnum peccatum, quia ad vnum facta sunt finem.

Sed si fuissent colloquia, & oscula, & amplexus, tantum ad delectandum in ipsismet seperatim, nil cogitans de coitu, & deinde de hoc etiam cogitaret, essent hæc omnia distincta peccata.

3 Sic, qui eodem tempore dicit plura mendacia, vel plura verba iniuriosa, vnum est peccatum, ratione continuationis, cap. cum haberet de eo, qui du. in matrim. Bart. in l. Item apud ff. de Iurejurando. §. primo, sic qui pluries eodem tempore percutit Clericum in vnam tantum Excommunicationem incidit, licet verba fuerunt plura. c. cum pro causa de sent. excom. Et ideo vnum peccatum commisit, & vna indiget absolutione

Digitized by Google

lutione ab excommunicatione, quamuis vnica absolutione posset quis absolui à pluribus excommunicationibus, imò, & à peccatis, vt suo loco dicetur.

QVAESITVM LXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitens qui tacet peccatum mortale in confessione, peccat mortaliter.*

2 *Ex industria duos habens confessores, vt vni grauia, alteri læuia confiteatur, vt æstimetur bonus peccat mortaliter.*

3 *Secus si hoc non faciat ex industria, sed in aliquo casu, ne perdat famam bonam, quam habet cum suo ordinario Confessore.*

An qui ex erubescentia tacet in confessione, vel alia causa iniusta dicere aliquod peccatum in confessione. peccat mortaliter?

1 DIC. Quod peccat mortaliter. Sylu. in verb. confessio. 1. num. 12. & ratio est, quia integritas confessionis est de Iure Diuino. Conc. Trid. sess. 14. c. 5. sic etiam peccat mortaliter, qui ex lata sua culpa non bene recordatur omnia peccata.

2 Et notetur hic, eum, qui ex industria duos habet Confessores, vt vni grauia, alteri leuia confiteatur, & hoc, vt æstimetur bonus ab illo, cui leuia confitetur, hunc talem peccare mortaliter, quia videtur fallere Confessorem, faciendo se credere talem, qualis non est.

3 Sed si quis semel incideret in mortale, quod non solet facere, si confiteatur alteri illud ad conseruandum bonum nomẽ cum primo Confessore, hic non peccat, debet ergo pœnitens esse cautus in exprimendo huiusmodi circũstantias, & in cuius defectu diligens, & prudens Confessor debet inquirere à pœnitente per modos solitos, & necessarios ad hoc, vt sit integra cõfessio, ad quam integrè faciendã tenentur omnes fideles cũ primum ad vsum rationis peruenerint, quod solet esse circa septen-

Digitized by Google

ſeptennium, vel etiam prius, vbi malitia, vel prudentia ſupplet ætatem.

Nota hic, quod circumſtantia, quoties regulariter pertinet ad numerum, ſed ob frequentiam actus eſt circumſtantia notabiliter mouere potens Confeſſorem, & ideo confitenda communis opinio, eſt etiam confitenda circumſtantia ſcandali ad peccata.

De Conditionibus Confeſſionis.

QVAESITVM LXV.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio ſexdecim habet conditiones, & omnes enumerantur.*
2 *Ex quibus quatuor ſunt neceſſariæ, & quæ ſint.*

An Confeſsio debeat habere aliquas conditioes, ſeu qualitates, vt ſit perfecta?

1 DIC. Quod debet habere has ſexdecim contentas in his verſibus:

Sit ſimplex, humilis, confeſsio, pura, fidelis,
Atque frequens, nuda, diſcreta, libens, verecunda,
Integra, ſecreta, lachrymabilis, accelerata,
Fortis, & accuſans, & ſit parere parata.

Nauar. in c. Fratres. de pænit. à num. 2. vſque ad 106. & D. Thom. 4. ſentent. d. 17. q. 3. art. 3. & 4. D Anton. 3. p. tit. 14. c. 5. §. 2. Sed nunc ad rem.

I. Simplex, ideſt, vt ſit clara ſine plica, & in volucro verborum, & ſine generalitate, ſed verbis claris, & diſtinctis.

II. Humilis, vt fiat ſignis animi ſubmiſſi, & modeſti, flexis genibus, & diſcooperto capite, licet etiam valeat cõfeſsio operto capite, & ſtante, ex cauſa iuſta. Caiet. verb. Confeſſio.

III. Pura, ideſt ſine mixtione impertinentium, accum recta intentione.

IIII. Fidelis, ideſt ſine mendacijs.

Digitized by Google

V. Fre-

V. Frequens, ideſt, vt ſæpè ſæpius fiat, maximè ab eo, qui ſæpius cadit.

VI. Nuda, vt non occultetur peccati grauitas.

VII. Diſcreta, vt fiat verbis honeſtis, non tamen obſcuris.

VIII. Libens, vt fiat propter Deum, principaliter, non vi, vel metu, licet ſi fiat metu, vel impulſu alicuius, vel quacunq; humana cauſa ſecundario tamen valeat, dummodo adſit contritio.

IX. Verecunda, vt peccata narrentur, non, vt fabulæ, ſeu vt hiſtoriæ, ſed vt facies præ ſe ferat cordis dolorem.

X. Integra, vt nullum peccatum mortale (adhibita diligẽtia) taceatur, puta, cordis, oris, & operis, non ſolum quæ ipſe commiſit, ſed, quæ alter eius cauſa ob conſilium, auxilium, & fauorem, vel non corrigendo, quos debebat, & ſimilibus. Et ſi pœnitens non feciſſet diligentiam debitam de omnibus peccatis, & vrgeret neceſſitas confitendi, & communicandi, ob ſcãdalum, vel periculum, tunc adhibeat diligentiam ſuam illum coadiuuando, vt recte confiteatur.

XI. Secreta, tam ex parte confeſſoris, vt ſeruet ſigillum confeſsionis, aliàs peccat mortaliter, & maximè puniendus eſſet, quam ex parte pœnitentis, qui regulariter debet ſecreto, & ad aures Confeſſoris confiteri, licet qui ex charitate palam confiteretur eius confeſſio eſſet meritoria. Conc. Trid. ſeſſ. 14. c. 5. Nam, vt confeſsio ſit ſecreta, non eſt de eſſentia, neque de præcepto, ſed de conſilio, & hoc ex parte pœnitentis P. Marius de pœnit. in explicatione vndecimæ conditionis.

XII. Lachrimabilis, vt pœnitens habeat veram contritionem, vel ſaltem attritionem, vt poſtea fiat contritus virtute abſolutionis.

XIII. Accelerata, vt ſtatim quis confiteatur peccatum commiſſum, & hoc eſt de conſilio,

XIIII. Fortis, ne pœnitens præ timore, & verecundia peccata taceat.

XV. Accuſans, vt penitens accuſet ſeipſum, non autem Diabolum, vel aliam occaſionem adducat ad ſeipſum excuſandum, quod rogabat Dauid Pſal. 147. Non declines cor meum

Digitized by Google

in

in verba malitiæ ad excusandas excusationes in peccatis.

XVI. Parere parata, vt pænitens sit paratus obedire Confessori in pænitentia iniungenda, aliàs discreta, & honesta.

2 Ex quibus conditionibus quatuor tantum sunt necessariæ, nempe, vt pænitens sit paratus parere Confessori in pænitentia iniungenda, discreta tamen, aliàs non teneretur acceptare, sed acceptando teneretur obedire. Sed tenetur parere circa restitutionem famæ, vel honoris alieni, & cica salutaria consilia.

Sed non teneretur obedire, si iuberet, vt remitteret querelam contra aliquem, quia vindicta secundū iustitiam est à Deo, & virtus, bene tamen obedire in remittendo rancore, & odio particulari, sed tutius, & perfectius est remittere.

Secunda, vt confessio sit fidelis. Tertia, vt sit integra. Quarta, vt sit lachrymabilis.

QVAESITVM LXVI.

SVMMARIVM

1 *Tacere licet aliquid in confessione in tribus casibus.*
2 *Primo quando imminet periculum animæ Confessoris.*
3 *Secundo, quando est periculum propriæ vitæ, vel famæ.*
4 *Tertio, quando infamatur proximus.*
5 *Ratio huius dicti assignatur.*
6 *Dimidians ex verecundia confessionem, peccat mortaliter.*

An possit quis tacere aliquod in confessione, sine vitio confessionis?

1 DIC. Quod sic in tribus casibus. Primo, quando dicen-
2 do aliquod peccatum timeretur periculum animæ ipsius Confessoris, puta, pænitens habuit rem cum fœmina, quam adamabat Confessor, & si sciret illam consensisse alteri, vtique eam solicitaret.

3 Secundo, quado dicendo aliquod peccatum timet pænitens periculum vitæ propriæ, vel famæ, vt qui occidit consanguineū Confessoris, vel furatus est Sacristiam ipsius Confessoris, & si-

Digitized by Google

milia. Et hoc procedit, quando verisimiliter posset Confessor venire in cognitionem iniuriæ, & damni sibi illati à pœnitente, aliàs non esset tacendum, & in hoc casu, si posset taceri tantum aliqua circumstantia ad euitandum, antedicta illa solum tacere potest.

4 Tertio, quando ex confessione alicuius peccati, vel circumstantiæ infamaretur proximus, vt si quis peccasset cum coniuncta in primo gradu, posset Confessor venire in cognitionem personæ, & hoc procedit, quando Confessor cognoscit personas coniunctas pœnitenti, & quando non adest alius Confessor, & quando sine scandalo confessio differri non potest, in his igitur casibus posset taceri aliquod peccatum, vel circumstantia, animo tamen confitendi alteri, cum commoditas erit, & ab alijs pœnitens absolui potest D. Thom. 4. sent. d. 17. q. 3. art. 4. Maior. d. 17. q. 5. Nauar. c. 7. num. 2. & 4. Sot. d. 18. q. 2. art. 5. Qui pœnitens censetur absolutus ab omnibus, & absolutio postea est quædam perfectio præteritæ absolutionis, vt alibi etiam dictum est.

5 Et ratio est, quia, quando occurrunt duo præcepta, vt hic in casu proposito maius debet anteferri minori, & maius est præceptum, conseruare famam proximi, quod est de iure naturæ, quam integritas confessionis, quæ est de iure Diuino positiuo. Nauar. c. 7. num. 3. quamuis alij dixerint contrarium, quod ipse reijcit.

Sed non esset tacendum peccatum, vel circumstantia ipsius quando solummodo timeretur diffamatio existimationis alicuius personæ apud ipsum Confessorem tantum, & nunc esset periculum vitæ, vel famæ ipsius pœnitentis D. Thom. 4. d. 16. q. 3. art. 2. Durand. d. 16. q. 4. D. Bonauent. dist. 22. qu. 2. art. 1. aliàs confessio non diceretur integra.

6 Nec diceretur integra confessio, si pœnitens verecundia ductus medietatem peccatorum confiteretur vni, & alteram medietatem alteri Confessori, quia non esset integra, & esset nutrire Hipocrysim, & hoc de mortalibus, nam de venialibus potest dimidiari confessio, vt supra dictum est, sic etiam non est intelli-

Digitized by Google

intelligendum de peccatis aliàs legitimè confessis, quia possumus ad libitum dimidiare, & partem vni, & partem alteri, & vni Cofessori ea diuersis temporibus confiteri, vt solet accidere in confessionibus generalibus, quæ diuersis diebus complentur, & in fine poterit pœnitens absolui ab omnibus. Summ. Coron. Confess. de Condict. Confess. super condict. integra.

De casibus reiterandæ Confessionis.

QVAESITVM LXVII.

SVMMARIVM.

1 *Confessio reiteranda est ex defectu Confessoris in quatuor casibus.*
2 *Quando reiteranda est confessio ex defectu confessionis.*
3 *In quo casu reiteranda est Confessio ex defectu pœnitentis.*
4 *Confessus Confessario notorio excommunicato, tenetur reiterare confessionem.*
5 *Secus, si est occultus excommunicatus Confessor, vel si pœnitens hoc nesciuit, sed bona fide confessus est,*

An in aliquo casu confessio facta, sit reiteranda?

1 DIC. Quod hoc potest accidere quatuor modis ex parte Confessoris: primo, quando non habet potestatem Ordinis, vt si esset laicus, vel non Sacerdos, vt Diaconus, vel Subdiaconus; secundo, quando non habet iuris dictionem; tertio, quando non adhibuit debitam formam; quarto, quando non habet vsum clauium, quia suspensus, vel degradatus, aut notorius excommunicatus.

2 Secundo est reiteranda confessio, ex defectu ipsius confessionis, scilicet, quando non fuit integra, nisi excusetur ex causa legrtima, vt supra.

3 Tertio, est reiteranda ex defectu ipsius pœnitentis, vel quia

Digitized by Google

poſuit obicem abſolutioni, quia non intendebat adimplere pœnitentiam imponendam, vel deridebat ipſam actionem confitẽdi, & hoc peccatum non eſt confeſſus, & ideo confeſsio non, vel quia excommunicatus, vel aliàs incapax abſolutionis.

4 Et hic ſciatur confeſſum notorio excommunicato per Clerici percuſsionem, vel denunciato per cedulones, teneri reiterare confeſsionem, vltra, quod peccauit mortaliter confitendo ſic inhabili.

5 Si vero erat occultus excommunicatus ipſe Confeſſor, & pœnitens neſciebat, valet Confeſsio, ſed peccat Confeſſor, ſimiliter valet confeſsio, ſi pœnitens ſciebat eum eſſe excommunicatum, ſed motus eſt bona fide credens non peccare. Caiet. in verb. Abſolutio contra D. Thom. & Calderinum, qui aliter ſenſerunt, ſed eorum ſententia præcedebat ante determinationem Concilij Conſtantienſis, quia fuit determinatum duo tantum genere excommunicatorum eſſe vitanda, nempe, publicè denunciatos, & publicos Clericorum percuſſores.

Sed qui ſcienter cõfitetur publico excõmunicato, & aduertit ſe peccare, quia inducit Confeſſorẽ ad peccandum in audienda confeſsione in excõmunicatione tenetur reiterare confeſsionẽ, quia hic non habet attritionem dum accedit ad confeſsionem peccando in actu confeſsionis, & hoc procedit, quando confitetur alteri, quam proprio Parocho, qui fuiſſet paratus ad audiendum ex officio, quia tunc non peccat confitens. Nauar. c. 9. num. 9. Secus ſi contereretur etiam de hoc nouo peccato.

Adde, eum, qui etiam abſque neceſsitate confitetur ſuo Parocho, quem ſcit eſſe excommunicatum non peccare, nec teneri reiterare confeſsionem, nec Parochum excommunicatum, qui eſt contritus, & non eſt in mora petendi abſolutionem, & per ſe non ſtat, ſi audit confeſsionem ſubditorum non peccare, ſed ſi eſt in mora petendi abſolutionem, & non eſt contritus, peccat mortaliter.

QVAE-

Digitized by Google

QVAESITVM LXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Panitens absolutus a non habente iurisditionem, in quo casu teneatur reiterare confessionem explicatur.*

2 *Penitens tenetur reiterare confessionem, si non habuerit contritionem.*

An debeat reiterare confessionem, qui scit Confessorem non habuisse intentionem eum absoluendi.

1 DIC. Quod dum nesciebat Confessoris malitiam p essimam, putans se esse absolutum, non debet reiterare confessionem, quia quo ad Deum tutus est in conscientia, si habuit contritionem, sed quando id sciuit, tenetur reiterare, Idem dic de absoluto a non habente iurisditionem, vel ab habente illam impeditam, & in his casibus, vt pœnitens excusetur, eius ignorantia debet esse inuincibilis.

2 Similiter tenetur reiterare confessionem, qui confessus est sine contritione, fingens habere illam, & hoc etiam si confiteatur illam suam fictionem. Capreolus in d. 17. qu. 3. art. 1. Secus esset, si inter confitendum haberet de nouo contritionem.

Similiter tenetur reiterare confessionem, qui ob eius defectum non fuit absolutus, vt adimpleat præceptum Ecclesiæ, quia, qui confitetur, & non absoluitur, non adimplet præceptum Ecclesiæ. Nau. c. 10. num. 4. Sot. d. 18. q. 3. art. 3.

QVAESITVM LXIX.

SVMMARIVM.

1 *Qui dolet de præteritis, & non habet animum cauendi de futuro, tenetur reiterare confessionem.*

An teneatur reiterare confessionem, qui con-

Digitized by Google

fitetur, & dolet de præteritis, sed cũ animo nõ cauendi in futurũ, & hoc non confitetur?

1 DIC. Quod sic, quia eius confessio non fuit integra, & sine contritione. Idem dic; si habet propositum abstendi in futurum, & dolet de præteritis; sed non propter Dei amorem, sed ob Dei iram, qua timet sibi tormenta, quæ si non essent peccaret, pœnitens sic accedens ad confessionem de nouo peccat mortaliter.

QVAESITVM LXX.

SVMMARIVM.

1 *Non tenetur reiterare confessionem, qui habet maximum dolorẽ de peccatis ob metum inferni, vel pœnas temporales.*

2 *Tenetur reiterare confessionem absolutus a non habente iurisditionem, etiam si id faciat sub ratihabitione, secus, si Superior esset præsens;*

3 *Absolutus in articulo mortis si conualescat, non tenetur reiterare confessionem, sed tenetur adire Superiorem pro absolutione a censuris, si habuerit aliter incideret in easdem censuras.*

An debeat reiterare confessionem, qui in confitendo habet maximum dolorem cũ proposito abstinendi in futurum, sed dolor nõ est de peccatis, vt offensa Dei, sed propter pœnas inferni, vel ob amissionem gloriæ, &c.

2 DIC. Quod non, quia hic pœnitens fit contritus ex attrito virtute absolutionis, & talis dolor dicitur sufficiens cum absolutione. Summ. Corona de reiteranda confessione. not. 6. & intelligendum cum Nauar, de attritione putata contritione.

Digitized by Google

Sed

2 Sed debet reiterare absolutus à non habente iurisdictionẽ cum spe, quod ratum haberetur à Superiore, quia ratihabitio retrotrahitur in absolutione. Secus si Superior esset præsens, & ratumhaberet, quando applicatur absolutio prima q. 1.

Sic etiam, quando Superior permittit pro semper, & ad sẽper iurisdictionem absoluenti, quia sic diceretur præsens quo ad hunc actum.

Quando autem non essemus in vtroque casu, ratihabitio de futuro non potest confirmare, aut validare sacramentum ab initio nullum ex defectu potestatis.

3 Absolutus vero in articulo mortis à non habente iurisdictionem, non tenetur postea reiterare confessionem pro peccatis coram habente iurisdictionem, & potestatem, sed pro absolutione, & à cẽsuris, atque reseruatis teneretur statim liberatus est ab infirmitate adire Superiorem, à quo poterit absolui, aliàs reincidit in censuras. Nauar. c. 26. num. 27. & habetur in cap. eos de sent. excom.

Pro venialibus autem confessis à non habente iurisdictionẽ non tenetur quis reiterare confessionem, quia in illis non requiritur iurisdictio, licet illorum absolutio sit sacramentalis de Graff. doctissimè. lib. 1. c. 17. num. 8.

De Condictionibus confessionis.

QVAESITVM LXXI.

SVMMARIVM.

1 *Confessor debet habere potestatem ordinis, & iurisdictionis.*

2 *Secundo Confessor debet habere scientiam, & tantam, vt possit discernere inter lepram, & lepram, idest, inter peccatum mortale, & veniale, & circumstantias, & casus reseruatos, & alia, vel saltem circa prædicta, sciat dubitare.*

3 *Tertia conditio est, vt habeat bonitatẽ, vt scienter non cognoscat esse in peccato mortali.*

Digitized by Google

4 *Quarta conditio, vt habeat sigillum confessionis*
5 *Quinta conditio, vt habeat prudentiam.*
6 *Sexta conditio, vt Confessor sit proprius Parochus pœnitentis.*
7 *Peccat Confessor, & aliquando est excommunicatus audiens confessiones absque potestate ordinis, & iurisdictionis.*
8 *Peccat Confessor, si nesciat à quibus casibus possit, vel non possit absoluere, nec discernere distinctionem peccatorum.*
9 *In quibus casibus excusatur ignorãtia Confessoris explicatur.*
10 *Peccat Confessor, si audiat confessiones, existens in peccato mortali.*
11 *Peccat Confessor non interrogans pœnitentem de quo ignorat.*
12 *Peccat Confessor, si plus quam oportet interroget pœnitentẽ, licet in hoc non semper mortaliter.*
13 *Peccat Confessor reuelans confessionem directè, seu indirectè, & si non absoluat quacunque ex causa.*
14 *Solum potest reuelare confessionem de licentia pœnitentis.*

An Confessor debeat habere aliquas conditiones?

1 DIC. Quod debet habere has conditiones, nempè, ordinis potestatem, & iurisdictionis, ideſt, vt sit ritè, & rectè ordinatus, & habeat iurisdictionem ordinariam, vel delegatam, quæ extendatur ad peccata sibi confessa

Hinc sciendum est, quod licet presbyter, dum promouetur ad ordinem Sacerdotalem recipiat potestatem, & iurisdictionem habitualem ad absoluendum peccata, tamen non potest absoluere, excepto articulo mortis, si non habet iurisdictionem actualem ab Episcopo, vel quia fuit approbatus ad Parochialẽ Ecclesiam, vel quia fuit approbatus ad confessiones, & huius dicitur iurisdictio delegata, sicut Parochi dicitur ordinata.

2 Secunda conditio est scientia quæ debet esse tanta, vt discernere sciat inter lepram, & lepram, ideſt inter peccatum mortale, & veniale, & quæ circumstantiæ sint necessario confitendæ, & qui sunt casus reseruati, & quibus sit annexa excommunicatio, & in quibus casibus incurritur irregularitas, & hoc

pro

Digitized by Google

pro confessione Clericorum, & qui sint contractus illiciti vsurarij, vel symoniaci.

Vel saltem circa prædicta sciat dubitare, vt possit consulere peritiones, & hæc dicitur scientia sufficiens, & illi satis est. Innoc. in c. cum in cunctis de lect. Vide Toletum lib. cap. 15. Instruct. & hæc conditio est regulanda, secundū qualitatem subditorum,

3 Tertia est bonitas, quæ ad minus debet esse tanta, vel probabiliter credat, vt sit extra peccatum mortale. c. 1. & 2. de pænit. d. 6. nam si quis audit confessiones, & absoluit in peccato mortali, peccat mortaliter. Nauar. c. 4. num. 4.

4 Quarta conditio, vt habeat sigillum, quo obligatur ad non reuelandum vllo vnquam tempore, quæ audiuit in sacramentali confessione.

5 Quinta conditio, vt habeat prudentiam, quæ debet consulere saluti pœnitentis, tam in applicanda medicina curatiua præsentium peccatorum, quam in applicandis remedijs præseruatiuis a futuris.

6 Sexta conditio, vt confessor sit proprius Sacerdos pœnitentis, idest, vt habeat in illum iurisdictionem ordinariam, vt Parochus, vel delegatam, vt confessores regulares, seu seculares approbati ab Episcopo ad confessiones, vel a iure etiam concessam, quo ad petendum licentiam, sed debet esse approbatus ab ordinario.

Sed ex his conditionibus est necessaria simpliciter potestas ordinis, & iurisdictionis, in ordine ad pœnitentem modis supradictis.

7 In his conditionibus posset peccare Confessor mortaliter grauissimè, imo in aliquibus Diœcesibus est ex constitutione Synodali, excommunicatus, si præsumeret audire confessiones sine potestate ordinis, & iurisdictionis, & si præsumeret absoluere a casibus Papalibus, vltra excommunicationem Papalem, quam incurreret.

8 Secundo peccaret mortaliter Confessor, si nesciret, in quibus casibus potest vel non posset absoluere, vel si nesciret discernere

Digitized by Google

ſcernere mortale à veniali, aut excommunicationē maiorem à minori, & ſimilibus, vel ſi neſciret dubitare. Nauar. c. 4. nu. 4. & qui talem in Confeſſorem approbat, vel tollerat, grauiter peccat. Nauar. loc. cit.

9 Sed excuſari poſſet, quando confitens eſſet doctus, & ipſe poſſet docere cōfeſſorem de grauitate criminum. Sic etiam excuſaretur, quando pœnitens eſſet perſona ſpiritualis, quæ non ſolet habere peccata grauia, & ſolita ſæpe confiteri. Sic etiā excuſatur ignarus Confeſſor in articulo mortis in abſentia doctioris Confeſſoris. Sic etiam excuſaretur, quando eſſet inter infideles, inter quos audit confeſſiones fidelium, in abſentia doctioris. Sic etiam poſſet excuſari, quando audiret confeſſiones ex præcepto Superioris; ſed notandum non excuſari, ſi iudicat ſe inhabilem, verum, ſi dubitaret de ſufficientia, tunc excuſaretur, maximè, ſi conſiderat eius Superiorem non moueri odio, ſed amore ad deputandum eum in Confeſſorem.

10 Tertio, peccat mortaliter, ſi præſumeret in peccato mortali exercere munus Confeſſoris, vel ſi ita probabiliter credat.

11 Quarto peccat mortaliter, ſi non interrogat pœnitentem, q forſitan ignorat, vel præ verecundia velit occultare c. 1. de pœnit. d. 6. §. diligens, nam tenetur ſcrutari omnia, quæ videt, & animaduertit, credit eſſe neceſſaria pro integritate confeſſionis, & vtilitate pœnitentis, niſi excuſetur Confeſſor ex inaduertentia, vel obliuione. Poſſet etiam peccare, ſi excedit in interrogando, & maximè mulieres circa venerea, ſed duas interrogationes nullo pacto debet omittere, de numero ſcilicet peccatorum, & de ſpecie peccati, quod peccator generaliter confitetur. Nauar. c. 5. num. 3.

12 Itaque poteſt peccare Confeſſor, ſi plus quam oportet interrogat, & ſi minus, quam oporteat, maximè de venereis cum mulieribus, ſed poſſet excuſari a mortali, quando nihil damni animæ, vel corpori, aut famæ, aut fortunarum pœnitentis ex huiusmodi interrogationibus inferretur. Nauar. num. 4.

13 Quinto peccat mortaliter Confeſſor, ſi aliquo modo reuelaret confeſsionem, ſiue rectè, ſiue indirectè, ſiue abſoluat, pœniten-

Digitized by Google

nitentem, siue non absoluat, siue timore mortis, siue ad euitandum scandalum, siue ob reportandam, quamuis maximã vtilitatem, vel ex causa quiscunq; finis, siue boni, siue mali, & hoc nõ solum de peccatis mortalibus, sed etiam de venialibus, vel circumstantijs, siue necessario, siue voluntariè confessis, vel quodcumq; aliud peccatum, vel non peccatum dictum in confessione per quod veniretur in cognitionem peccat. Nauar. c. 8. nu. 1.

Sed excusaretur Confessor in vno casu, quando ex licentia pœnitentis confessi reuelaret, quod cum magna cautela faciendum est, ego autem omnino abstinerem ob scandalum, quod sequi posset. Nauar. c. 8. num. 15.

Et peccaret etiam mortaliter Confessor, & frangeret sigillũ confessionis, si Parochiano suo publicè petenti communionem denegaret, dicendo non posse eum absoluere, quia est casibus reseruatis impeditus, à quibus eum absoluere non potest, quia ita iudicaret audiuisse confessionem, & non absoluisse.

De Sigillo Confessionis.

QVAESITVM LXXII.

SVMMARIVM,

1 *Multi casus explicantur, in quibus Confessor fraugit sigillum confessionis pœnitentium peccat reuelando.*

An dicatur frangi sigillum confessionis alio etiam modo, quam per reuelationem, quam fortè præsumeret facere Confessor proprio ore, quod est maximum scelus; & condigna punitione castigandum?

1 DIC. quod in pluribus casibus, vltra reuelationem vocalem. Primo, si diceret cum alijs, ille talis confessus

Digitized by Google est

est mihi multa peccata grauia num.q.loc.cit. Palud.4. senten. d. 17.q.3.iden Nau.in c.Sacerdos de pænit. d.6.

Secundo, si auscultasset tres,aut quatuor in confessione, & deinde coram alijs de vno loquens,diceret, hic non habet mortalia,& hoc est verum,quando omnes, qui confessi fuerant sunt noti.Nau.d.c.nu.57.

Tertio,si audiendo pænitentem surgit ad consulendum aliquem doctum,vel ad petendam facultatem necessariam.Naua. d. c. cit.

De quo modo, dum fui auditor Metropolitanæ Curiæ Beneuentanæ increpui,in secreto tamen, quendam confessorem aliàs pium,sed in hoc indiscretum,qui relicto pænitenti in confessionali ad me venit pro facultate.

Quarto,si imponit pænitenti publicas pænitentias, quia indirectè indicat pænitentem confessum esse scandalosa. Conc. Trid.24.c.8.de hoc loquens intelligendum est, non in foro interiori confessionis,quia non loquitur de confessarijs,sed de foro mixto exteriori.

Et occurrente casu publicæ pænitentiæ imponendæ, ita discretè agat cum pænitente confessor, vt credatur pænitentem potius sponte sua,quã ex impositione Confessoris pænitẽtiam publicè facere.Nauar.c.8.num. 10.

Quinto,si loquendo de concubinarijs,vel alijs publicis peccatoribus, dicat cum alijs illos confessos esse publica peccata quia tali verbo explicat illos fuisse confessos peccatum concubinatus,vel aliud.Nauar.c.8.num.10.

Sexto,si dicat ego audiui Petrum in confessione,sed non absolui. Nauar.lo.cit.contra Caietanum: ita etiam dicitur reuelare,si dicat non absolui Petrum,quia non vult restituere, vel remittere rancorem aut relinquere concubinam,& similia.

Sed si diceret audiui Bertam in confessione, & absolui non dicitur frangere sigillum, nisi in casu, quando Berta fuisset solita confiteri confessori amico, vel consanguineo eius mariti, & quæ postea decepit virum, clam confessa est cum alio confessore nolens prædictũ id scire sulpicante malũ marito vt po-

Digitized by Google

vt poſtea poſſet reliqua peccata more ſolito confiteri illi primo excepto peccato adulterij. Nauar. cap. 8. num. 11. ſui Manu. Non tamen diceretur frangere ſigillum, qui diceret cum aliis ſæpe Franciſcus mihi obtundit caput ſuis minutiſsimis peccatis Nauar. lo cit.

Ita etiam non diceretur frangere, qui non eligit in dignitate aliquem, quem in Confeſsione nouit indignũ, ita etiam nõ dicitur frangere, qui loquitur de peccato ſibi confeſſo, non de peccatore, ita tamen vt nullo modo poſsit innoteſcere perſona peccatrix.

Ita etiam non dicitur frangere ſigillum, qui nominando locum diceret in eo perpetrari multa grauia peccata, ſed ab hoc modo loquendi, debet abſtinere Confeſſor, ne ſcandalizentur ſimplices, qui credunt tali modo reuelari confeſsionem. Nauar. lo. ci. num. 19. & in c. Sacerdos. num. 54.

Ita etiam non dicitur frangere ſigillum, qui audita confeſsione alicuius, nominauit in complicem peccati aliquam perſonam, illam poſtea in confeſsione interrogauit de illo peccato, & hoc dummodo non exprimat nomen illius, à quo audiuit, neque modum in particulari. Nauar. lo. ci. Ang. verb. Confeſsio 10. num. 9.

Ita etiam non dicitur frangere ſigillum confeſsionis, qui laicus reuelauit ſecreta amici, ſibi (vt vulgo dicitur) in confeſsione dicta, etiam flexis genibus, & præuio ſigno crucis, & præuio confiteor, ſed peccat. Nauar. lo. ci. num. 18. & ratio eſt, quia ille non eſt Sacerdos, nec fuit aſſumptus loco Sacerdotis, vt ſit in neceſsitate, licet non poſset abſoluere, quia tunc vetaretur reuelare c. pœnitet. de pœnit. d. 1.

QVAESITVM LXXIII.

SVMMARIVM.

Superior poteſt reputare ab aliqua dignitate pœnitentem ſibi confeſſum, dummodo nihil ſi quo, vel dicto de eius confeſsione aliquid dicat.

An

Digitized by Google

An possit Superior reputare aliquem indignum aliqua dignitate quia eum in Confessione nouit nõ merere illam, num propterea dicetur reuelare confessionem?

1 DIC. Quod potest reputare illum indignum, sine aliqua declaratione, nec propterea dicetur fractor sigilli, & hæc vltra supra responsum. D. Thom. sent. d. 21. q. 3. art. 1. Nauar. lib. 7. Consiliorum. Consil. 75. num. 3. de regularibus, dummodo tamen Superior nihil signo, aut verbis de confessione dixerit, non eligendo, quem audiuit in confessione.

QVAESITVM LXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Non potest Superior Monasterij remouere subditum sibi confessum ab aliquo officio, ob eius defectus, quos audiuit in confessione quia esset fractor sigilli.*

An Superior Monasterij, vel congregationis remouens subditum ab officio, eo quod in confessione audiuit eius defectus in officio dicatur reuelare?

1 DIC. Quod non, concurrentibus alijs causis manifestis, vel illius alia culpa manifesta eum admouendi, non debet illum amouere, quia esset reuelare confessionẽ. Sed si possunt assignari aliæ causæ, poterit illum ab officio remouere sine reuelatione confessionis. Medina C. de confes. q. 45.

QVAESITVM LXXV.

SVMMARIVM

1 *Non potest Confessor reuelare Confessionem volentis prodere patriam*

Digitized by Google

patriam, ſed generaliter tamen debet admonere Superiorem Patriæ, vt inuigilet.

An Confeſſor poſſet reuelare confeſsionem illius, qui confeſſus ſit velle tradere patriam inimicis, & perſiſtens in hoc malo animo diſcedit à Confeſſore?

1 DIC Quod non poteſt Confeſſor nec debet reuelare. Nauar. d. c. Sacerdos. de pœnit. d. 6. num. 116.

Sed generali quadã admonitione deberet admonere Superiorem patriæ, vt ſuper illius cuſtodia vigilaret, nullo dato ſigno de auditis in confeſſione, & ſi id non ſufficeret, nullo modo debet peccatorem manifeſtare, quia aliter reuelaret confeſsionem. Sot. de ſecreto tegen. memb. 3. qu. 4. Couar. de ſponſal. 2. p. c. q. num. 30.

QVAESITVM LXXVI.

SVMMARIVM.

1 *In nullo caſu debet Confeſſor reuelare confeſsionem pœnitentis, aliàs eßet ſeueriſſimè caſtigandus.*

2 *Solum excipitur, quando id faciat de licentia pœnitentis, & libera eius voluntate non coactè, & ob eius maximam vtilitatem, & ſcientibus illis, quibus fit reuelatio*

3 *Et etiam excipitur, quando de mandato pœnitentis iam mortui Confeſſor reuelat hæredibus, vt reſtituant, quod mortuus debebat.*

An poſsit Confeſſor in aliquo caſu reuelare audita in confeſsione?

1 DIC. Omnino debere abſtinere, aliàs eſſet ſeueriſſimè caſtigandus, vt alibi dictum eſt, tamen in aliquibus caſibus dicitur licere; primo, quando pœnitens dat ei licentiam, vt habetur

Digitized by Google

betur in c. officij. de pœnitent. & remiss. & in c. significauit. de adult. Felin. c. Matth. de Somnia. Decius in c. primo de except. num. 30. D. Thom. 4. sent. dist. 21. qu. 3. art. 2. & est communis opinio. Et ratio est, quia nulla fit iniuria pœnitenti consentienti.

2 Sed aduertendum est, quod hoc non est faciendum, etiam de licentia pœnitentis, nisi resultaret illi maxima inde vtilitas spiritualis, vel temporalis, & nisi consensus illius sit voluntarius & non coactus, & in graui necessitate, & sit expressus, & non tacitus, & scientibus illis, quibus est reuelandum auditum in Confessione, vt bene Medina Io. ci. quæ licentia reuelandi, & consensus non est dandus in confessione, sed post illam, & hæc est communis opinio.

3 Secundo, quando Confessor ex mandato pœnitentis iam mortui, reuelaret hæredibus, vt restituant, quod eorum pater debebat, per quod mandatum tacitè fuit concessa licentia reuelandi audita in confessione. Nauar. in Manual. c. 12. nu. 32. & habetur argumen. in c. præterea de Offic. deleg.

Ego dicerem de hoc mandato debere etiam constare, vt supra. & hic sciatur sigillum confessionis durare etiam post mortem pœnitentis. Sylu. verb. Confessio 3. q. 2.

QVAESITVM LXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Parochus publicè denegans cõmunionem publico vsurario, vel concubinario non reuelat confessionem.*

2 *Secus si dicat non potui hos absoluere, reuelat confessionem.*

An Parochus dicatur reuelare cõfessionem, si publico vsurario, vel publico concubinario publicè petenti neget communionem?

1 DIC. Quod non, dummodo non monstret eum audiuisse eum in Confessione, sed solummodo reijciat à circulo

Digitized by Google

culo communicantium. Nauar. cap. 8. num. 11. qui citat Paludanum.

2 Sed si Confessor diceret, ego non potui hos absoluere, quia non video illorum emendationem, dicitur reuelare his verbis confessionem, vt concludit Nauarrus contra Caietanū in principio d. c. Sacerdos de pœnit. num. 95.

QVAESITVM LXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Confessor audiens confessionem plurium puerorum capacium rationis, peccat.*

2 *Secus si sunt pueri paruuli incapaces doli.*

An peccet Confessor, qui audit plures pueros iam rationis capaces sine necessitate?

1 DIC. Quod male facit, quia infert iniuriam sacramento Pœnitentiæ abutens illo ad iocum, & ad risum, ad quē facile mouentur pueri sic in vnum congregati. Nauar. c. 8. nu. 13. multos citat.

2 Sed de pueris paruis, & doli incapacibus dicerem licere, vt assuescant huic sancto exercitio, & vt instrui possint de fidei rudimentis, quæ tamen non vocabitur confessio sacramentalis, neque danda esset eis absolutio, sed tantum benedictio cum precibus ad Deum, vt illos crescere faciat in omni opere bono.

QVAESTVM LXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Confessor potest testificari de auditis in confessione & extra, dummodo non percipiatur illa in confessione audiuisse.*

An Confessor possit testificari de auditis in confes-

Digitized by Google

sione, & extra, siue ante confessionem, siue postea.

1 DIC Quod sic, dummodo ita accuratè testificetur, vt nullo modo illa præcepisse in confessione coniecturari possit. Nauar. cap. 8. num. 15. qui citat D. Thomam, & alios.

Et si interrogaretur Sacerdos, quid egerit cum tali pæniteti in confessione poterit respondere se functum esse officio suo nam si diceret non absolui, reuelaret confessionem. Nauar. d. c. Sacerdos.

QVAESITVM LXXX.

SVMMARIVM.

1 *Non licet Confessario reuelare confessionem, etiã metu mortis.*
2 *Imò etiam, si interrogetur à Summo Pontefice.*

An licebit Confessori reuelare cõfessionem metu mortis, verbi gratia, ducitur à crudeli viro in locum solitarium, interrogatur de peccatis vxoris quia ille suspectum habet, qui euaginato pungione ei vicinam mortem minitatur, imò illum vulnerat, imò illum torquet?

1 DIC. Quod potest absolutè respondere, imò si opus esset iurare, illius vxorem sibi non fuisse confessum peccatum adulterij, concipiendo animo eo modo, quo dicere obligetur. Nauar. lo. ci. num. 18.

2 Et ratio est, quia in illo actu audiuit, vt Christi Vicarius, & nunc interrogatur, vt homo, imò si à summo Pontifice cogeretur reuelare, etiam sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, adhuc posset negare, & iurare, vt supra, se nescire, intelligendo modo quo supra. D. Thom. 4. sent. d. 21. qu. 3. art. 11. & habetur in c. Sacerdos de pœnit. dist. 6.

QVAE-

Digitized by Google

QVAESITVM LXXXI.

SVMMARIVM.

Aliqui tenent poſſe Confeſsorem reuelare confeſsionem pœnitentis fictè accedentis ad inducendum Confeſsorem ad aliquod malum.

An poſſet reuelare, vel debeat tacere Confeſſor, ſi quis ficto animo accedat ad eum inconfeſſione, & flexis genibus ſignans ſe ſigno Crucis, & factis præambulis confeſsionis, loco peccatorum, vel dicat minas Confeſſori, vel conetur docere illum hæreſes?

1 DIC. Quod Confeſſor non tenetur celare, quia hæc non eſt confeſſio ſacramentalis, ſed potius quidam modus Diabolica fraude inuentus ſeminandi zizania in agro Domini. Sot. memb. 3. q. 4. con. 2. de rat. tegen. Abb. ita intelligendus in c. omnis. De Butrio extra de pœnit. & remiſſ. num. 46. qui dicunt peccatum committendum non eſſe dictum in confeſsione ob fictionem, & non contritionem. 2

Sed pace dictorum ſigillum confeſsionis adeo exiſtimandum eſt, vt nullo modo reuelare liceat audita in confeſsione, ſiue peccata præterita, ſiue futura, ſiue ficta, ſiue vera fuerit de eius confeſſio, & hæc eſt communis opinio. Innoc. & Abb. in cap. omnis. de pœnit. & remiſſ. tenetur poſſe Sacerdotem reuelare peccata committenda non autem commiſſa, quod non placet communi opinioni.

Digitized by Google

QVAESITVM LXXXII.

SVMMARIVM.

Licet Confessori consulere per itionem pro cognoscendis peccatis dummodo non exprimatur persona pœnitentis, nec fiat statim.

An liceat Confessori consulere peritiorem pro cognoscendis peccatis, nec dicatur reuelare confessionem?

DIC. Quod licet, non expresso nomine pœnitentis, & tali modo, vt pœnitens non veniat in notitiam. c. officij extra de pœnit. & remiss.

Sed docet Nauarrus non debere confessorem statim audita confessione (vt faciebat quidam à me reprehensus) adire cõsultorem, quia dat suspectionem contra pœnitentem, & contra sigillum confessionis, sed debet differre in aliud tempus. Nec debet in audienda confessione mutare faciem, & preter solitum expuere, aut signa contemptus in pœnitentem ostendere, quia significaret de peccatis pessimis confiteri.

QVAESITVM LXXXIII.

SVMMARIVM.

Confessor, qui absoluit, quem non potuit absoluere, quid facere teneatur explicatur.

Quid si per errorẽ Confessor absoluisset quẽ nõ poterat absoluere, vel ob casus reseruatos, vel ob excõmunicationem, &c.

DIC. Debere Confessorem cum modestia (si sine scandalo fieri potest) & ille præsens sit, vocare eum, & monere, vt si placebit iterum confiteatur, vel vt det licentiam loquendi

Digitized by Google

loquendi de cõfessione, quod si pœnitens facere negabit, excusabitur Confessor. Sot de ratione tegen. q. 4. memb. 3. Concluſ. 5. dub. 4. Nec vllo modo in hoc casu deberet Confessor absoluere absentem, impetrata facultate, quia forma [ABSOLVO TE] requirit presentiam absoluendi sacramentaliter.

QVAESITVM LXXXIV.

SVMMARIVM

1 *Reuelans secreta dicta ab amico vt dici solet, in confessione, non dicitur frangere sigillum confessionis, quia illa non est confessio sacramentalis, sed male facit reuelando, nisi cogatur.*

2 *Confessio facta laico loco Sacerdotis in casu neeessitatis, debet celari, ac si fuisset vera confessio.*

3 *Reuelans dicta ab amico sub sigillo confessionis, si sequatur amico damnum notabile, peccat mortaliter.*

4 *Nullus debet recipere secreta sub sigillo confessionis, & recipiens debet adimplere nisi cogatur per censuras, &c. à Superiori, si secretum sit pernicioſum* Reipublicæ.

5 *Sacerdos recipiens in confessione non peccata, sed negotia male facit recipiendo, & tenetur non reuelare.*

An frangat sigillum confessionis, qui reuelet secreta dicta sibi, ab amico vti amico, & in confessione, vt dici solet?

1 DIC. Quod non, quia ista non est confessio sacramentalis, quæ non fit laico, sed male facit reuelando, nam non debet reuelare, nisi cogeretur testificari à Iudice, aut per præceptum, aut per excommunicationem, aut dato iuramento, aut alio modo coactiuo.

2 Sed si hic laicus in hoc modo eligeretur, vt Confessor loco Sacerdotis in casu necessitatis, vt alibi dictum est, & ei fieret

Digitized by Google

confeſsio, vti Sacerdoti, quæ potius vocari debet reuelatio peccatorum, quamuis abſoluere non poſſet, tenetur tamen celare peccata, vt verus Confeſſarius, nec poſſet reuelare, etiam ſi ſupradictis modis cogeretur, imo interrogatus poſset cum iuramento affirmare, ſe neſcire, vt habetur in c. omnis de pœnit. & remiſſ. & c. ſanctum. de conſec. d. 4. Abb. d. c. omnis.

3 Et hic notandum, quod reuelans ſecreta ſibi ab amico dicta ſub ſigillo confeſſionis, peccat mortaliter, ſi damnum corporis, vel animæ, vel infamia, aut ſcandalum ſequutum eſt amico, ſed non incurrit pœnas Canonicas contra reuelantes, ſed ſi nihil mali ſequutum eſt non peccat niſi venialiter.

Debet tamen ſeruare promiſſum de non reuelando vltra debitum naturæ ex promiſſione adiuncta.

4 Nemo tamen deberet recipere ſecreta ſub ſigillo confeſsionis, ſed ſi recepit, debet adimplere. Caiet. Secunda Secundæ q. 70. art. 1. ad tertium.

Sed vbi hic cogeretur per literas monitoriales excommunicationis, vel per mandatum Iudicis, aut alias cogeretur reuelare, quia illud ſecretum eſſet valde pernicioſum Reipublicæ, aut animæ, aut corpori, vel honori, vel bonis proximi, in his caſibus debet reuelare. Sot. lib. 5. de Iuſti. & Iur. qu. 7. art. 2.. Nauar. c. 8. num. 2. Caiet. lo. ci.

5 Idem dic, ſi ille, cui facta eſt huiusmodi reuelatio ſit Sacerdos per modum confeſsionis, ſed quæ dicta ſunt, non ſunt peccata, ſed negotia diuerſa. Ego dicerem, Sacerdotem debere abſtinere recipere hoc modo ſecreta alterius, & ſi recipiſſet in tali confeſsione non debere reuelare ob exiſtimationem ſigilli confeſsionis. Sed quoad aliõs procedit reſponſio, vt ſupra, etiam ſi promiſiſſet cum iuramento non reuelare, quia iuramentum non ligat ſuper re illicita, Imò qui recepit cum iuramento, peccauit.

QVAE-

Digitized by Google

QVAESITVM LXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos non tenetur tacere, si fur publice furetur in Ecclesia, & statim adit ipsum, & confitetur fraudulenter, vt non possit reuelari, licet in hoc casu nõ teneatur Confessor ad sigillum, non debet propter scandalum reuelare.*

Quid si fur coram confessore furatus sit in Ecclesia, & deinde adit ipsum fraudulenter, & illi confitetur. vt reuelare non possit?

1 DIC. Quod Confessor non tenetur tacere, quia aliter daretur locus fraudibus, & quæ confessor nouit extra confessionem, siue ante, siue post confessionem, non cadunt sub sigillo confessionis.

Attamen Confessor licet non teneatur ad sigillum, non debet reuelare ob scandalum, sed si cogeretur modis, vt supra, non debet dicere se audiuisse in confessione. Vbi sciatur reuelantem secreta absque necessitate, vel vtilitate, vt supra tenetur parti ad interesse, vt habetur in l. Aqui. §. 7. & si quis ff. ad l. Aquil.

Qui vero diceret audiuisse aliquod extra confessionem dubiè, & in confessione certè, & reuelaret videretur reuelare cõfessionem, quia ex certitudine ipsius reuelet. Nauar. c. 8. num. 15. Sylu. sterb. confessio 3. num. 5. Scotus dicit peccare mortaliter eum, qui reuelat audita in confessione, & si audiuerit extra.

QVAESITVM LXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Confessor frangit sigillum si sibi confessum post alios laudet de bona conscientia.*

An dicatur reuelare confessionem confessor, qui

Digitized by Google

auditis pluribus in confessione laudet aliquem de bona conscientia, & hoc coram personi, quæ viderunt alios confessos vnum post alios, puta tres vel quatuor?

1 DIC. Quod sic, quia ista laude videtur annuere, illos esse peccatores. Nauar. c. 8. num. 9. Sed si de vna persona loqueretur, nullam habens relationem ad alios non reuelaret.

QVAESITVM LXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Confessor non reuelat confessionem, si aliquem pro aliquo matrimonio laudet, & de alijs taceat, quos in confessione audiuit.*

An Confessor diceretur reuelare confessionem, si rogatus ab habente nubilem filiam matrimonio collocandam, inter aliquos accedentes, aliquem maximè laudaret de bona vita, cui inclinat pater?

1 DIC. Quod non diceretur reuelare, quia pater de illo solo interrogauit, & de illo solo Confessor respondit, non habito respectu ad alios, quia si respondisset comparatiuè, vtique detecta est confessio. de Graff. c. 23. lib. 1.

QVAESITVM. LXXXVIII.

SVMMARIVM.

2 *Iudex non potest procedere contra aliquem, cuius peccata inuenerit.*

2 *Quæ sint pœnæ reuelantium confessionem.*

2 *Audiens peccata confitentis etiam tenetur non reuelare, aliàs peccaret mortaliter.*

An

Digitized by Google

An possit Iudex iuridice procedere contra aliquẽ confiteri volentem, si inuenerit peccata ipsius scripta?

1 DIC Quod nullo modo, quia sigillum confessionis est adeo venerandum, vt non solum confessio, sed omnia quæ ad eam diriguntur debẽt gaudere priuilegio eodem secreti, imò si aliqui perditi Confessores deponerent in iudicio de his quæ audiuerunt in confessione, vltra alias pænas, non debet eis credi, nec in iudicio admitti, & cessari à iudicio, de Graff. doctissimè d.ᵗ c. num. 44.

2 Pænæ autem reuelantium sunt, quod debẽt deponi, & efficiuntur infames, nec debet eis credi. Vict. de sacramento cõfessionis. num. 11. alias pænas vide in c. omnis de pænit.

3 Qui audiuissent peccata confitentis dolosè latenter propè Confessorem tenentur non reuelare, aliàs peccant mortaliter. Sic si quocunque alio modo audiuissent, etiam non volentes, & hoc siue licitè, siue illicite, siue Clerici, siue Monaci, siue laici vtriusque sexus, siue interprætes, siue consultores, aut alio quouis modo. Nauar c. 8. num. 7. & alij omnes.

De Absolutione.

QVAESITVM LXXXIX.

SVMMARIVM

1 *Absolutio quid sit explicatur.*

Quid est absolutio sacramentalis?

1 DIC. Quod est sententia, quam fert Confessor erga pœnitentem, perquisito prius processu ipsius conscientiæ per confessionem, & est ipsius forma essentialis, & consistit in illis verbis [Ego te absouo. &c.] de rigore iuris posset Confessarius absoluere hoc modo [Remitto tibi peccata tua] Nauar.

Digitized by Google

uar. in c. muliplex de pœnit. num. 3. sed Ecclesiasticus ritus, a quo non est recedendum, est, vt præmittatur oratio deprecatiua, nempe, [Misereatur tui omnipotens Deus, & dimissis peccatis tuis, perducat te ad vitam æternam. Dominus noster Iesus Christus te absoluat, & ego authoritate ipsius, qua fungor absoluo te ab omni vinculo excommunicationis maioris, vel minoris, quantum possum, & indiges, deinde absoluo te ab omnibus peccatis tuis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti Amen. Passio Domini nostri, &c.

QVAESITVM XC.

SVMMARIVM.

1 *Absolutio sub conditione de futuro non potest dari.*
2 *Absolutio sub conditione de præterito, vel de præsenti tenet.*
3 *Eleuatio manuum in absolutione non est necessaria de necessitate, sed de congruitate.*

An absolutio possit dari sub conditione de futuro, puta, (absoluo te, si feceris hoc, vel illud, si restitues, si remittes, si feceris eleemosinã, & similia?

1 DIC Quod non, quia absolutio, quæ est forma sacramenti pœnitentiæ, non debet esse in suspenso.

Sed valet absolutio data sub conditione de præterito, vel de præsenti, vt si dicatur; Absoluo te, si fecisti, vel facis hoc, vel si es capax absolutionis, quia conditio de præsenti, vel de præterito non est propriè conditio, nec suspendit actum l. cũ ad præsens. ff. si certum petatur.

2 Hinc si Confessor absoluit puerum sub conditione de præsenti, puta Absoluo te, si habes vsum rationis, quia Confessor dubitabat, vel si peccata confessa sunt mortalia, absolutio valet. Medin. 2. p. c. 13.

3 Sed deberet huiusmodi absolutio dari secreto, ne pœnitens scandalizaretur, de Graff. lo. ci. & hic in principio notandum in ab-

Digitized by Google

in absolutione non requiri manus eleuationes, seu impositionem de necessitate, sed solum de congruitate, ad designandū illum actū, quem facit Sacerdos authoritatiue, licet, vt Christi Minister. Soto. 4. sent. d. 14. q. 1. art. 4.

Et quia passim obseruatur ab vniuersali Ecclesia: qui omitteret ex malitia, peccaret mortaliter, secus si ex obliuione, vel negligentia, vel in casu necessitatis.

In hac Diœcesi Beneuentana obseruatur hic modus, qui etiā est expressus in forma absolutionis in fine post casus Archiepiscopales reseruatos.

Nota hic, quod sunt, qui tenent in administratione Sacramenti Pœnitentiæ Confessorem debere absolutionem pronunciare capite cooperto, sic etiam in absolutione ab excommunicatione, & ratio esse potest, qui ibi fungitur officio Christi, & Iudicis, etiam quoad absolutionem excōmunicationis, & dicitur esse communis opinio. Sed de alijs sacramentis, vt supra.

QVAESITVM XCI.

SVMMARIVM.

1 *Laicus nullo modo potest dare absolutionem, sed Sacerdos ritè ordinatus, & approbatus.*
2 *Papalis potestas quanta sit assignatur, & explicatur.*

Qui potest dare absolutionem sacramentalem?

1 DIC. Primo nullo modo, seu casu posse laicum, sed Sacerdotem ritè, & rectè ordinatum, & Confessorem ordinarium, aut Parochum, seu delegatum Institutum, & deputatum ab Episcopo, & quemlibet Sacerdotem *siue secularem*, siue regularem in articulo m[illegible]

Dixi Laicum [illegible]

[illegible] soluere niten-

Digitized by Google

te. cap. quem pœnitet, & si absolueret nil faceret, & peccaret mortaliter, non tamen fieret irregularis, quia non est in iure expressum. c. is qui de sent. cap. in sexto. Et ratio, quia laicus non habet claues Ecclesiæ, quæ sunt scientia discernendi, & potentia iudicandi. Hugo in 4. distinct. 18. quæ claues sunt penes ministros Ecclesiæ modo supradicto, & eminentissimè in Summo Pontifice, Christi Vicario, qui nunc sedet Gregorius XV. quem Deus diù conseruet felicem, & incolumem.

Liceat hic præter materiam propositam pro animi mei propensione aliqua de Summi Pontificis in terris imperio, & potestate obiter inferere, ex vniuersalibus Concilijs,& sacris scriptoribus. Est Summus Pontifex successor Petri, & Christi in terris Vicarius generalis, cuius nomen admirabile est, & potestas incomparabilis, de qua dubitare sacrilegium est, a cuius salutari virga, & baculo, sicut Pastoris,nemo, qui Christiana veritate censetur,aut immune se esse præsumit, aut illi non confiteatur se esse subiectum.

Os Summi Pontificis toti Ecclesiæ loquitur, est ille œcumenicus Patriarcha, ei non obediens,dum se Christianum esse asserit, paganitatis peccatum incurrit, & qui superbiendo eius mãdatis obedire contempserit, mortis pœnam incurrisse consensus est.

Potestas Papalis oppressorum omnium refugium est. Et iniquas etiam Imperatorum sententias irritat, & imperia transfert vt in Magno Constantino S. Syluester, qui ab Italia in Græciã, & Stephanus secundus, & Leo tertius in Carolo etiam magno restituit, vel Petrus diuisit,& sicut Ioãnes duodecimus, & Gregorius Quintus in Germania collocarunt, vbi hucvsque in clarissima, & toto orbe celeberrima Austriaca familia Christiani nominis hostibus formidabili,atq; in præsẽti in sereniss. Ferdinãdo familiæ Austriacæ sydere lucidissimo gloriosè pseuerat.

Potestas Papalis omne imperium in principes seculares trãsfundit, & Imperatores coronat. Sanctus Syluester Constantinum,Leo tertius Carolum magnum,Stephanus IIII. Ludoui cum I. Sergius secundus Ludouicum secundum, Ioannes octauus

Digitized by Google

nus Carolum secundũ, idem Carolum tertium; Formosus primus Arnulphum; Leo quartus Ottonem primum; Ioannes decimus tertius Othonem secundum; Gregorius Quintus, Othonem Tertium; Benedictus Quintus Henricum primum; Clemens secundus Henricum secundũ; Nicolaus secundus, Henricum tertium, Paschalis secundus Henricum Quartum, Innocentius secundus Lotharium: Adrianus Quartus Federicum coronauit; qui licet sub Alexandro tertio superbierit, armis tamen DD. Venetorum tandem subactus in obedientia Apostolicæ Sedis Constantiæ vitam finiuit. Clemens Quintus Henricum in Imperatorem, & Albertum in Siciliæ Regem, atque Apuliæ confirmauit; à Clemente Septimo Carolus Quintus coronam accepit. Cæteri item Imperatores ab eadem potestate, mediate, vel immediate coronas acceperunt.

Hinc merito Domino Papæ iurant fidelitatem, quinimo ab eorum origine Summorum Pontificum pedes tanquam speciosos humiliter osculantur, & etiam debitam prestant submissionem.

Philippus primus Christianus Imperator Fabiano Papæ maxima cum humilitate prouoluit, pedesque osculatus est. Constantinus magnus primus post eum equum Syluestri freno tenens ad Lateranum vsque stratoris officio functus est. Iustinianus, & ipse magnus, Agapetum adorauit. Iustinianus Secundus Constantinum primum venerabundus amplexus est, eius pedibus oscula imprexit. Pipinus deosculatis pedibus Stephani equi frenum tenens lætissimus ad Regiam duxit. Carolus Magnus Adriano, Stephano, & Leoni, Heinricus Quartus Benedicto tertio, & Paschali secundo, Leo Gelasio secundo: Federicus Alexãdro tertio. Sigismundus Martino Quinto; Albertus occidentis Imperij, & Ioannes orientis Eugenio Quarto, Reges Francorum, & Angliæ Alexandro, idem deuotionis, & humilitatis obsequium exhibuerunt. Carolus Quintus gloriosissimus, & inuictissimus Imperator Clementem septimum Beatissimum Patrem salutat. eidemque se, suaque omnia promptissimus offert, & genuflexus quam humillimè pedes deosculatus est.

Digitized by Google

est. Hoc idem alij Imperatores per se, vel per alios præstiterũt.

Potestas Papalis Regibus ineptè regentibus, de coadiutore prouidet, vt in Rege Aloisio. Solus Papa deponit Imperatorẽ, & Reges, ex causa graui, & notoria. Zacharias deposuit Chylperium Regem Franciæ, & ei Pipinum substituit. Stephanus secundus Constantinum, & Leonem occidentis Imperio deiecit, Adrianus primus Desiderium Regem Longobardarum, auxiliãte Carolo magno priuauit, Innocentius tertius Othonẽ quartum. Gregorius septimus, Henricum quartum. Innocentius Quartus Federicum secundum. Addo, quod Victor tertius Henricum; Innocentius primus Archadium Imperatorem: Gelasius primus Anastasium; Gregorius tertius Leonem tertium; Ioannes vigesimus primus Ludouicum Imperatorem excommunicauit, eoque in contumacia persistente ex Clementis Sexti Papæ mandato, Carolus quartus eligitur. Addo, quod Pontifex maximus Regem Angliæ ob Sacerdotes ab Ecclesijs expulsos communione priuauit. Innocentius tertius Alfonsum Regem ab eius consanguinea Berengaria separauit. Iulius secũdus Ioannẽ Nauarrę Regem Hæreticum declarauit. Prætereo multa his similia, quia non teneo historiam, & longum esset enumerare.

In militante hac Ecclesia Christus est Caput, & Monarcha, sed Do. Papa eius Vicarius, Hierarcha præcipuus, Sponsus vnicus, Caput Ecclesiæ indiuisum, Sanctissimus Apostolicus Pontifex Summus, Sacerdos Magnus, Princeps Episcoporum, Hæres Apostolorum, Primatu Abel, Gubernatu Noe, Patriarchatu Abraham, Ordine Melchisedech, Dignitate Aaron, Autoritate Moyses, Iudicatu Samuel, Charitate Paulus, Potestate Petrus, Vnctione Christus.

Est Pontifex Maximus, Fons, Origo, & Regula cunctorum Principum Ecclesiasticorum, est Pater ter Beatissimus, & immediatus, post Deum Iudex, & eius sententiæ magis standũ est, quam sententiæ totius mundi, ipsius potestas omnes iudicat potestates, ipse vero à nulla iudicatur, vt congruenter dici possit, quod Deus terrenus sit, vel Homo cælestis. Est Catholicæ Ecclesiæ

Digitized by Google

clesiæ Episcopus, Caput, Princeps, & magister totius Orbis, Rector domus Dei, & Vicarius ipsius Iesu Christi.

Et licet, quo ad humilitatem, & immitationis exemplum, Seruum seruorum Dei, seipsum Pontifex appellet, tamen quo ad potestatem, Dominus est dominorum, & quæcunque potestas sub Cælo est in summo Pontifice reperitur.

Additur his ex Beroso Caldeo, quod Ianus, quem antiqui Noa appellarunt, fuit in Italia, quam lingua sua Chytim appellauit, atque interiori parte Romæ, quæ Vaticani dicitur, vbi nũc Augustissimum S. Petri Templum cernitur, Templum ab antiquitate erectum, in cuius foribus due claues signatæ erant, altera Religionis, altera felicitatis.

QVAESITVM XCII.

SVMMARIVM.

1 *Inferior non obseruans tenorem facultatis Superioris non absoluit.*

An absoluat inferior, si non obseruat tenorem facultatis sibi commissæ?

3 DIC. Quod non, quia sunt diligenter seruandi fines mandati. l. diligenter. ff. mandati, sed si pœnitens obseruauerit modum obseruatum à Confessore, si postea non adimplet est absolutus, sed peccat mortaliter de nouo. Nauar. c. 26. num. 12. Itaque debet Confessor obseruare modum sibi concessum à Superiore, & declarare illum pœnitenti, qui nisi esset obedire paratus, non est absoluendus.

Nota hic, 2 si Confessor absoluat à reseruatis nesciens reseruationem esse publicatã, sic absolutus est iterum absoluendus, Sed communis opinio est, quod stante eius bona fide sit absolutus.

Digitized by Google QVAE-

QVAESITVM XCIII.

SVMMARIVM

E *Nesciens se esse excommunicatum, si a confessore habente potestatem ipsum ab excommunicatione sub conditione, vt fieri solet absoluat, vere est absolutus.*

An si pœnitens nesciat se esse excommunicatum, sit absolutus per absolutionem conditionalem, quæ præmittitur à Confessore dũ dicit, si teneris, &c.

E DIC. Quod si Confessor habet potestatem absoluendi & pœnitens animum satisfaciendi pro causa qua est excommunicatus, aut interdictus, aut suspensus, cum primum in mentem venit causa, in hoc casu sub illa absolutione conditionata, qua vtitur Confessor dum pronunciat absolutionis forma, dicitur absolutus iuxta potestatem Confessoris. Nauar. c. 27. num. 273.

QVAESITVM XCIIII.

SVMMARIVM.

a *Pœnitens, qui ex obliuione prætermittit confiteri se esse excommunicatum, vel habere casus reseruatos, si confessor ille habet authoritatem absoluendi, iam illi casus non sunt amplius reseruati, sicut, & excommunicatio, & cum recordatur à quolibet Confessore approbato potest absolui.*

An si quis confitetur Confessori habenti facultatem absoluendi eum ab excommunicatione, vel à casibus reseruatis, sed ex obliuione prætermittit cõfiteri se esse excõmunicatũ, vel casũ reseruatũ habere, intelligatur absolutus ab excõmu-

nicatione

Digitized by Google

nicatione, & à reseruatis cum absolutione aliorũ peccatorum?

1 DIC. Quod illa absolutio operatur, vt casus reseruati non sint amplius reseruati, sic etiam, & excommunicatio, & cum pœnitens postea recordabitur, & confitebitur, poterit absolui à quocunqe alio confessore approbato ab ordinario, quia cessauit reseruatio, & hoc solet accidere tempore Iubilei. Nauar. c. 26. num. 13. & de pœnit. d. 5. c. 1. Sic etiam si fiat absolutio generalis authoritate Apostolica, tunc si quis non recordatur se esse excommunicatum, adhuc est absolutus.

QVAESITVM XCV.

SVMMARIVM.

2 *Confessor potest suspendere absolutionem ad alteram diem.*

An possit Confessor audita Confessione suspendere absolutionem in alteram diem, & tunc absoluere & iniungere pœnitentiam?

1 DIC. Quod sic, quia sacramentum pœnitentiæ non requirit tantam connexitatem, sicut cætera sacramenta. D. Antonin. de scientia Confessoris. c. 4. & ita etiam potest dimidiari confessio in plures dies, ita tamen, vt in fine sit integra, & in fine dari absolutio, & iniungi pœnitentia.
Et hic sciatur, pœnitentiam iniunctam à Confessore post confessionem esse efficaciorem pœnitentia, quam quis pro vindicando peccato voluntariè assumit & hoc virtute clauium. D. Thom. 3. Quolibet. art. 18.

Digitized by Google

QVAESITVM XCVI.

SVMMARIVM.

1 *Absolutio potest reiterari super ijsdem peccatis, sed non super eadem confessione.*

An possit reiterari absolutio?

1 DIC. Quod potest super eisdem peccatis, sed non in eadem confessione, & ratio est, quia nullius sacramenti forma est reiterabilis super eadem materia proxima. Caiet. in verb. absolutio. In alijs confessionibus admittitur ob incertitudinem, quæ succederet defectu contritionis ex parte pœnitentis, vel defectu Confessoris obliti illam impendere, quare si datur absolutio super eisdem peccatis, prius iam confessis, & absolutis, tunc hanc absolutionem probabile est, nil plus operari, quam primam, secus suum sortiretur effectum, sed potest esse causa, qua non debet absolutio iterari, sique iteretur absolutio in confessione iterata tunc est fructuosa, si fiat ex deuotione. Medin. c. de confess. q. 25. Secus ex diffidentia præteritæ absolutionis, quia tunc peccaret mortaliter peccato sacrilegij, & iniuriam inferret sacramento.

QVAESITVM XCVII.

SVMMARIVM.

1 *Confessor vocatus ad audiendam confessionem infirmi, qui iam loquelam amisit, an debeat absoluere, & quomodo secundum varias sententias explicatur.*

An Confessor debet absoluere infirmum, si dū vocatus ad audiendum illū, inuenit eum amisisse loquelam, vel factum frēneticum?

DIC.

Digitized by Google

1 DI C. Quod quidam dicunt, quod sic. Hostien. in Sum. de pœnit. & remiss. Angel. verb. confessio. 4. num. 8. Sylu. verb. confess. 3. q. 13. Medin. de confess. c. 39. Cordub. in tract. de Indul. qu. 30. dub. & ita fuit vsus antiquus. Conc. Chartag. 4. c. 6. & Conc. Arausicanũ 1. c. 12. Per hæc verba. Subito obmutescens, prout statutũ est, baptizari, aut pœnitentiam accipere potest, si voluntatis præteritæ testimoniorum aliorum verbis, aut præsentis in suo nutu.

Idem colligitur ex Epistola Leonis Papæ. 89. & ex August. lib. 1. de adult. c. vlt. & habetur in causa 26. qu. 6. per hæc verba ex Conc. Carthag. 4. ca. 76. Is, qui in infirmitate pœnitentiam petit, & dum Sacerdos venit, infirmus obmutescit, vel in phrænesim incidit, dent testimonium, qui eum audierint & accipiat pœnitentiam, & si creditur cõtinuo moriturus, recõcilietur per manus impositionem, & infundatur ori eius Eucharistia, si superuixerit admoneatur à supradictis testibus petitioni suę satisfactũ, & subdatur statutis pœnitentiæ legibus, quãdiu Sacerdos, qui pœnitentiã probauerit; &c. qui textus licet nõ loquatur expressè de absolutione sacramentali, vt interpretatus est P. Ma. tamen trahitur ad eam. de pœnit. ca. 5. Et dandam infirmo absolutionem tenuit. D. Anton. in lib. defecerunt. c. de infir. Gloss. 2. lib. instit. Canone de pœnit. & remiss.

Sed Nauar. c. 26. num. 26. & 27. & c. vlt. num. 289. Sot. 4. d. 18. qu. 2. art. 5. & Vict. de confess. num. 187. & alij tenent non deberi talem infirmum absoluj, quia non adest materia, & non debet pronunciari forma, vbi non est materia, & peccaret mortaliter qui absolueret à peccatis, & exponit. c. Is qui 26. qui. 6. non debere intelligi de absolutione à peccatis, sed de alia absolutione, vt dictum est. P. Marius tenuit hanc esse communem, & rationabilem opinionem loquens de infirmo peccatore, qui nullum expressit peccatum; neque signis, neque nutu, sed præmisit signa contritionis petijt confessorem, concluſit tamen primam opinionem esse magis piam, & in praxim inductam à D. Antonino, & ideo sequendam, cui ego dico libenter adhærere posse, quia si contritio, & confessio, & satis-

Digitized by Google

factio sunt quasi materia propinqua sacramenti pœnitentiæ, illi actus contritionis in infirmo, vt supra sunt pro materia, etiam si aliquis tantum actus præcesserit contritionis, quæ includat in voto, & confessionem, & satisfactionem, & consequenter potest, & debet absolui, vt bene notat Religiosissimus Fr. Gregorius Cappucinus in suo Manuali de pœnit. Sed alij, vt Magister Medina dicunt in hoc casu dubio dandum esse absolutionem in mente sub intellectu si capax es, & Christus sic instituit, absoluo te &c.

Sed si non infirmus, sed alij vocassent confessorem, & interim infirmus obmutescceret, & ostenderet signa contritionis, aliter dicendũ esset. Sed nota, quod si infirmus fuerit vsurarius publicus, & si ostenderet signa contritionis nõ potest absoui, nec communicari, nisi prius restituat ipse, vel hæredes id promittant, &c. Ita nec potest hic sepeliri in Ecclesia, nisi prius restituat, vt supra.

Nauar. c. 26. num. 26.

Digitized by Google

QVAESITVM. XCVIII.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitens nolens fateri veritatem Iudici procedenti secundum formam Iuris, non potest absolui*

2 *Iudice procedente contra formam juris, potest reus verbis obscuris, & ambiguis respondere,*

3 *Testis non potest absolui in casu in quo tenet dicere veritatem nisi socios criminis manifestet.*

An Confessor possit absoluere pœnitentem, qui non vult fateri veritatem Iudici interroganti eũ cum Iuramento?

1 DIC. Quod si Iudex procedit secundum formam Iuris, puta si delictum sit famosum, aut manifestum, aut probatum semiplenè, saltem per vnum testem de visu, aut adsint indicia sufficientia, aut sint probata hæc omnia in processu, & notificata ipsi testi, non potest absolui, nisi verum fateatur, & tenetur obedire Iudici, etiam cum periculo amissionis vitæ. Nauar. c. 25. num. 35. & c. 15. num. 57.

In hoc casu debet esse prudens Confessor, ne absoluat pœnitentem in peccato mortali, cum damnatione animæ, nec cogat pœnitentem ad confitendum Iudici, quod non tenetur cum periculo vitæ. Nauar. lo. ci.

Et in hoc casu procedente Iudice contra formam Iuris, potest testis respondere verbis obscuris secundum se, licet apud ipsum Iudicem sit falsum, quod dicit, quia non seruata forma juris non est eius subditus, nec tenetur ei dicere veritatem, nam
2 si quisque tenetur occultare crimen proximi, & illius famam seruare, quanto magis tenetur seruare suam famam, & sic potest absolui. Nauar. c. 12. num. 8. c. 18. num. 58. Sylu. in verb. accusatio. §. 10.

Digitized by Google

3 Sed non potest testis absolui in casu, quo tenetur dicere veritatem, si non manifestat etiam socium criminis maximè in criminibus grauissimis, vt hæresis, assassinij, falsæ monetæ, & alijs, & in his debet Confessor non absoluere, & monere, vt verum fateatur, aliàs peccat absoluendo, & non monendo. Fr. Gregorius lo. cit.

QVAESITVM XCVIIII.

SVMMARIVM.

1. *Peccatori occulto non absoluto publicè petenti communionem non debet denegari.*
2. *Publicis peccatoribus debet denegari, etiam si sint contriti, & confessi, quousque publicè pœniteant.*

An Confessor poterit denegare communionem pœnitenti non absoluto?

1 DIC. Quod si peccator est occultus, & petierit publicè non debet denegare, quia esset detegere confessionem. Nauar. in c. Sacerdos de pœnit. d. 6.

2 Sed denegandam esse communionem publicis peccatoribus habetur in cap. fin. de temp. ord. & ca. Vestra de cohab. cle. & mul. imò si publici peccatores verè cõfiteantur, & sint contriti, nõ tamen est danda eis cõmunio publicè, quousq; egerint pœnitentiam, vt qui alios male agendo publicè scandalizauerint, bene ædificent. Conc. Trid. sess. 24. c. 8.

QVAE

QVAESITVM C.

SVMMARIVM.

1 *Mortuus, qui signa contritionis ostendit potest absolui ab excommunicatione.*

2 *Quilibet Sacerdos in articulo mortis potest absoluere à quibuslibet peccatis, & censuris*

3 *Non tamen debet absoluere obstinatum vsque in finem obnoxium restitutioni, nisi prius restituat, vel restituendi dederit cautionem.*

4 *Nec debet absoluere nolentem soluere, debita ante sententiam Iudicis, scientem se esse obligatum ad soluendum.*

5 *Nec debet absoluere detinentes bona defunctorum, nisi prius restituant.*

An Confessor posset absoluere excommunicatum mortuum, qui ostendit signa contritionis?

1 DIC. Quod sic, sed absolui ab eo, qui poterat absolueri ipsum viuum, & sic sepelliri in Ecclesia, & obseruari forma, quæ obseruaretur, si viueret. c. à nobis. & 2. de sent. excom. Angel verb. absolutio. num. 14.

2 Et hic notandum posse quemlibet Sacerdotem in articulo mortis constitutum posse absoluere à quibuscunque suis peccatis, & cēsuris quantumuis reseruatis, etiam si absoluens sit excōmunicatus denunciatus, non tamen si præcisus, aut hæreticus, aut schismaticus, & sic absolutus superuiuens debet adire Superiorem, à quo poterat absolui à censuris, aliàs reincidit. c. eos. de sent. excom. in 6. Sed de peccatis remanet absolutus.

3 Non tamen debet Confessor absoluere obstinatum vsque in fine vitæ obnoxium restitutioni, nisi prius si poterit, restituat, vel cautionem dederit, & ostenderit emendationem. Nauar. c. 26. num. 26. vide notata in c. super eo de Rectoribus.

Digitized by Google

bus, quam securitatem si præstare non poterit, contrito viaticum non denegetur, sepulturæ eius, si moriatur, nullus Clericorum interfit, nec eius eleemosinam accipiant, & contrafacientes deponendi sunt, itaque huiusmodi peccatoribus conceduntur sacramenta sed non sepultura Ecclesiastica, vt sit cum interdictis, vel mortuis in torneamentis, aut duellis.

4 Nec debebit absoluere Confessor pœnitentem nolentẽ soluere debita antequam ad illa decreto Iudicis cõdemnetur, quãdo ipse considerat, vel considerare debet debere se soluere, vel restituere, imò quoties proponit non soluere, vel non restituere, peccat mortaliter, quia detinet alienum, inuito Domino, secus esset, quando aliqua causa excusaretur, vel esset in dubio debito.

Posset tamen huiusmodi absolui, si aliquam partem in singulos menses solueret vsque ad integrã satisfactionẽ, nam si posset, & non solueret, vel restitueret ablatum, non esset absoluendus. Nauar. loc. cit. num. 66. quia qui aliena tenet, & potest soluere, & non soluit, non est verè pœnitens.

5 Ita etiam Confessor non debet absoluere detinentes oblationes defunctorum, nisi prius restituant, imò, vt infideles ab Ecclesia sunt repellendi, quasi egentium necatores: 13. qu. 2. c. qui oblationes. Et hi tales in aliquibus Diœcesibus sunt excommunicati, vt in Synodo Diœcesana Beneuentana.

Nota hic, quod denunciatus ob debitum, si satisfaciat intra tempus Iubilæi, absoluetur virtute Iubilæi, adhuc requiritur absolutio judicialis, secundum securiorem opinionem, quia eum non iudicat de occũltis.

QVAESITVM CI.

SVMMARIVM

1 *Confessores regulares ab Ordinario approbati non possunt absoluere, virtute priuilegiorũ pœnitentes à casibus reseruatis Episcopis.*

2 *Possunt*

Digitized by Google

a *Possunt tamen absoluere in concessione Iubilæi à præditis casibus Episcopis reseruatis, etiam quod non exprimantur.*

An Confessores regulares approbati ab Episcopo possent sine eorum facultate, sed virtute priuilegiorum absoluere pœnitentes sæculares à casibus reseruatis Episcopalibus?

1 DIC. Quod non, etiam si sit mare magnum, vt vocant, aut quoduis priuilegium ampliſſimum, nisi expressè includantur casus Episcopalis, vt patet per literas Sac. Congregationis. Concil. sub decimo Septembtis 1592. directas Domino Archiepiscopo Neapolitano.

2 Sed aliter dici debet in concessione Iubilei, licet non exprimantur casus Episcopales, quia tunc concessio est ampliſsima, & Pontifex loquitur de plenitudine potestatis. Itaque poterunt absolui virtute Iubilæi, etiam si facultas casuum reseruatorum Episcopis non exprimatur.

Nec mirum, si concesso, quod maius est, nempe facultate absoluendi a casibus Papalibus, qui habent annexam excommunicationem, non sit concessum, quod minus est, vt sunt casus Episcopales, quia aliquando conceditur, quod maius est, vt communio interdictis, & tamen negatur Ecclesiastica Sepultura.

QVAESITVM CII.

SVMMARIVM.

1 *Dolens de homicidio, vt offensa Dei, & de illo gaudet, quia recuperauit honorem, petens absolutionem potest absolui. idem dic de adulterio, vel fornicatione.*

2 *Hoc intelligendum est dummodo peccatum relinquat.*

3 *Pœnitens tenens probabilem opinionem, contrariam opinioni Confessoris debet absolui.*

4 *Non debet absolui, qui vnum peccatum mortale non vult confiteri*

Digitized by Google

fiteri, etiam si alia omnia confiteretur.

5 *Nec debent absolui, qui propositum non habent abstinendi à peccatis de futuro, & multi casus explicantur.*

An Confessor debeat absoluere pœnitentem, qui interfecit inimicum suum, & dolet de homicidio, vt offensa Dei, & petit humiliter absolutionem, & ratione effectus, quia recuperauit honorem ab inimico sibi ablatum, gaudet de homicidio?

1 DIC. Quod potest absoluere hunc talem, quia est attritus, & fit contritus virtute absolutionis. P. Ma. de pœnit. ad 10. qu. 8.

2 Sic etiam potest absolui, qui dolet de adulterio commisso, vel fornicatione, vt offensa Dei, sed gaudet inde suscepisse filium, virtutibus deditum, & inclinatum, hoc tamen intellige, relicto peccato, nec alio modo, imò hi tales possent dici contriti, etiam ante confessionem, si verè eos peniteat de delicto vt offensa Dei, & ob illius amorem.

3 Non tamen debet absolui nolens cessare ab eo, quod Confessor iudicat mortale, & ipse pœnitens iudicat contra, fretus autoritate alicuius Doctoris: quia de illo facto sunt contrariæ opiniones.

Dicendum, quod in hoc casu debet esse cautus Confessor, vt pœnitens consulet peritos, & faciat, quod de iure debet, nec facile sufficientiæ suæ credat. Et in hoc casu, si opinio pœnitentis sit probabilis, confessor se debet confirmari pœnitenti.

4 Sed nullo modo debet absolui, qui diceret se habere contritionem de omnibus peccatis, & velle confiteri omnia, except ovno mortale turpe, dicens velle illud vnum confiteri postea, quia hic non habet contritionem, & eius confessio non est integra, vt requiritur de omnibus peccatis. Gloss. de pœnit. d. 1. & habetur in c. sunt plures. de pœnit. d. 3.

Nec

Digitized by Google

5 Nec debet absolui pœnitens, etiam nobilis, qui iniuriam intulit ignobili, & habet animum cauendi de futuro, sed non habet propositum in præsenti satisfaciendi, prout imponitur à confessore, quia hic non est contritus.

Idem dic de fure, qui vult confiteri absque proposito satisfaciendi, & restituendi. P. Ma. loc. cit.

Idem dic de fraudantibus Gabellas iustas, & propositum non abstinendi in futurum, nec satisfaciendi de præterito.

Idem de vendentibus contra assisam.

Idem de macellarijs, vel tabernarijs, & alijs, quibusuis, qui vendunt res plus iusto prætio, nec habent animum abstinendi in futurum, nec satisfaciendi de præterito.

Idem dic de Actuarijs non obseruantibus pannectas mercedum, & nisi restituant præterita mala ablata, & proponant cauere de futuro, sunt in statu damnationis.

Idem de his, qui tenent, vel legunt libros prohibitos, si non habent propositum non legendi in futurum, & præsentandi libros Superioribus.

Idem dic de retinentibus, & conseruantibus rancorem, & odium particulare in proximum cum animo offendendi, si poterunt, quia non habent contritionē, nec fierent contriti ex attritis, & licet hi non obligentur humiliare se inimicis, nisi in casu magni scandali euitandi, tamen tenentur eis ostendere signa communia beneuolentiæ absque animo offendendi.

Nec etiam lenones dominorum suorum sunt absoluendi, nisi desistāt, & in hoc nō tenētur obedire eorū dominis, nec possunt absolui, qui custodiam faciunt amatoribus ad malū finem, nec qui portant literas lasciuiæ ad amasios, nec quiuis alij dantes auxilium, seu consilium efficax ad peccatum mortale, nisi desistant cum proposito cauendi in futurum.

Digitized by Google

QVAE-

QVAESITVM CIII.

SVMMARIVM.

1 *Non tenentur pœnitens statuere relinquere occasionem remotam peccandi.*
2 *Tenetur statuere relinquere occasionem proximam*
3 *Quæ sit occasio proxima peccati explicatur,*
4 *Confessor non debet absoluere pœnitentes, qui nolunt relinquere occasionem proximam peccati.*

An sint absoluendi, qui non statuunt relinquere occasionē, quę eos impellere possit ad peccādū?

1 DIC. Quod sic, quia non tenentur statuere numquam se vsuros occasione remota, vt non facere gladios, quia ex his fiet homicidiū cum ipse non fecerit cum tali intentione.

2 Sed secus esset, si non vellet relinquere occasionem proximam peccati, & occasio proxima dicitur, quæ numquam, aut vix potest esse sine peccato considerata qualitate personarum vt si soli degant in eadem domo adolescens cum puella, quia de facili possunt peccare, & hi regulariter nō possunt absolui, relinquant occasionem proximam, quod esset adinuicem separatio, nisi maximè si soliti sint cadere.

3 Et habe regulam illam esse in proposito occasionem proximam, à qua necessariò abstinendum est à pœnitente, vt absolui possit, quæ sola esset peccatum mortaliter, vel talis peculiariter qua credat, vel credere debet Confessor, vel pœnitens, aut nūquam, aut raro posse esse sine peccato, consideratis eius circumstantijs.

4 Itaque Confessor regulariter non debet absolucre pœnitentem, qui non vult relinquere occasionem, qua omnes eius similes soliti sunt peccare mortaliter, licet aliquando hæc regula fallat in aliquibus personis, quæ in tali occasione sperant nō peccare, & vincere, & hi tales possent absolui, si sint probatæ vitæ, & sperant, Deo adiutore posse vti illa occasione sine pec-

Digitized by Google cato

cato,& tun c potest Confessor credere pœnitenti,si concurrunt quatuor conditiones. Prima , vt pœnitens habeat verum dolorem de præteritis. Secunda, vt habeat verum propositum non redeundi ad præterita. Tertia, vt habeat propositum non peccandi in illa occasione cum Diuino auxilio. Quarta, vt subsistat iusta causa de non abstinendo ab illa occasione , vt scandalum, vel suspitio, & simil.

QVAESTVM CIIII.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitens, qui impositam pœnitentiam non vult accipere , petens remitti ad pœnas purgatorij vbi satisfacere intendit, potest absolui*

2 *Sed hoc quomodo sit intelligendum latius explicatur.*

An Confessor debeat absoluere pœnitentem , qui non vult acceptare vllam pœnitentiam in hac vita , sed petit remitti ad pœnas purgatorij, vbi satisfacere intendit ?

1 DIC. Hunc esse absoluendum , vt parere paratum , per satisfactionem in Purgatorio,ne desperatus eat in Infernum, à quo parum distat, & hoc intellige , si verè id habeat in animo ad maiorem eius pœnã , non per contemptũ pœnitentiæ à Confessore imponendæ , & intellige etiam de satisfactione afflictionis , quæ fit operibus pœnalibus , & de hac etiam post Conc. Trid, sess. 14. c. 8. Non est dimittendus pœnitens sine satisfactione, & non acceptans , non est absoluendus.

2 Si debeat restituere, tunc non est absoluendus , nisi restituat, vel restituere promittat : Imò si aliàs promisisset, & decepisset Confessorem, non est modo absoluendus, nisi facta prius restitutione.

Ego non absoluerem regulariter, qui non vellet acceptare saltem

Digitized by Google

saltem paruam pœnitentiam; nec est absoluendus renuens pœnitentiam præseruatiuam, etiam si non timeatur de recidiuo. Scot. Biel. Gaiet. & Armill. tenent contrarium, qui sunt intelligendi ante Conc. Trid. de expiatiua, non autem de necessaria præseruatiua.

Sed infirmus & inhabilis est absoluendus satisfacturus in altera vita. Sed pœnitens qui oblitus est pœnitentiam, quam acceptauit, & Confessor non recordatur illa, nec peccata ipsius debet repetere illa peccata iam dicta, sed si est alius Confessor debet facere, idest saltem in communi, vt Confessor possit imponere pœnitentiam. vide Medinam.

QVAESITVM CV.

SVMMARIVM.

1 *Excõmunicationes Papales, nisi sint reseruatæ possunt à quolibet approbato Confessario absolui*

2 *Qui tenent contrarium, sunt intelligendi de absolutione à foro exteriori.*

3 *Absolutus in foro exteriori debet absolui sacramentaliter in foro conscientiæ.*

An Confessor posset absoluere ab excommunicatione lata à iure?

1 DIC. Quod potest, quando conditor excommunicationis non reseruauit sibi absolutionem, & sic habeatur Regula, quod excommunicationes nulli reseruatæ, etiam Papales & possunt absolui à Parocho, seu quocunq; Confessore approbato ab Ordinario, & eo magis ab Eipiscopo. Nau. c. 27. n. 39.

2 Et dicentes contrarium, sunt intelligendi de absolutione in foro exteriori, vt Nauar. vbi supra, quæ absolutio in foro contentioso potest dari, & impendi, etiam à non Sacerdoti, nam potest committi à Superiore simplici Clerico, sed absolutus à Clerico, in foro contentioso, debet absolui postea è Confesso-

re

Digitized by Google

re sacramentaliter, ideſt, à peccato, propter quod fuit lata excommunicatio. Ang. in verb. abſolutio primo, & ſic habet vſus Curię Epiſcopalis Beneuentanæ, vt in abſolutione excommunicatorum dicat Iudex talem excommunicatum ob talem cauſam iudicialiter abſoluimus ſacramentalemq; abſolutionem cuique Sacerdoti ad confeſſiones approbato committimus, vt ipſe obſeruaui quoties occurrit.

QVAESITVM CVI.

SVMMARIVM.

1 *Poſſunt abſolui, qui ſæpius peccant cum mulieribus, dummodo habeant voluntatem abſtinendi à peccato, etiam ſi cum illis verſentur emendo, vendendo, laborando, dummodo non cohabitent.*

2 *Non poteſt abſolui miles, qui habet voluntatem eundi ad bellum, quod credit iniuſtum.*

3 *Alij caſus ponuntur, quando non poſſunt abſolui, qui non habent voluntatem tollendi proximam occaſionem peccandi.*

An Confeſſor debeat abſoluere adoleſcentes, qui verſando inter mulieres emendo, vendendo, vel laborando, non tamen cohabitant, peccant ſæpius voluntate, verbis, aut etiam copula cum illis, & non ſtatuunt abſtinere perpetuo ab hac occaſione;

1 DIC. Quod poteſt abſoluere huiusmodi adoleſcentes, dummodo proponant non amplius peccare, quia occaſio, quæ ex hoc præbetur ad peccandum, non eſt ex ſe peccatum mortale, nam poteſt quis ſine peccato illa vti, neque eſt huiusmodi, vt illa vtentes faciat ſemper peccare mortaliter. Nauar. c. 3. num. 6.

2 Sed non poſſet abſoluere, nec deberet militem, qui vult redire

Digitized by Google

dire ad bellum, quod credit iniustum, aut illum, qui vult redire ad Negromantiam, aut ad superstitiones, aut ad officium vsurarum, aut ad faciendos illicitos contractus, aut ad alia, quæ non possunt exerci sine peccato mortali. D. Thom. Secunda Secundæ. q. 169. art. 2. ad. 4. & ideo non potest absolui, qui ea non vult omittere, quæ sunt peccatum mortale.

3 Nec potest absoluere concubinarios publicos, aut alios, qui licet non sint publici, concubinatus ab aliquibus scitur, quia est occasio, quæ est peccatum mortale in se, & ob scandalum, quod præbetur scientibus in occasione proxima peccandi. Nauar. d. 3. num. 5. qui citat Angel. in verb. concubinatus. & Sylu. in eodem verb.

Nec possunt absolui concubinarij secreti, seu occulti regulariter, quia viuunt in occasione proxima peccandi, quæ aut raro, aut numquam sunt sine peccato, saltem voluntate, vel delectatione, vel verbis, si minus opere, sed vt absoluantur debent separari cum proposito amplius non redeundi. Nauar. c. 16. num. 20. qui dicit posse absolui, si concurrant quatuor illa requisita. c. 3. num. 5.

Nec potest absolui concubina alicuius, quæ non vult deponere voluntatem visitandi suum concubinum infirmum, & tenendi agonizanti candelam, si sciebatur fuisse eius concubina, quia est occasio, quæ in se est peccatum ob scandalum, imò si nesciretur fuisse eius concubina, adhuc non potest absolui, nisi concurrant quatuor illa requisita suprapositа, quod esset difficile, nisi illa haberet propositum saltem generaliter, & sincere exhortandi infirmum ad pœnitentiam præteritorum peccatorum. Nauar. c. 3. num. 5.

QVAESITVM CVII.

SVMMARIVM.

1 *Hospitatrix quando peccat hospitando hominem cum quo solet peccare, & quid faciendum sit explicatur.*

An

Digitized by Google

An Confessor possit absoluere licitè illam fœminã, quæ hospitatur quoscunque, & quoties hospitatur quendam hominem peccat cum eo, & non habet propositũ abstinendi ab exercitio hospitij?

1 DIC. Quod sic, quia hospitari alios non est peccatum, sed excipere illum talem, quia esset occasio proximæ peccandi, debet statuere, & polliceri amplius in posterum non hospitaturum illum hominem. Imò concurrentibus illis quatuor circũstãtijs, posset illa hospitatrix sine proposito illo non recipiendi talem hominem, quando absque scandalo, & damno non posset illum prohibere ab hospitio. Sed Confessor debet monere fœminam hospitatricem, vt fugiat esse sola cum solo, quia esset incentiuum.

QVAESITVM CVIII.

SVMMARIVM.

1 *Simul habitantes, & ex cohabitatione peccantes, vt consanguinei, vel ancillæ, an sint absoluendæ, & quando explicatur.*

An possint absolui cognatæ, quæ peccauerunt cum consanguineis, quibus cum habitant, vel ancillæ quæ peccauerunt cum Dominis, quando separatio esset causa scandali?

1 DIC. Quod concurrentibus illis quatuor circumstantijs, & præcipuè quarta, quando separatio esset causa scandali, possunt absolui pro primâ vice, imò, & pro alijs vicibus iuxta illud Matth. 18. Non dico tibi septies, sed septuagies septies. c. septies. de pœnit. dist. 3. Nauar. Io. cit. Qui addit, quod ipsi tales recidiuantes non absolueret, nisi videret aliquod

Digitized by Google

principium emendationis, & quod potius absolueret cognatos in primo gradu, quam ancillas, quia illarum separatio esset periculosa, & scandalosa, sed ancillarum facilior. vide Nauar. loci. qui docet modum in huiusmodi difficillimo casu, & mallet interrogare, quam respondere, & concludit, concurrentibus illis quatuor circumstantijs, posse absolui.

Sed de ancillis, si non possunt resistere violentiæ carnali Dominorum, nisi fugiendo, dicit eas iuste posse fugere, & si essent mancipia, posse cogere dominos ad vēdendum. c. 16. nu. 22.

Et hic sciatur posse etiam absolui, qui solet peccare cum cōsanguinea, vel alia fæmina extra illius domum degente, dummodo pæniteat cum proposito abstinendi, sine tamen proposito abstinendi, numquam in posterum ingrediendi illam domum, debet tamen hic pænitens habere propositum numquam versandi cum illa solus cum sola in eadem camera sine maxima causa, & deberet admonere eam, se pænitere peccati commissi cum illa; & se confessum esse, & admonere, vt idem ipsa faciat, &, vt non putet amplius se ad eam hoc animo venturum. Nauar. c. 3. num. 5. quæ admonitiones, & cautelæ essent etiam salubres inter consanguineos peccantes cum habitantibus.

QVAESITVM CIX.

SVMMARIVM

1 *Mensis dominarum seruientes, vel eos brachijs sustentantes, vel comitantes, & de his delectantur mortaliter, vel polluantes, nisi abstineant non possunt absolui.*

An possint absoui, qui seruiendo mensis dominarum vel eas bracchijs sustinentes, vel comitantes, delectantur mortaliter cum ipsis, ita vt aliquando etiam polluantur?

1 DIC. Quod non, quia illa occasio est proxima peccato, & est peccatum mortale in se, imò si essent pares, & cū animo

Digitized by Google

animo ducendi illas in vxores, non possent absolui, nisi omittant occasionem, etiam si statuerent eos in posterum cum tali animo cum illis non versaturos, quia necesse est, vt proponant eos non versaturos cum illis, & alio modo licito, nam propter eorum imbecillitatem, & inconstantiam, & propter amorem erga illas facilimè inducuntur ad peccandum.

Idem dic de nobilibus puellis, mensis Reginarum astantibus & de adolescentibus cum eis conuersantibus ob eorum inconstantiam, & periculum.

Idem dic de alijs adolescentibus, siue nobilibus, siue rustibus, qui conueniunt cum puellis, vel vt choreas ducant, vel vt alium ludum faciant, & sæpè vel tactu in saltationibus, aut alijs actis peccant mente, verbis, & aliquando polluuntur, & hoc ob eorum imbecillitatem, & amorem erga illas Nau. lo. ci.

Sed vbi esset patriæ consuetudo honesta ducendi choreas, vel ludendi cum mulieribus, imò ex regulis ludi amplexandi eas, ita, vt per hos actus quis non haberet malam voluntatem posset absolui absque proposito non vtendi amplius illa occasione concurrentibus illis quatuor circumstantijs, quia hæc occasio non est ex se mortifera, & potest esse sine peccato.

Idem dic de edentibus res calidas, ob quarum esum impelluntur ad fornicandum, vel consentiendum pollutioni, scilicet, quod possunt absolui sine proposito non edendi in posterum, dummodo concurrant primæ tres ex illis quatuor circumstantijs, quia edere res calidas non est occasio proxima, nec in se peccatum mortale, imò nec semper facit peccatum mortale esus rerum calidarum.

Secus si esus rerum calidarum esset ad finem luxuriandi, quia tunc oporteret proponere amplius non edere, & ille esus esset peccatum mortale, & consequenter occasio propinqua peccati.

Nec possunt absolui exercentes ludum cum periculo vitæ, vt sunt ambulantes super funibus, sine proposito abstinendi. Syl. verb. absolutio. q. 8.

Digitized by Google

QVAESITVM CX.

SVMMARIVM.

1 *Quicunque in eorum exercitio ita delectantur, vt peccent, nisi ab exercitio desistant non possunt absolui.*

2 *Confessor, qui quoties confessiones audit peccat, nisi desistat, non potest absolui.*

An possint absoui Chirurgi, vel alij, qui in eorum exercitio delectantur ita, vt peccent absque proposito abstinendi ab exercitio?

1 IDIC. Quod sic, concurrentibus primis tribus circumstantijs.

2 Idem dic, de Confessore, qui peccat quoties audit confessionem alicuius mulieris, Idem de pœnitente, qui peccat quoties confitetur alicui consueto Confessori, quia huiusmodi actiones possunt fieri sine peccato. Itaq; possunt absolui huiusmodi, concurrentibus dictis circumstantijs.

QVAESITVM CXI.

SVMMARIVM.

1 *A pluribus excommunicatus debet absolui ab omnibus illis, vel saltem à Superiori omnium illorum.*

2 *Pluribus ex causis excommunicatus, debet causas excommunicationis exprimere.*

3 *In casu necessitatis potest Confessor vnica absolutione plures auditos in confessione absoluere.*

An excommunicatus à pluribus Iudicibus debeat absolui ab omnibus, à quibus fuit excommunicatus, vel sufficiat absolui à Superiore omnium illorum Iudicum?

DIC.

Digitized by Google

1 DIC. Quod deberet absolui à singulis, sed si à Superiore absoluatur, erit absolutus. Ang. verb. absolutio. 5. num. 10.

2 Sed qui est excommunicatus pluribus excommunicationibus debet in absolutione petenda exprimere omnes causas excommunicationis, si quælibet fuit per se sufficiens, vt excommunicaretur. Ang. loc. cit.

3 Et hic nota confessorẽ vnica absolutione posse absoluere plures auditos in confessione in casu necessitatis, vt tẽpore belli, pestis, vel submersione nauis, & simil. etiam si vnus audit peccata alterius. Syl. verb. confessio. 1. §. 22. sed extra casum necessitatis non liceret, & esset sacrilegium.

QVAESITVM CXII.

SVMMARIVM.

1 *Qui seipsum infamauit per tormenta confitens, quæ non fecit, debet seipsum exculpare, aliàs non posset absolui.*

An possit absolui, qui seipsũ infamauit confitendo per tormenta de delicto, quod non fecit, & sic fuit condemnatus?

1 DIC. Quod non, & quod debet seipsum exculpare, aliàs esset in statu damnationis. Sylu. verb. retractatio. qui citat. Panorm. & Soc. licet Ang. teneat contrarium.

QVAESITVM CXIII.

SVMMARIVM

1 *Habens facultatem ab Episcopo eligendi sibi Confessorem, non propter hoc potest absolui à casibus reseruatis.*

2 *Vt quis, absoluatur ab excommunicatione necessaria est expressio verborum denotans absolutionem.*

3 *Absolutus cũ promissione adeundi Superiorem, si non adeat peccat mortaliter.*

Digitized by Google

4 *Nec debet absolui etiam à non reseruatis, si nolit adire Superiorem.*

An qui habet facultatem ab Episcopo eligendi sibi Confessorem, possit absolui ab electo à casibus reseruatis ipsi Episcopo?

1 DIC. Quod non, nisi fuerit expressum in facultate. c. si Episcopus. de pœnit. & remiss.

2 Et hic nota excommunicatum, si recipiatur ad osculum Episcopi, vel alterius Superioris, à quo possit absolui, vel si ab ipso salutetur non censeri per hoc absolutum, sed necesse esse expresionem verborũ denotantem absolutionem. Ang. verb. absolutio. 1. num. 11.

3 Nota etiam absolutum ex facultate Episcopi à Confessore à casibus reseruatis. cum promissione adeundi Superiorem, si non adit illum, remanere quidem absolutum à reseruatis, ac aliis, sed peccare de nouo mortaliter, propter inobseruantiam promissionis, si ex malitia, vel affectata negligentia, secus si ex impotentia.

4 At non debet absolui habens casus reseruatos, cũ nolit adire Superiorem, si potest, quia non est contritus. Nauar. cap. 26.

Nota hic, quod approbatus per concursum ad aliquam Parochialem Ecclesiam censetur approbatus ad audiendas confessiones in eadem Ciuitate, vel Oppido vbi est, non autem per totam Dioecesim. S. congregatio Conc.

QVAESITVM CXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Non debet pœnitens obstringi voto, vel iuramento ad obseruandam pœnitentiam, vel non peccandum.*

2 *Limitatur ad excommunicatos incendiarios, mutilatores, publicos vsurarios, & alios.*

An

Digitized by Google

An Confessor debet obstringere absoluendos voto, vel iuramento ad obseruandum pœnitentiam iunctam, vel de non amplius peccando?

DIC. Quod non, quia id esset eos nouo peccati vinculo ligare.

Sed cum quibusdã peccatoribus solet id fieri, vt cum excõmunicato ob manifestam offensam, prius satisfaciat, quam absoluatur, sic etiam cum incendiarijs, eorumque sociis, & fautoribus, vt iurent amplius non committere.

Tandem nec possunt nec debent absolui mutilatores, violatores Ecclesiarum, manifesti vsurarij, & qui intulerunt iniuriam personis Ecclesiasticis, & alijs similibus nisi prius satisfacta per eos parte læsa, & si non sunt soluendi, dent cautionem, siue pignus, & si neque id possunt, iurent se satisfacturos, cũ primum poterunt. Graff. libr. 1. cap. 32. num. 16.

Et is dicitur non posse satisfacere, qui cum commodo non potest satisfacere, vt si oporteret vendere eius bona vilius, tunc differre potest, dummodo dilatio non esset cum damno alieno Nauar. c. 26. nu. 2. c. 22. nu. 47. & 48. & 73. Vel si non haberet, nisi quantũ ad eius victũ pro eius conditione sufficeret.

QVAESITVM CXXV.

SVMMARIVM.

1 *Religiosus præsumens absoluere ab excommunicatione à Cœna, siue per Statuta Prouincialia, siue Sinodalia est excommunicatus excommunicatione Papæ reseruata.*

2 *Secus, si absolueret ab excommunicatione ab homine, etiam à Papa.*

3 *Si esset Presbyter secularis sic absoluens præter quam à casibus reseruatis in Bulla Cœnæ, non esset excommunicatus, sed peccaret mortaliter.*

Digitized by Google

4 *Episcopus potest absoluere ab omnibus casibus Papæ reseruatis occultis tamen, non tamen ab hæresi, etiam occulta.*

5 *Ab hæresi etiam occulta virtute Iubilei, non potest quis absolui, nisi exprimatur in Bulla.*

An incurreret aliquam pœnam, qui præsumit absoluere à censura, a qua non potest?

1 DIC. Quod si est Religiosus, & præsumit absoluere ab excommunicatione, à Cœnone, seu statutis Prouincialibus, aut Synodalibus est eo ipso excommunicatus, & eius absolutio est Papæ reseruata.

2 Secus si absolueret à sententia excommunicationis ab homine, etiam à Papa. argu. c. ad audient. de dec. Glos. in Clem. Religiosi, de priuil. Vel si ignoranter id faceret, quia tunc non præsumeret c. 1. de vit. & host. cler.

3 Sed si esset Presbyter secularis, qui absolueret à prædictis excommunicationibus à Canone, seu statutis, (exceptis contentis in Bulla Cœnæ) non esset excommunicatus, sed peccaret mortaliter, & eius absolutio non valeret, Clemen. Religiosi. D. Anton. de Author. confess. part. 1. c. 12. Et in hoc casu sic absolutus poterit tantum confiteri illos casus, à quibus primus non potuit absoluere, habenti potestatem. Syl. verb. cõfessio 3. num. 2.

4 Et hic sciatur Episcopum posse absoluere ab aliquibus casibus Papalibus, nempe ab omnibus casibus, & ex cõmunicationibus reseruatis Summo Pontifici occultis solummodo, siue per se, siue per Vicarium ad id specialiter ab eo deputandum, & hoc in foro conscientiæ tantum, & quo ad suos subditos tantum in sua Diœcesi, & imposita pœnitentia salutari. Conc. Trid. sess. 23. c. 6. de reform.

5 Non potest absoluere a contentis in Bulla Cœnæ Domini, nec in posterum à crimine hæresi occulto, vt prius per Conc. Trid. Imo nec Inquisitor, propter Bullas Summi Pontificis, & signan

Digitized by Google

signanter Xisti V. derogatorias decis. Conc. vt in ea videre est, & ita declarauit Sacr. Congreg. Concil. super cap. 6. sess. 4. Concil. §. 1. de sen. hæres.

Nisi esset principalis Inquisitor in sua Dioecesi, quia tunc posset quo ad suos subditos, & hoc casu possunt inquisitores in foro conscientiæ tantum absoluere pænitentes. Nauar. lib. 5. Consil. de senten. excommunicationis, qui dicit etiam, quod vbi permittitur Episcopis absoluere in foro conscientiæ tantum id posse intelligi, & in foro pænitentiali, & etiam in alio foro secreto extra confessionem sacramentalem, & ratio est, quia absolutio ab excommunicatione non est sacramentalis, & potest dari etiam à Clerico habente potestatem, vt quando Vicarius Episcopi est solummodo Clericus.

Sed à peccatis non potest absoluere, nisi Sacerdos approbatus ab Ordinario, qui debet ipsum pænitentem audire in confessione sacramentali, & deinde absoluere. Nauar. cap. 27. num. 41.

Nec virtute Iubilæi, vel Bullarum Cruciatæ, in quibus datur expressa facultas absoluendi à casibus Bullæ Cænæ, posset quis absolui ab hæresi occulta, si non exprimatur specialiter casus hæresis in concessione Iubilæi, vel Bullarum Cruciatæ. Nauar. cap. 27. num. 273. quia concessio generalis non videtur includere illam particularem concessionem, quæ, vel similiter conijci potest, quod in specie minimè concessa fuisset, vt per c. in generali de reg. Iur. 6. c. fin. de offic. Vic. in 6.

Potest etiam Episcopus absoluere in aliquibus casibus ab excommunicationibus reseruatis Summo Pontifici, quoscumque detentos iusto impedimento adeundi Sanctissimum Dominum Papam, vel legatum à latere, quod impedimentum est declarandum arbitrio absoluentis. cap. ad eminen. de sentent. excommunicationis, Felin. in cap. mulieres de officio deleg. Sylu. verb. absolutio 4. num. 4.

Sed in praxi prius est per Episcopum consulendus Summus Pontifex, & iuxta eius responsum procedendum. c. mulieres de sent.

Digitized by Google

de sentent. excommunicat. nisi esset periculum mortis, quia tunc, non expectato responso poterit Episcopus absoluere impeditos.

QVAESITVM CVI.

SVMMARIVM

1 *Episcopus potest dispensare cum homicida inuoluntario ad minores Ordines, & beneficia simplicia, & retinenda cuncta obtenta.*

2 *Super irregularitatibus non potest dispensare, maximè ex homicidij causa prouenientibus.*

3 *Cum irregulari debet vti verbo dispenso, cum excommunicato, interdicto, & suspenso, potest vti verbo absoluo, imo in casu necessitatis vnico verbo dicendo absoluo, absoluit ab excommunicatione suspensione, & interdicto.*

4 *Facultas absoluendi à censuris non includit dispensationem ab irregularitate.*

5 *Nec facultas absoluendi à casibus comprehendit, vt possit absoluere à censuris, vel irregularitate.*

6 *Facultas quæ habetur à Summo Pontifice absoluendi à casibus reseruatis comprehendit etiam censuras.*

An Episcopus possit dispensare cum homicida non voluntario quo ad ordines, vel beneficia simplicia, vel cum irregulari ob homicidium iustum cum armis, vel condemnando aliquem ad mortem, vel sententiam mortis exequendo, vel defendendo seipsum, ac proximū occidendo Banditum, quem impune occidere licet?

DIC.

Digitized by Google

1 DIC. Quod cum homicida inuoluntario poterit dispensari ad minores ordines, & beneficia simplicia obtinenda imò etiam ad retinenda curata obtenta. Decius in cap. At si Cler. de Iud. num. 16. vide Nauar. c. 21. num. 240.

2 Sed superdictis irregularitatibus, dic, non posse dispensare, quia consuetudo est, vt à Sanctissimo Domino impetretur dispensatio. Nauar. lib. 2. consilior. cons. 33. de homic.

3 Vbi nota, quod Episcopus potest dispensare in occultis irregularitatibus. ex Conc. Trid. non tamen causa homicidij voluntarij prouenientibus. Et in huiusmodi actione debet vti verbo dispenso, non autem absoluo, sed in excommunicatione & interdicto, imò, & suspenso potest vti verbo absoluo, sed cū suspenso, quæ solum cadit in Clericum, est melius vti verbo habilito.

In casu autem necessitatis vnico verbo, nempe, absoluo potest absoluere ab excommunicatione, suspensione, & interdicto.

4 Vbi nota habentem facultatem absoluendi à quibuscumque censuris, etiam Papæ reseruatis, non censeri habere facultatem dispensandi cum irregulari, quia irregularitas non est censura, sed pæna, vt suo loco dicetur.

5 Sicut in concessione Episcopi, vt quis possit absolui à casibus reseruatis, non venit concessa absolutio a censuris, quia censura non est casus, sed pæne casus, Nec venit irregularitas, nec intelligitur concessa facultas casuum reseruatorum Episcopo, & iure communi, vel particulari, vel ex generali consuetudine, nisi exprimatur, quos casus numerat Nauar. c. 27. num. 2P6. Et hoc etiam si Episcopus concesserit facultatem amplam absoluendi.

Sed si Episcopus concederet vnum casum reseruatum cum licentia generali, censeretur concessisse etiam alios casus reseruatos sic etiam, si concederet licentiam excipiendo vnum casum reseruatum, sic etiam si diceret, concedo tibi omnes casus meos. Nauar. c. 27. num. 255.

Digitized by Google

Sed in concessione a Summo Pontifice absoluendi à casibus reseruatis eius Sanctitati, censetur concessa absolutio à censuris, quia regulariter casus Papales, sunt reseruati, ratione censuræ, & remota censura, casus potest absolui à quocunq; Confessore approbato.

6 Hinc infertur habentem facultatem absoluendi à casibus reseruatis Papæ, habere etiam facultatem absoluendi à censuris Sanctissimo Domino Papæ reseruatis, licet Sixtus V. in constitutione contra Clericos malè promotos constituit casum Papalem absque censura, vt tam ordinantes, quam ordinati contra tenorem dictæ constitutionis sint suspensi, & non possint absolui, nisi à sede Apostolica.

QVAESITVM CXVII.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus potest absoluere à censura ob enormem percussionem Clerici occultam.*

2 *Occultum quid sit explicatur.*

An Episcopus possit absoluere ab excommunicatione Canonis, si quis suadente Diabolo occulta ob enormem læsionem, nam de leuibus, etiam publicis non est dubitandum?

1 DIC. Quod sic, & occultum in hoc proposito est, q̃ opponitur probabili, quod probari non potest per legitimos testes, etiam si aliqui sciant. Glos. in c. manifesta 2. qu. 1.

Sic etiam si effectus esset publicus, & delinquens nesciretur, adhuc diceretur occultum delictum. Sylu. v. correctio q. 8.

Imò si delictum enormis læsionis esset deductum in forum contentiosum, sed non bene probatum, ita, vt reus absoluatur, adhuc dicitur occultus delinquens, & potest absolui ab Episcopo, & cum reo dispensari. Atque ita sunt intelligenda verba Concil. Trid. vt delictum non intelligatur deductum ad fo-

Digitized by Google

ad forum contentioſum, niſi fuerit probatum,& ratio eſt quia verba ſunt intelligenda cum effectu. de pœnitent. diſt. 1. 17. quæſt. 4. cap. Si quis, & de Graff. lib. 1. cap. 13. num. 44. qui id bene probat.

QVAESITVM CXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſarij ab Epiſcopo approbati, ſiue ſeculares, ſiue regulares poſſunt audire confeſsiones, etiam ſine licentia Parochi.*

An Confeſſores approbati ab Epiſcopo, ſiue regulares, ſiue ſeculares poſſint audire confeſsiones in loco vbi ſunt approbati, abſque licentia proprij Parochi?

1 DIC. Quod ſic, modo illi, quos audit ſint ſubditi ipſi Epiſcopo, quos etiam poſſet audire extra Diœceſin, & ratio eſt, quia pœnitentia eſt Iurisdictionis voluntariè, hinc quilibet Sacerdos approbatus ad confeſsionem, poteſt audire ſubditum ſuum vbique, & abſoluere. l. 2. ff. de offi. pro conſ. Imò poteſt abſoluere omnes ad ſe venientes,etiã alterius Diœceſis, dummodò ſit in loco, vbi fuit præſentatus, & deputatus ad confeſsionem. Nauar. c. 27. num. 266. Sed licentijs datis à Curia Archiepiſcop. Beneuent. ponitur de licentia Parochi.

Idem dic de regularibus quibuscunque approbatis ad audiendas confeſsiones ſubditorum Monachorum, quod poſsunt audire in confeſſione vbique eorum ſubditum, non tamen abſoluere à caſibus reſeruatis. Sot. 4. d. 18. qu. 4. art. 3. Sylu. verb. confeſsio 1. §. 14.

QVAESITVM CXIX.

SVMMARIVM.

1 *Vagabundus habens caſum reſeruatum, & mutauit domicilium poteſt abſolui vbi reperitur à quocunque Confeſſario approbato.*

2 *Sed*

Digitized by Google

2 *Sed peregrinus reuersurus in patriam non potest absolui, nisi ab Episcopo loci, sub cuius Dominio deliquit.*

An Confessor possit absoluere in loco, vbi fuit approbatus, aliquem non subditum ab aliquo casu reseruato suo Episcopo, qui tamen non est reseruatus in loco vbi confitetur: do exemplum; Illustrissimus, & Reuerendissimus D. Archiepiscopus Beneuentanus reseruauit sibi casum, verbi gratia; non solutionis debitarum decimarum, & Petrus Beneuentanus confitetur Neapoli, vbi hic casus non est reseruatus?

1 DIC. Quod ille qui habet casum reseruatum, si mutauit domicilium, quia est vagabundus, potest absolui, vbi reperitur. à Confessore tamen approbato ab Ordinario, etiam quo ad casus reseruatos. vide D. Anton. de authoritate Confess. c. 1.

2 Sed si non est vagabundus, sed peregrinus reuersurus in Patriam, non potest absolui, nisi ab Episcopo, sub cuius Dominio deliquit in cesu reseruato. Sot. 4. d. 18. qu. 4. art. 2.

QVAESITVM CXX.

SVMMARIVM.

1 *Religiosus non potest sine licentia sui superioris confiteri alteri Religioso alterius ordinis.*

2 *Religiosi habentes licentiam confitendi quibuscumque Confessarijs, illi debent esse approbati ab ordinario, vel si sint Religiosi ab eorum Superioribus.*

An Religiosus possit confiteri sine licentia suorum, superiorum alteri Religioso alterius Ordinis?

DIC.

Digitized by Google

1 DIC. Quod non, etiam si ille esset constitutus Confessor secularium Asten. tit. 14. extr. Vag. inter cunctas. de priuil. Hostien. in Summ. de pœnit. & remiss. num. 14. Et dicenti se obtinuisse licentiam est credendum. c. placuit. d. 6.

2 Et hic notent Religiosi, quod habentes licentiam ab eorum Superioribus confitendi quibuscunque, si confiterentur Confessoribus secularibus, debent ij Confessores esse approbati ab Episcopo, & audiendas confessiones, sed si confitentur Confessoribus regularibus, sufficit, vt sint approbati ab eorum Superiore ad audiendas confessiones Religiosorum. Nec obstat dispositio Conc. Trid. sess. 14 c. 15. quia ibi loquitur de Confessoribus subditis Episcopo.

QVAESITVM CXXI.

SVMMARIVM.

1 *Confessor habens facultatem à Summo Pontifice absoluendi à quibusuis casibus, & censuris, non propter hoc poterit absoluere à casibus Papalibus, si Episcopus iusta de causa aliquem ex illis sibi reseruauerit*

An si Confessor secularis, seu regularis habeat priuilegium à Summo Pontifice absoluendi à quibusuis casibus, & censuris, si Episcopus iusta causa motus reseruauit sibi aliquem ex casibus Papalibus, imposita pœna excommunicationis, vel suspensionis, aut interdicti, eo ipso incurrenda præsumenti absoluere, poterit ille Confessor absoluere?

1 DIC. Quod non, & ita fuit responsum à fel. recordat. Gregorio XIII. Chatech. Neapol. lib. 4. c. 19.

QVAESITVM CXXII.

SVMMARIVM.

1 *Peccans spe veniæ consequendæ per Indulgentiam, virtute Indulgentiæ*

Digitized by Google

dulgentiæ, potest absolui, si illam circumstantiam confiteatur.

2 *Limitatur quando Bulla exciperet hunc casum.*

An peccans sub spe veniæ obtinendæ per Indulgentiam possit absolui, virtute indulgentiarum?

1 DIC. Quod sic, si confiteatur illam circumstantiam perfectè, vt decet. Sylu. verb. Indlgentia. qu. 10. Nauar.
2 lib. 5. Cons. 10. de priuilegijs, qui limitat, quando Bulla exciperet hunc casum, quia tunc non posset absolui.

QVAESTVM CXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Confessor habēs facultatem absoluendi ab omnibus casibus, & censuris, potest absoluere ab excommunicatione lata per Episcopum per sententiam generalem.*

2 *Excommunicatus nominatim ob aliquam causam à Papa, & ob eandem ab Episcopo si absoluatur à Sūmo Pontifice nulla facta mentione de excommunicatione ab Episcopo non censetur ablata.*

3 *Electus in Confessorem ab Episcopo potest ipsum absoluere ab omnibus, quibus potest Episcopus.*

An Confessor habens priuilegium absoluendi ab omnibus, casibus, & censuris possit absoluere ab excommunicatione lata per Episcopum, per sententiam generalem, nempe, qui fecerit hoc, vel illud, sint ipso facto excommunicati?

1 DIC. Quod sic. Nauar. in c. Ita quorundam de Iudæis. num. 3. Imola in c. graue de præben.

Hinc

Digitized by Google

Hinc sequitur Confessores habentes facultatem absoluendi à casibus Papalibus, posse etiam absoluere ab excommunicationibus latis per Episcopum, seu eorum Vicarios, quæ fiunt tribus præcedentibus admonitionibus, modo sunt latæ in genere, & sit satisfactum parti læsæ, ad cujus instantiam est promulgata excommunicatio.

2 Et hic nota, quod excommunicatus à Summo Pontifice, nominatim ob aliquam causam, & ob eandem esse excommunicatum ab Episcopo, si absoluatur à Summo Pontifice, nulla facta mentione de excommunicatione Episcopi non censetur illa ablata licet de consuetudine aliter sentiat dicendum Religiosissimus. Graff. lib. 1. c. 13. num. 63. de potestate Confessoris.

3 Hic nota electum in Confessorem ab Episcopo posse illum absoluere sine alia authoritate ab omnibus, à quibus potest absoluere Episcopus, vt ab excõmunicatione, a voto, a iuramento & alijs. D. Anton. lib. 1. de authoritate Confessoris c. 2.

An vero Episcopi possint absoluere ab hæresi, vigore Conc. sess. 24. c. 6. de reform. & an fuit hæc facultas ablata per Bullam Cænæ Domini? Dic, quod sic, vt per Sayrum de senten. excommun. decis 16.

Et dic etiam, quod hodie Episcopus non potest absoluere hæreticũ in foro conscientiæ, nec Inquisitor. vt ex congreg. super c. 6. sess. 24.

QVAESITVM CXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Qui obtinet facultatem faciendi se absoluere ab aliquo reseruato, & fictè confessus est illa facultas non expirauit.*

2 *Imo per illam concessionem cessauit reseruatio.*

3 *Facultas absoluendi à reseruatis intelligitur de commissis, & committendis infra spacium concessum, quod valet in concessione Bullarum Apostolicarum.*

4 *Aliquod peccatum si aliqua ex circumstantia fiat veniale non est reseruatum.*

Digitized by Google

5 *Mox moriturus suspendendus, vel obtruncandus, potest absolui ab omnibus casibus, & censuris &c.*

6 *Imò potest absolui à laico ab excommunicatione, si non fuerit præsens persona Ecclesiastica.*

7 *Potest etiam communicari, licet hoc non sit in vsu in Regno Neapol. ob reuerentiam tanti sacramenti.*

An qui obtenta facultate à Superiore faciendi se absolui ab aliquo reseruato, si ficte confessus est & propterea non absolutus, expirauit facultas?

1 DIC. Quod non, quia illa adhuc durat. Sylu. verb. confessio. 1. §. 19. D. Anton. 3. p. tit. 14. c. 19. num. 17. Caiet. verb. casus reseruatus.

2 Et nota pulchrum, quod per illam concessionem Superioris, cessauit reseruatio circa casum reseruatum, pro quo fuit obtenta facultas. Andrian. de reseruatione.

3 Nota etiam concessionem facultatis absoluendi à reseruatis intelligi de commissis, ac etiam de committendis infra spacium concessum, quod etiam procedit in concessione Bullarum Apostolicarum, quarum vigore aliquis potest absolui ab aliqua censura. Nauar. lib. 5. consilior. cons. 43. num. 2. de sent. excommunic. quod est mente tenendum.

4 Nota tertio posse aliquem in aliquo casu etiam extra casum necessitatis absolui ab aliquo casu reseruato, vt puta rusticum, qui committit peccatum mortale ex se reseruatum regulariter sed ex circumstantia fit venialis, vt si idiota indignatus prorupit per membra pudenda Christi, quod est blasphemia hæreticalis & reseruata, sed ille inuincibiliter id ignorabat, quia aliàs maximè abhorret blasphemiam, in hoc casu rusticus non peccauit mortaliter, nec est casus reseruatus.

5 Ita etiam absolui absque licentia Superioris, etiam si habeat casus reseruatos, & censuras, iam iam suspendendum, vel obtruncan-

Digitized by Google

truncandum, si confiteatur, qui hic dicitur esse in articulo mortis, cum mors iam imminet, vel ex causa naturali, vel ex causa violenta, vt ex præcepto iustitiæ, vel aliàs ex hominis iniquitate c. 2. de fur. c. super eo. de hæret. lib. 6.

6 Nota hic, quod liceat regulariter laicus non possit exercere spiritualia. cap. decernimus. extra de iudicijs, vbi tamen est periculum in mora potest absoluere excommunicatum in articulo mortis si non fuerit præsens persona Ecclasiastica. Gloss. in c. pastoralis. extra de officio Ordinarij. & in c. cum à nobis extra de sent. excom. & ibi Panormitanus, non tamen laicus potest absoluere a peccatis.

7 Et officiales iustitiæ sunt cogendi etiam per censuras, vt permittant confiteri reos. Clemen. iam secundum. Et ibi Zabarella. q. 2. de pænit. & remiss. Imò de Eucharistia. idem sentiendum est, vt per d.cap. super eo. & c.2. de furtis. Quod etiam Nauar. affirmat licere, vt suspendendus, vel obtruncandus, dummodo sit ieiunus, communicetur eodem mane, quo occidendus est, vel per tres, aut duas, imò per horam ante lib. 5. de pænit. & remiss. consil. 16. num. 12.

Sed in Regno Neapolitano vsus est in contrarium, & hoc ob reuerentiam tanti sacramenti.

QVAESITVM CXXV.

SVMMARIVM.

1 *Non est idem articulus mortis, & periculum mortis, & differentia explicatur.*

2 *In articulo mortis potest quis absolui à quocunque Sacerdote excommunicato denunciato, suspenso interdicto, dummodo non sit hæreticus, vel scismaticus.*

3 *In articulo mortis potest absoluere etiam Religiosus sine licentia sui Superioris, & etiam eum, qui habet facultatem à Papa eligendi sibi Confessorem.*

4 *Potest Confessor approbatus ab Ordinario audire confessiones laicorum, etiam sine licentia sui Superioris.*

Digitized by Google

An sit idem articulus mortis, & periculum mortis?

1 DIC. Quod non, quia articulus mortis est quando mors imminet, & nobis non volentibus, sed periculum mortis est, quando nos sponte, & nullo agente exponimus periculo mortis, vt cum ad bellum periculosum, vel ad mare turbatum ingredimur, & sic, qui potest absolui in articulo mortis, non potest absolui in periculo mortis, articulus vero mortis dicitur, quando communiter tenetur infirmum moriturum ex tali infirmitate.

Sed hic sciatur, quod id erat in principio periculum mortis, vt cum quis mare ingreditur periculosum, posse fieri articulum mortis, & sic in illo constitutum posse absolui, vt supra.
2 Glos. in c. pastoralis. de offic. deleg. §. Præterea, & in articulo mortis posse absolui à quolibet Sacerdote etiam excommunicato, denunciato, suspenso, irregulari, & degradato, dummodo non sit hæreticus, vel scismaticus c. ad hæc. 32. distin. Sot. 4. dist. 18. qu. 4. art. 4. Conc. Trid. sess. 4. c. 4.

Nota hic, quod licet in articulo mortis quis posset absolui à quocunque Sacerdote præsente tamen Episcopo, qui eum interdixerit, & non requisito est nullit er absolutus. Nauar. lib. 5. consilior. cons. 22.

3 Imò in articulo mortis potest absoluere Sacerdos Religiosus, etiã sine licentia Superioris, quia in tali articulo tacitè habet ab ipso Sũmo Pontifice authoritatẽ, quod etiam procederet, si pœnitens haberet priuilegium eligendi sibi Confessorem, etiam sine licentia Superioris posset audire, & absoluere eligentem. Sot. loc. cit. sed extra articulum mortis, nisi a superiore fuerit expositus ad Confessorem Religiosus, nec venialia audire potest, nec etiam peccata mortalia, rite confessa, sed si de facto audiret, teneret absolutio, sed puniri posset, sic etiam si nominatim a summo Pontifice exprimeretur Religiosus. Sylu. verb. confessio. 1. qu. 5.

Secus esset in sacerdote seculari, qui etiam sine licentia sui

Digitized by Google

sui Episcopi audire venialia, & mortalia rite confessa. Nauar. in c. placuit de pœnit. d. 5. num. 22. Caiet. verb. confessio. Sed debet abstinere Confessor, nisi fuerit approbatus ab Ordinario ad Confessiones propter periculum, & scandalum, vt dictum est.

4 Et hic nota Religiosum approbatum ab Ordinario, etiam sine licentia sui Superioris posse audire confessiones laicorum, & ratio est, quia cum per potestatem ordinis sit capax iurisdictionis, quam illi tribuit Episcopus in suos subditos laicos meritò potest audire, nisi alias esset impeditus, vt excommunicatus, aut suspensus à suo Superiore, quia tunc non posset, tamquam prohibitus à iure, imò hic Religiosus peccaret, si sine licentia sui Superioris acceptaret onus audiendi confessiones, nisi excusaretur propter charitatem.

QVAESITVM CXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Absolutus in articulo mortis à peccatis, & censuris reseruatis si conualeat tenetur adire Superiorem, aliàs incidet in excommunicationem, nisi alias esset impeditus.*

2 *Absolutio petenda à Summo Pontifice potest obtinere per Procuratorem.*

3 *Præsumens absoluere ab excommunicatione Papæ reseruatæ, incidit in excommunicationem Papalem Papæ reseruatam.*

An absolutus in articulo mortis a casibus reseruatis & à censuris teneatur statim, si euadat adire Superiorem pro absolutione censurarum?

1 DIC. Hunc remanere absolutum à peccatis, sed pro absolutione à censuris reseruatis debere adire Superiorē, à quo poterat absolui sanus, alias, si non adit Superiorem, & se illi præsentet incidit in excommunicationem. c. eos, qui. de sent. excom. in 6. quæ excommunicatio non illa prima, a qua fuit absolutus, sed altera similis de nouo lata a iure ob contem-

Digitized by Google

ptum, & sic intelligendum est, quod alias ad simile quæsitum respensum est.

Sed excusaretur ab hac censura noua, qui non adiret Superiorem impeditus iusto impedimento, vt cura animarum, vel alias iusto arbitrio Iudicis Superioris. Caiet. v. excomc. 69.

Nec obligatur sanus effectus subitò adire, quia habet aliquod modicum temporis, vt sibi valeat de necessarijs prouidere, & deinde adire Superiorem, & si erat ei pro absolutione adeundum ad Papam, & detinetur impedimento adeundi eum debet adire Legatum a latere, vel alium habentem potestatem ex priuilegio, alias reincidit, nec potest absolui (cessante articulo mortis) in hoc casu qui erat absoluendus a Summo Pontifice, & illum adire non posset. Nauar. c. 27. num. 89.

2 Sed hæc absolutio petenda à Summo Pontifice posset procurari, & obtineri per Procuratorem. Caiet. verb. excommunicatio, licet contrarium tenet Abbas in c. de cætero, de sent. excom. quod poterit fieri in omnibus excommunicationibus Papalibus. c. eos, qui. de sent. excom. in 6. Innoc. & de Butrio in d. c. de cætero. ac etiam in excommunicationibus Bullæ Cænæ. de Graff. lib. 1 c. 13. num. 93.

3 Et nota hic præsumentem absoluere ab excommunicationibus Bullæ Cænæ incidere in excommunicationem Papalem, cuius absolutio est Papæ reseruata per constitutionem Sixti V. Sed prius non erat reseruata, & poterat absolui ab Ordinario, quia regulariter à non reseruatis potest absoluere Ordinarius.

Nota hic casum curiosum, fugit Parochus inimicum eum ad mortem insequentem, inuenit eius Parochianum moribundū, & petentem absolutionem, si Parochus est in gratia, & fugit, nolens absoluere suum Parochianum, peccat mortaliter contra iustitiam, sed si non Parochus, peccauit contra charitatem, secundum veriorem opinionem, & ratio esse potest quia anima illius est altioris ordinis, quam vita Parochi. Hæc decisio est nimis dura, & tamen est approbata, licet aliqui dicant contrarium, & est approbata à Ioan. Epistola 1. Cathol. cap. 3. Nos debemus pro fratribus animam ponere. &c.

QVAE.

Digitized by Google

QVAESITVM CXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Exercentes aliquem actum, qui in se est peccatum mortale, non possunt absolui, nisi resipiscant.*

2 *Clericus cohabitans cum persona suspecta de incontinentia, non potest absolui.*

3 *Nec etiam laici, si ex cohabitatione sepius peccant nisi separentur.*

4 *Stante periculo recidiui nullus potest absolui.*

An possint absolui, qui exercent aliquem actum, qui in se est peccatum mortale, vt sunt Negromantes, Strygæ, Vsurarij, vacantes contractibus illicitis, lenones, meretrices, & vacantes alijs illicitis?

1 DIC. Quod non, nisi proponant abstinere, sic etiã mercatores frumenti, qui eo animo emunt, vt penuriam inducant, & semper desiderant, vt frumentum plus valeat, & per consequens desiderãt terræ sterilitatẽ, & aeris intemperiẽ.

Hi cum hoc desiderio sunt damnosi generi humano, & nisi tale rapax desiderium relinquant, non possunt absolui; licet non sit illicitum emere frumentum, vt reuendatur tempore congruo, etiam cum lucro, dummodo non ematur ad finem malum, sed vt prouideatur Reipublicæ.

Ita etiam non potest absolui, qui versatur cum aliqua persona, cum qua timet ob eius fragilitatem se peccaturum, nisi abstineat cum animo non conuersandi de futuro, quia illa occasio est in se peccatum mortale. de Grass. lib. 1. c. 28. num. 16

2 Nec potest absolui Clericus cohabitans cum persona suspecta de incontinentia, nisi expellat à cohabitatione personas suspectas. c. interdixit. 32. dist. & sequẽ. c. nobis de cohabit. Cler. & mulier.

Et ratio est, quia Clerici peccant mortaliter, si cohabitant cũ

Digitized by Google

mulieribus suspectis de incontinentia, etiam si sint consanguinei, vel affines c. 1. de cohab. cler. & mulier. & c. interdict.

Sed licebit cohabitare cum personis, cum quibus non potest nasci scandalum ex suspectione, vel periculum incontinentiæ, & sic licet cohabitare cum matre, sorore, filia matertera, dummodo non sint suspectæ. c. à nobis, vt supra, & c. cum iuuentute de præsumpt.

Sed cum mater, & soror nullo modo possent esse suspectæ, est videndum, nũ sint suspectæ, ratione pediſſequarum, de Butrio in c. 1. de cohab. cler. & muliere. Vide etiam S. Aug.

3 De laicis, siue masculis, siue fœminis cuiuscunque nominis dic, quod non possunt absolui, si ex cohabitione peccant sæpe inter se, nisi separentur ob periculum recidiui, imo sine hoc periculo adhuc non possunt absolui, quia non sunt contriti 24. q. 1. nam non est bona pœnitentia sine remotione causarũ peccati de pœnit. d. 3. & remota causa, remouetur effectus, & posita causa ponitur effectus.

Nec potest absolui Iuuenis, qui ex concubina suscepit filios & proposuit in posterum cum illa amplius non peccare, quod obseruauit per multos menses, sed illam sæpe inuisit, vt filios diligentius nutriat, vel ne cum alijs peccet, quia hic non reliquit periculum recidiui, & saltem peccandi mente, & delectatione, per verba inter eos, tum etiam ratione scandali, quod patiuntur alij ex illius ingressu ad prætetitam concubinam, ac etiam ratione iudicij temerarij. D. Thom. Secunda Secundæ quæst. 43.

Hinc S. Hyeronimus dicebat: Dar tes occasionem scandalo reos esse eorum, qui pereunt scandalo, vt refert de Graff. lo. ci.

Sed posset absolui (cessante periculo recidiui) vt quia illa mulier est facta vetula, vel deformis, vel continua infirma, vel quia fornicator ipse contraxit matrimonium cum pulcherrima, & sic cessaret, & periculum. & scandalum, nam sola cohabitatio non arguit malum 34. distinct. cap. penultimo. de cohab. cler. & mulier.

QVAE.

Digitized by Google

QVAESITVM CXXIX.

SVMMARIVM

1 *Pœnitens, qui non potest expellere cohabitantem cum qua peccauit, vel quia est filius familias, vel quia esset scandalum, &c. potest absolui.*

An possit absolui pœnitens, qui non potest expellere cohabitantem cum qua peccauit, vel quia est filiusfamilias, vel quia esset scandalum, vel quia esset graue damnum, quia non posset seorsum viuere?

1 DIC. Quod in tali casu potest absolui, dummodo proponat in futuro non peccare, nec cum illa sola conuersari, & vt moneat mulierem, vt pœniteat, & confiteatur, quia idem ipse fecit, & eo magis posset absolui, si non permanenti intentione cum ea peccauit, sed repentina aliqua libidine, licet melius esset, & cautius seperari. de Graff. lo. ci. num. 13. & 14. Si vero quis absolueretur vno anno promittens abstinere, item bis, & ter idem promittens, falleret Confessorem, non esset amplius absoluendus, nisi cessante causa peccati, vel facta separatione.

QVAESITVM CXXX.

SVMMARIVM.

1 *Mortuo Episcopo, qui semel approbatus ad audiendas confessiones sine temporis præfixione, non expirat facultas.*

2 *Secus est si ad tempus, vel beneplacitum sit approbatus.*

3 *Episcopus quomodocunque concedit facultatem audiendi confessionem, illam concessam potest ex vrgente causa reuocare.*

3 Scri-

Digitized by Google

3 *Scriptura in concessione facultatis non est necessaria, nisi in aliquibus casibus.*

An licentia audiendi confessionem expiret, mortuo Episcopo concedente?

1 DIC. Quod si semel quis est approbatus sine temporis præfissione, durat facultas etiam mortuo Episcopo. Sot. 4. sent. d. 12. q. 4. art. 3. facit extra vag. inter cunctas de priuil. quæ in hoc non est reuocata, & tex. in c. si super gratia de offic. deleg. in 1. & si cui de præben. eod. lib.

a Secus esset quando approbatio esset ad tempus, vel ad beneplacitum concedentis. c. si gratiosè de rescript. in 6.

Hic nota, quod etiamsi daretur ad tempus, vel sine temporis præfissione posse Episcopum auferre facultatem concessam ex vrgenti causa sibi bene visa, quod etiam declarauit Sacra Congregatio Concil.

3 Et hic nota non esse necessariam scripturam in concesione facultatis audiendi confessiones. C. Institut. 25. q. 2. Glos. in Clemen. dudum de sepul.

Sed in aliquibus casibus est necessaria scriptura, quos numerat Glos. in c. 1. de censibus lib. 6. Scriptura tamen est necessaria ad probationem. Abb. in c. nosti, de elect. Bald. in c. cõstitutus de rescript.

QVAESITVM CXXXI.

SVMMARIVM.

1 *In articulo mortis potest quilibet Confessor absoluere ab omnibus casibus, &c.*

2 *Episcopi tanquam delegati Sedis Apostolicæ possunt absoluere pœnitentes, qui ex iusto impedimento nequeunt adire Summum Pontificem.*

An inferior Confessor possit absoluere in aliquibus casib. à reseruatis Episcopo sine ipsius facultate?

DIC.

Digitized by Google

1 DIC. Quod sic, primo in articulo mortis. c. de cætero. de sent. excom. & Conc. Trid. sess. 14. c. 6.

Secundo quoad casus Papales, quod Episcopi tamquam delegati Sedis Apostolicæ possunt absoluere, quando pœnitens 2 nequit adire Papam ob paupertatem, vel senectutem, vel ætatis debilitatem, quia puer, vel quia mulier, vel quia infirmus, vel aliàs legitimè impeditus. c. nouiter. & de cætero. vt supra.

Nota hic non posse absolui, qui absque licentia Episcopi, vel Inquisitoris habere, seu legere præsumit Biblia vulgaria, nisi prius Biblijs Ordinario redditis. Regul. 4. Indicis lib. prohib.

NVNC DE SATISFACTIONE quæ est tertia pars pœnitentiæ.

QVAESITVM CXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Definitio assignatur Pœnitentiæ, vt est tertia pars huius Sacramenti.*

2 *Definitio assignatur Pœnitentiæ, vt sumitur pro restitutione.*

Quid est Satisfactio, vt tertia pars intregralis sacramenti Pœnitentiæ?

1 DIC. q̃ est cõpensatio facta Deo propter peccatũ contra ipsum admissum cũ proposito amplius nõ offendendi. D. Tho. 4. sent. d. 15. q. 1. art. 1. Nau. c. 3. n. 1. Vel est cõpensatio offensæ præteritæ ad æqualitatem iustitiæ. ex D. Ansel.

Aliquãdo large sumitur pro restitutione, & tunc describitur 2 Est redditio rei acceptæ, vel est compensatio damni illati, vel est repositio rei in pristinum statum. Nau. vbi supra, vel est rei debitæ integra solutio. ex Conc. Trid.

QVAE-

Digitized by Google

QVAESITVM CXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitentia est necessaria, siue in sacramento, siue extra sacramentum.*
2 *Pœnitentia tribus modis fieri solet.*
3 *Opera, quæ fiunt in peccato mortali, non sunt satisfactoria.*
4 *Pœnitens potest Deo satisfacere, etiam pro opere, ad quod tenetur de præcepto.*
5 *Confessor potest imponere pro pœnitentia opera, ad quæ aliàs tenetur pœnitens.*
6 *Confessor debet in praxi imponere pro pœnitentia opera libera ad quæ aliàs pœnitens non obligatur.*
7 *Potest Confessor imponere pro pœnitentia, vt cesset à peccato, licet hoc esset imprudentia.*
7 *An vero possit Confessor obligare pœnitentem ad acceptandam pœnitentiam impositam, est sub opinione.*

An satisfactio sit necessaria pro pœnis peccatorum, etiam ipsis peccatis remissis quoad culpam, siue in sacramento pœnitentiæ, siue extra?

1 DIC. Quod sic, quia, & si remittantur in sacramento pœnitentiæ quoad culpam, tamen est certum non remitti Deo totam pœnam regulariter. Sot. 4. sent. d. 19. q. 1. art. 1. & est communis opinio.

2 Quæ satisfactio tribus modis fieri solet, vel pœnis à Deo nobis inflictis, & à nobis patienter acceptatis, vel à Sacerdote in pœnitentiã iniunctis, vel à nobis sponte susceptis in pœnas peccatorum nostrorum, vt jeiunijs, orationibus, & eleemosinis, & alijs pœnibus, quæ omnia ad hæc tria reducuntur, & ratio est, quia satisfacere debemus, per ea, quæ sunt nostra, & nostra dicuntur esse bona animi, & hæc offerimus per orationes, bona

Digitized by Google

bona corporis, & hæc per ieiunia, bona externa, & hæc offerimus per eleemosinas.

Ad ieiunium reducuntur oĩa, quæ affligunt corpus, vt cilicia, flagellationes, & disciplinæ, genuflexiones, pectoris percussiones, vigiliæ, peregrinationes, & similia.

Ad eleemosinam reducuntur opera misericordiæ corporalia, & spiritualia.

Ad orationes reducuntur omnia, quæ Deum respiciunt, vt laudes, gratiarum actiones, contritio, confessio, & communio. Vict. de confess. num. 208. Petrus a Sot. lect. 5. de remed. peccat. Nauar. c. 3. num. 3.

Imò aliqui etiam dicunt per opus bonum, etiam non pœnale posse fieri satisfactionem, quia eo ipso, q; est meritorium, est etiam satisfactorium. Vict. num. 202. Nauar. c. 4. num. 4. Et potest colligi ex Conc. Trid. sess. 14. c. 13.

3 Quæ opera non sunt satisfactoria, si fiant in peccato mortali quia non sunt meritoria, & meritum est radix satisfactionis, & sicut non sunt meritoria, si fiant extra charitatem, ita nec satisfactoria, etiam si postea aduenerit gratia. Caiet. Tom. 1. opusc. tract. 6. q. 2. Medin. qu. 1. de satisfactione, & alij, & colligi potest ex Conc. Trid. sess. 14. c. 8.

4 Et hic sciatur pœnitentem posse satisfacere Deo per opera, ad quæ tenebatur etiam de præcepto Ecclesiastico, vel Diuino & ratio est, quia sicut per talia opera meretur. Conc. Trident. sess. 6. c. 10. Ita etiam satisfaciet. Caiet. & alij loc cit. Nauar. c. 3. num. 4. licet alij aliter sentiant, sed probabilior est prima opinio.

5 Hinc sequitur posse Confessorem imponere pœnitenti in pœnitentia etiam opera, ad quæ tenebatur ex præcepto, & satisfaciet præcepto, & pœnæ; præcepto, quia obseruauit; pœnæ, quia mæruit, & hoc ex vi clauium, habet maiorem vim remittendi pœnam, quam extra sacramentum.

6 In praxi tamen confessor debet esse circumspectus, vt bene consideret statum pœnitentis, nam regulariter sunt imponenda opera libera, & in dubio censetur confessor semper imponere

opera

Digitized by Google

opera libera, & ex deuotione, quando non constat de contrario, & tunc pœnitens non poterit applicare opera de præcepto pro adimplenda pœnitentia sibi iniuncta. D. Anton. 3. p. tit. 14. c. 2. §. 1. & alij. Nauar. c. 26. num. 24.

Sed Victor. & Sot. loc. cit. dicunt posse fieri eleemosina, quando Confessor imponit eleemosinam erogandam pauperi & erogatur pauperi in extrema necessitate existenti, cui teneba tur ex præcepto pœnitens subuenire, tunc enim satisfacit vtriq; & hæc est bona sententia.

7 Imo potest Confessor imponere pro pœnitentia, vt quis cessset à peccato, & vt se emendet. Nauar. c. 26. num. 24. sed id imprudentia est, si obligaret pœnitentem sub pœna peccati, quia esset illum obligare ad bis peccandum, sed vt dicit Nauar. ibi potest imponere consultiuè, non præceptiuè, & sic non peccat non obseruando.

8 Et hic sciatur posse confessorem iniungere pœnitentiam pœnitenti, & illum obligare ad obseruandum, & hanc esse communem opinionem, tàm Theologorum, quàm Canonistarum, & Summist. licet Nauar. c. 26. num. 25. & de oratione c. 10. num. 56. dicat pœnitentem non teneri acceptare aliquam pœnitentiam à Confessore, sed satis esse, si est paratus satisfacere pro peccatis suis in hac vita, vel in Purgatorio. Sed si acceptat pœnitentiam, tenetur adimplere sub pœna peccati. Imò Caiet. 1. Thom. opusc. tract. 6. q. 2. ad 2. tenet non esse peccatum mortale, non adimplere pœnitentiam iniunctam & acceptatam, sed mihi videtur non habere contritionem, qui non vult acceptare pœnitentiam, nisi haberet animum vehementius satisfaciẽdi in Purgatorio. Itaq; concluditur posse pœnitenti imponi pœnitentia, & ita ex Conc. Trid. sess. 14. c. 8.

QVAESITVM CXXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Existens in peccato mortali non potest voluntariè satisfacere pro peccatis.*

2 *Potest*

Digitized by Google

2 *Potest tamen satisfacere ex præcepto Confessoris, taliter, quod non teneatur iterum facere iniunctam pœnitentiam.*

3 *Melius, & tutius est, vt pœnitentia iniuncta adimpleatur in gratia.*

An possit quis satisfacere pro peccatis remissis, si est in peccato mortali?

1 DIC. Quod aut vult satisfacere voluntariè, & tunc non potest, quia quæcunquæ opera facta in peccato mortali, dicuntur opera mortua, & non mærentur, neque satisfaciunt, vt clarum est, & docet Apostolus ad Corinth. 1. c. 3.

2 Aut vult satisfacere ex præcepto cõfessoris, & tunc item, si est in peccato, opera ipsius nil valent ad meritum. D. Thom. 4. sent. d. 15. valent tamen, ne iterum teneatur pœnitens adimplere pœnitentiam iniunctam à confessore. Vict. vbi supra.

3 Sed melius, & tutius est, vt pœnitentia iniuncta adimpleatur in gratia, nam certum est, facta extra charitatem esse omnino mortua, nec viuificari. D. Thom. 3. p. q. 89. vide de Graff. lib. 1. c. 31. num. 23.

Et hic sciatur non posse prius satisfieri pro pœna, quam pro culpa.

QVAESITVM CXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Non potest homo satisfacere Deo ad æqualitatem iustitiæ, nisi sit in gratia, & iunctis meritis Passionis Christi.*

An possit homo satisfacere Deo de æqualitate iustitiæ?

1 DIC. Quod cũ satisfactio propriè sumpta importet æquiualens Iustitiæ, nemo potest satisfacere, quia nemo potest reddere æquiualens pro offensa, quæ facta est Deo, imò etiam

Digitized by Google

etiam si numquam peccasset, sed potest homo in gratia DEI, prout gratia est effectus Passionis Christi satisfacere Deo ad æqualitatem, iunctis meritis ipsius cum meritis Christi. Vict. de satisfactione. num. 199. Dic præterea hominem consideratum in gratia posse satisfacere ex libertate acceptantis, & hic scia tur posse vnum pro alio satisfacere pro pæna peccatorum, vt possum ego ieiunio vel alijs operibus spiritualibus satisfacere pro pæna peccatorum meorum, vt credo me fecisse. Vict. vbi supra. num. 100.

QVAESITVM CXXXVI.

SVMMARIVM

1 *Audiens missam de præcepto, an satisfaciat iniunctæ pœnitentiæ recitandi septem Psalmos, si eodem tempore recitet, est sub opinione.*

2 *Authoris sententia est, quod satisfaciat, nisi contrarium appareret de intentione Confessoris.*

An possit homo, dum audit missam de præcepto, etiam dicere orationes, vel contemplari Passionem Domini, vel recitare psalmos pœnitentiales pro pœnitentia iniuncta à Confessore, & satisfacere ipsius præcepto?

1 DIC. Secundum aliquos Summistas non peccare, sed non adimplere, secundum alios adimplere, sed facere irreuerenter, & hæc fuit sententia Adriani. Vict. num. 224.
2 de satisfactione. Ego dicerem adimplere, vt probatum est supra de præcepto auditionis missæ. Sic dicerem posse adimpleri pœnitentiam iniunctam de ieiunio, etiam in diebus ieiuniorum de præcepto, licet alij aliter sentiant, salua semper veriori sententia, & hoc in dubio, nam quando appareret contrarium de intentione Confessoris, dicerem non adimplere, licet regu-

laiter

Digitized by Google

lariter intentio Confessoris debeat interpretari de diebus, aliàs non debitis, vide Vict. de satisfactione. num. 205. & 207. qui citat locum Naum. 1. Non consurget duplex tribulatio, idest existentem in hac vita à Deo punitum, non puniri in alio sæculo, vt probabiliter, & verisimiliter teneri potest.

Et hic sciatur flagella, & angustias, quas Deus infligit homini in hac vita, si voluntariè à nobis acceptentur posse esse satisfactoria pro peccatis, & hoc est de fide, & ita definitur à Conc. Trid. sess. 14. c. 13.

QVAESITVM CXXXVII.

SVMMARIVM.

5 *Non debet Confessor quam voluerit imponere pœnitentiam, sed discretam.*
2 *Pœnitens acceptata̅ quamcunq; pœnitentiam, tenetur adimplere*
3 *Et etiam acceptare si sit discreta.*
4 *Debet semper Confessor imponere pœnitentiam, aliàs peccaret*
5 *Non tenetur Confessor in danda pœnitẽtia obseruare Canones.*
6 *Sed debet pro qualitate nimirum salutares pœnitentias, & conuenientes iniungere.*

An Confessor debeat imponere quamcunq; voluerit pœnitentiam pœnitenti;

1 2 DIC. Quod non, nam pœnitentia debet esse discreta, aliàs non tenetur pœnitens acceptare, sed accptatã tenetur adimplere, poterit tamen alius Confessor illam diminuere, vel tollere etiam sine Confessione peccatorũ, sed melius est, vt omnia peccata confiteatur, & inter illa peccatum propter pœnitentiam non adimpletam, quando acceptauit adimplere. Vict. num. 211. quia tunc Confessor poterit melius cogitare, an debeat pœnitentiam iniunctam tollere, commutare, diminuere, & simil.

Digitized by Google

3 Pœnitens, si pœnitentia est discreta, tenetur acceptare, sub pœna peccati mortalis, est communis opinio, vide Vict. de satisfactione num. 209. Quicquid dixerit Scot. & alij, vt supra responsum est. Conc. Trid. sess. 14. c. 15. de pœnitentia.

4 Et Confessor debet semper imponere aliquam pœnitentiam, aliàs peccaret graviter, nisi excusaretur aliqua causa rationabili, vt in articulo mortis, vel si præuideret pœnitentem nullam acceptaturum. Vict. vbi supra, num. 211. Sed ego hunc non absoluerem, tanquam non contritum, nisi iustè defenderet suam, vt ita dicam, peruicaciam, & pœnitentiam iniunctam, & acceptatam debet pœnitens per se ipsum adimplere, quia pœnitẽtia est quædam medicina salutaris, purgatiua, & præseruatiua, quæ non confert, nisi sumenti illam. Vict. num. 206. Posset tamen pœnitens ex dispensatione Confessoris, quando ipse non posset; sed non iniunctis per alterum satisfacere, vt supra.

5 Et sciatur in imponendis pœnitentijs non teneri hodie Confessorem obseruare Canones pœnitentiales, quia hodie omnes pœnitentiæ sunt arbitrariæ, & est communis opinio D D. in c. Deus de pœnit. & remiss. ext. quod etiam procedit, si Canon imponat alicui peccato certam pœnitentiam. Glos. in c. mensuram. & in c. de his. d. 50. Sed in casu Canonis, non debet Confessor recedere ab eo sine causa aliàs peccaret.

Itaque debet Confessor callere Canones pœnitentiales, vt in imponenda pœnitentia possit, si non secundum illorum rigorem, saltem secundum illorum regulam se regulare, & illos pœnitenti notificare, vt docet Cathech. Rom. de pœnit. in fine.

6 Hinc sacrum Con. Trid. docens Confessores in imponenda pœnitentia, dicit; Debent ergo Sacerdotes Domini quantum spiritus, & prudentia suggesserit pro qualitate criminum, & pœnitentium facultate salutares, & conuenientes satisfactiones iniungere, ne si forte peccatis conniuant, & indulgentius cum pœnitentibus agant, leuissima quædam opera, pro grauissimis delictis iniungendo alienorum peccatorum participes efficiantur sess. 14. c. 8.

QVAE-

Digitized by Google

QVAESITVM CXXXVIII.

SVMMARIVM

1 *Infirmis constitutis in extremis non est imponenda pœnitentia, sed tantum notificanda.*
2 *Confessor debet imponere pœnitentiam congruam peccatis.*
3 *Pœnitentia iusta est, quæ neque maior, neq; minor est demerito.*
4 *Secundum Canones pro quolibet peccato mortali imponitur pœnitentia septem annorum.*
5 *Qualitas, & quantitas pœnitentiæ relicta est arbitrio prudentis Confessoris.*
6 *Debet Confessor circumspicere magnitudinem, & paruitatem peccati, & contritionis, & qualitatem personæ peccantis.*
7 *Regulariter non debet exigi specialis promissio, vel iuramentum in pœnitente iniungendo pœnitentiam, nisi in aliquibus casibus.*

An infirmo sit imponenda satisfactio?

1 DIC. Quod si est positus in extremis non est ei imponenda pœnitentia, sed tantum notificanda, vt habetur 26. q. 6. vt amicorum piorum orationibus, & alijs orationibus & alijs operibus pijs, pondus pœnitentiæ subleuetur, si migrauerit, sed si conualuerit adimpleat pœnitentiæ modum. Alijs infirmis, si possunt adimplere, imponerem, vel leuissimam, & in generali circa quantitatem pœnitentiæ. Nauar. de hoc interrogatus dat has regulas. Prima est, Confessorem debere imponere pœnitentiam congruam peccatis, quia si minor est, fallit pœnitentem, qui forte credit per illam paruam pœnitentiam plenè satisfacere, & has D. Greg. vocat falsas. de pœnit. d. 5.
2
3 Secunda, illam esse pœnitentiam iustam, quæ non est neque maior, neque minor demerito, & hanc solus Deus nouit, qui solus scit, quanta pœna debeatur pro peccato mortali per contritionem, & confessionem remisso.

Digitized by Google

4 Tertia, secundum Canones pœnitentiales pro quolibet peccato mortali esse iuiungendam pœnitentiam septem annorum, licet dicat id esse in foro exteriori.

5 Quarto, qualitatẽ, & quantitatẽ iustæ pœnitẽtiæ, nunc, & sẽper fuisse arbitrio prudentis Confessoris relictam. c. mensuram. & in c. Deus. de pœnit. & remiss. nec per hoc sequitur, quod pœnitentia iniuncta, & adimpleta magna, vel parua, liberet ab omni pœna Purgatorij, sed vt animæ negotia in hoc mundo, & quo ad alterum mediocriter gerantur.

6 Quinto, debere Confessorem circumspectum in æstimanda pœnitentia circumspicere magnitudinem, & paruitatem peccati, & cõtritionis, & qualitatem personæ pœnitentis, an debilis, vel robusta, iuuenis, an senex, an assuefactus pœnitentiæ, an non, an item videatur magnam recusaturus, aut quamuis acceptet eam non impleturus. an sit pauper, an diues, &, vt pœnitentia sit conueniens personæ, ne imponatur eleemosina pauperi. nec peregrinatio fœminis. & simil. vide Nauar. in c. 26. num. 15. & seq. Qui per pulchra cumulat.

7 Et licet regulariter, vt dictum est, non debet exigi promissio specialis, vel iuramentum in iungenda pœnitentia ab ipso pœnitente, tamen in aliquibus casibus à iure notatis exigitur, nẽpe primo in absoluendo excommunicato notoriè c. ex parte. d. 1. de verbo signific. & c. solet. de sentent. excommun. in 6. Secundo in absoluendo incendiario. c. pessimam 23. quæst. 8 Tertio in absoluendo mutilatore. cap. si quis 23. quæst. 8. Quarto, in absoluendo manifesto raptore, aut Ecclesiæ violatore. c. super eos de repto. Quinto in absoluendo publico vsurario. c. quanquam de vsur. in 6. Sexto in absoluendis iniuriantibus publicè personas Ecclesiasticas, c. si quis inuentus 17. qu. 4. In omnibus his casibus potest exigi iuramentum, vel promissio ab absoluendis, vt satisfaciant, & pareant mandatis Ecclesiæ, vt amplius non committant, vt restituant, & simil. prout iura notata disponant.

QVAE.

Digitized by Google

QVAESITVM CXXXIX.

SVMMARIVM

1 *Pro peccato secreto non est imponenda pœnitentia publica.*
2 *Licet possit imponi pro peccato publico.*
3 *Licet Confessor possit dare prius absolutionem, & postea pœnitentiam, tamen consultius est prius imponere pœnitentiam, quam absolutionem impendere.*

An Confessor possit imponere pœnitentiam publicam pro peccato secreto?

1 IDIC. Quod non, quia esset quodamodo reuelare confessionem D. Anton. 3. p. tit. 17. c. 20. §. 10.

2 Sed pro delicto publico, quo scandalizatus est populus potest, & debet imponi publica pœnitentia, vt habetur in c. 1. de pœnit. & remiss. & 26. q. 7. & ex Conc. Trid. sess. 24. c. 8. nec propterea dicitur reuelare confessionem. D. Thom. 4. sent. d. 14. q. 4. art. 10. Sed intelligitur de pœnitentia in foro judiciali. Nauar. de confess.

3 Et aduertat Parochus, quod licet possit vtrumque facere, vel dare prius absolutionem, & postea imponere pœnitentiam, & è contra iuxta Glos. in Clemen. dudum. §. statuimus, & iuxta tex. ca. fin. de cens. in 6. & in margine; tamen consultius est prius imponere pœnitentiam, & deinde absoluere, licet vsus sit, post absolutionem imponi pœnitentiam.

QVAESITVM CXXXX.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus potest iusta de causa mutare pœnitentiam, etiam à Papa impositam, quando de facili non potest pœnitens adire Papam.*

Digitized by Google

2 *Iusta causa quæ sit, explicatur.*
3 *Idem dic de pœnitentia imposita ab vno Confessore, quæ ab alio, vel ab eodem mutari potest ex iusta causa.*
4 *Absque causa nullus, nec Episcopus potest mutare pœnitentiã.*
5 *Nullus ex se potest sibi mutare pœnitentiam impositam.*

An Episcopus possit ex iusta causa diminuere, vel mutare pœnitentiam impositam à Papa, & à pœnitente acceptatam?

1 DIC. Quod sic, quando de facili Papa à pœnitente adiri non potest. Glos. in c. tempora. 26. q. 7. Romanus singul. 306.

2 Et iusta causa potest esse, quando Confessor iudicat bona fide pœnitentem illam pœnitentiam non posse adimplere, vel nõ sine magna difficultate, vel cum periculo salutis, & similium.

3 Idem dic de imposita ab vno Confessore, quod potest mutari ab alio, vel ab eodemmet.

4 Sed non posset Episcopus, nec alius inferior mutare absque causa. Dec. in cap. At si cler. de Iud. num. 30. & ideo deberet fieri confessio coram alio Confessore, vt bene possit examinari causa, pro qua pœnitentia est imposita, quod etiam procedit, si illa peccata essent reseruata, quia id resultat in salutem animæ, & superior videtur in hoc casu necessitatis dedisse licẽtiam commutandi, siue etiam in totum relaxandi. Sylu. verb. confessio 1. §. 17.

5 Sed congruentius esset, vt pœnitens differret adimplere, si de breui posset adire illum, qui imposuit. Et hic nota Episcopum, vel alium Superiorem, vel alium pœnitentem non posse ex se comutare, vel diminuere pœnitentiam sibi à Confessore iniunctam, sed requiri consensum Confessoris, qui in illo actu censetur Superior, quia se illi submisit in tali iudicio spirituali. vide Specul. de pœni. & remiss.

QVAE

Digitized by Google

QVAESITVM CXXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Non potest absolui pœnitens, qui non vult acceptare pœnitentiam de restituendo ablato, vel de condonando iniuria, & similibus.*

2 *Miles etiam in bello iusto sine facultate Superioris comburens domum, vel vineam, tenetur ad satisfactionem.*

Quid faciendum cum pœnitente nolente acceptare impositionem Confessoris, vt restituat proximo ablata, vel vt remittat rancorem particularem, & similia?

1 DIC. Quod non debet eum absoluere, quia in his. cum tractetur de interesse partis, Confessor non potest gratiam facere, quod idem facere debet Confessor in nolente acceptare præceptum de dimittenda concubina, vel de dimittenda occasione proxima peccati, & simil. in quibus casibus est necessaria impositio talis pœnitentiæ, Imò non deberet quis absolui, nisi prius dimittat, vel remittat, & hoc regulariter.

2 Nota, quod qui incendit etiam in bello iusto domum, vel agrum, vel aliud sine Superioris ordinatione, etiam hostium, tenetur ad satisfactionem, & est incendiarius. c. quid culpator 23.q.1. Facit. tex. cum Glos. in c. miles. eadem q. 1. Sed decimæ, vel segetes comburantur, comburans, ad decimas non tenetur Io. Andr. in c. commissa de decima.

Digitized by Google

DE ALTERA PARTE SATISFACTIONIS

QVAE VOCATVR PAENITENTIA Ristitutoria.

De restitutione in communi.

QVAESITVM CXXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Definitio restitutionis assignatur.*
2 *Restitutio pertinet ad actum iustitiæ cõmutatiuæ.*

Quid est restitutio?

1 DIC. Quod est statutio, siue repositio rei in pristinum statum. l. 1. C. de sent. poss. Itaque restituere est iterato statuere Dominum in possessionem, seu Dominium pristinum rei debitæ, l. restituere de verb. signif. D. Thom. Secunda secundæ. q. 62. art. 1.

2 Et hic sciendum, quod restitutio pertinet ad actum iustitiæ commutatiuæ, quo redditur Domino res iniustè accepta, vel detenta, vel æquiualens illi res, & faciendam esse restitutionẽ est de fide, vnde August. & habetur de Reg. iur. in 6. Non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum, & regulariter circa tria restitutio cadere solet, vel circa rem ablatam, vel circa damnum illatum, vel circa honorem, seu famam deturpatam proximo.

QVAESITVM CXXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio differt à satisfactione. Primo ex parte materiæ.*
2 *Secun-*

Digitized by Google

2 *Secundo, ex parte obiecti.*
3 *Tertio, ex parte formæ.*
4 *Quarto ex parte effectus.*
5 *Quinto, ex parte modi.*
6 *Sexto, ex parte necessitatis.*
8 *In restitutione septem sunt considerandæ.*

An restitutio differat à satisfactione?

1 DIC, differre his modis: primo, ex parte materiæ, quæ satisfactio est compensatio iniuriæ, seu damni illati in interioribus, restitutio verò rei alienæ, & consistit in rebus exterioribus.

2 Secundo, ex parte obiecti, nam satisfactio propriè fit Deo, licet quoque hominibus.

3 Tertio, ex parte formæ, nam satisfactio est pars pœnitentiæ, quæ sequitur ipsam confessionem, restitutio verò est præambulum, & præparatorium ad pœnitentiam, & communionem.

4 Quarto, ex parte effectus, nam homo per satisfactionem cõsequitur remissionem peccati, quo ad pœnam, remissa iam culpa, sed per restitutionem homo exit à statu peccati, & desistit à peccato.

5 Quinto, ex parte modi, nam satisfactio iungitur à Confessario pœnitenti, sed restitutio est facienda, etiam si non iungatur.

6 Sexto ex parte necessitatis, nam restitutio in hac vita est de necessitate salutis, nam non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum, sed pœnitentia, siue satisfactio imposita (si fuerit remissa, etiam si fuerit acceptata) ex obliuione, siue ex contemptu, non tenetur pœnitens reiterare confessionem, sed tãtum adimplere, & confiteri contemptum.

Septimo, quia quando imponitur satisfactio dura, seu grauis, non tenetur pœnitens illam acceptare, sed intellige, vt supra de satisfactione, sed restitutio est omnino, cum imponitur acceptanda, & non imposita sponte facienda, in hac vita, cum homo potest. vide Sot. 4. de Iustit. & Iur. q. 6. art. 1.

Sed sciat Parochus hæc vocabula restitutionis, & satisfactionis plerumque confitendi, & pro eodem accipi, vel distingui, secundum subiectam materiam.

Et

Digitized by Google

8 Et in restitutione, septem consideranda, vt sciatur, quis teneatur restituere, quæ hoc versiculo concluduntur;

Quis, quid, vbi, quantum, cui, quo ordine, quando.

Nauar. c. 17. num. 17. Caiet. verb. restitutio in principio. Angel. verb. restitutio, & alij, & consulto præterij, vt breuior sim, videantur igitur authores hanc rem fusius tractantes Hic tamen addo, quod ex solutione mihi facta Titij centum, & Caij quinquaginta pecunia mihi esset supra debitum soluta, & nesciretur, quis eorum debitorum plus soluerit, facienda esset restitutio vtrique pro rata capitalis soluti cum interesse cum fui in mora restituendi, & verè interuenit.

Nota hic, quod plures furante trabem, vel aliam rem, quæ à pluribus moueatur, tenentur in solidum restituere. vide l. obligatus. ff. de furtis. & ibi Glos.

QVAESITVM CXXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Per vocem quis, intelligitur quæcunque persona, quæ fuit causa, vel concausa iniustæ acceptionis, quod nouem modis potest accidere.*

2 *Iubens fieri iniustam acceptionem, tenetur restituere.*

3 *Item consulens fieri iniustam acceptionem, tenetur ad restitutionem, sed pro hac re multi casus explicantur.*

4 *Item consentiens ad iniustam acceptionem.*

Quomodo intelligatur vocabulum Quis?

1 DIC. Quod per vocem [Quis] tenetur restituere, quicunque fuit causa, vel concausa iniustæ acceptionis, vel actionis, & id potest accidere nouem modis, vltra restitutionē faciendam per principalem contentis in his versibus;

Iussio, consilium, consensus, palpo, recursus,
Participans, mutus, non obstans, non manifestans.

D. Thom.

Digitized by Google

D. Thom. Secunda Secundæ qu. 67. art. 7. Nauar. c. 17. num. 17. Sot. de Iuſt. & Iur. lib. 4. q. 7. art. 3.

2 Primo vltra principalem, qui facit iniuſtam acceptionem, vel actionem, ſeu iniuriam tenetur reſtituere. Iuſsio, ideſt, qui mandat fieri iniuſtam acceptionem, hic tenetur in ſolidum cum illo, qui facit furtum, vel aliud reſtitutioni obnoxium, & hoc intellige, ſequuto delicto ex illa iuſsione certè, vel probabiliter, aliàs in dubio non tenetur, ſed ſi mandans reuocauit mandatum, & hoc non obſtante, ille facit malum, non tenetur mādans. Gloſ. & D D. communiter in cap. quis. de ſent. excom. in 6. dummodo reuocatio mandati fuerit facta re integra, & peruenit ad notitiam mandatarij. l. ſi mandatum. ff. mandati. Bart. in l. ſi pecuniam. §. ſi ſeruum ff. de conditio. cau. doct.

3 Conſilium, ideſt, conſulens efficaciter, ideſt, ſequuto delicto, qui conſuluit, tenetur reſtituere in ſolidum cum exequente, ſiue habuerit animum inferendi damnum proximo, ſiue craſſa quadam ignorantia id conſulit, ſi tamen ſine eius conſilio illud damnum non eſſet factum, D. Thom. Secunda Secundæ q. 65 art. 3. Sylu. reſtit. 3. q. 6. Caiet. reſti. §. 2. Sot. de Iuſtit & Iur. lib. 6. q. 7. art. 3.

Nota, quod poteſt quis conſulere minus malū, pro euitando minori, intellige circa eandem rem, non circa diuerſa.

Sed ſi ille ſine eius conſilio facturus fuiſset, conſulens licet peccauit mortaliter, non tamen tenetur reſtituere, Gloſ. notab. in §. ſpe inſtitu. de verb oblig. P. Marius de reſtit. qui multos citat.

Itaque conſulens aliàs facturo non tenetur reſtituere, & ſic non comprehenditur in caſu, qui erat in Bulla Sixti contra procurantes, vel conſulentes abortum aliàs facturo, licet peccaret mortaliter, nec ille, qui leuiter conſuluiſset, nec efficaciter. Nauar. c. 27. num. 51. & 52. c. 17. num. 133.

Qui verò conſuleret aliàs facturo, ſed ex illius conſilio quis plus furatus eſſet de illo plus conſulens, tenetur in ſolidum cum fure ad reſtituendum. Couár. de regu. pec. 2. p. §. 22.

Sed non tenetur reſtituere conſulens minus malum facturo maius,

Digitized by Google

maius, quando non habuit intentionem ad consulendum malum, sed ad euitandum maius,& sic ad bonum finem, vt furaturo vitulam,consului,vt furaretur agnum pro minori malo pastoris. Sot. de Iust. & Iur. lib. 4. q. 7. art. 7.

Hinc sequitur teneri ad restitutionem duelliſtæ dantes consilium vlciscendæ iniuriæ sequuto malo, & hoc in solidum, cũ principali, & si dantes vnum consilium ad malefaciendum, & damnificandum fuissent plures, omnes tenentur in solidum, sed si dedissent consilium diuisim, vnus post alium, & malefactor moueretur ex primo consilio, tunc ille primus teneretur restituere in solidum cum principali,& non alii, licet illi peccassent mortaliter, vel teneretur alius, ex cuius consilio efficaciter fuit motus ille principalis ad inferendum malum, & sine consilio aliorum, secus si non fuisset,nisi etiam & alij concurrissẽt, & sic auditis omnibus processit ad inferendum malum proximo,tunc omnes tenentur in solidum.

An verò si ex consultoribus aliquis consuluisset maiorem vindictam, vt homicidium, & alter ad euitandum homicidium, consuluisset minus, vt vulnus, vel vt detur percussio in faciem, & consultus ex primo consilio commisisset homicidium, & simul intulisset vulnus in faciem, tenetur restituere, qui maius malum consulit, sed non qui minus, quia ipsius intentio fuit ad euitandum maius malum. Sot. lo. ci. Couar. lo. ci. P. Marius de rest. in comm.

Hic sciatur, quod consultor mali contra proximum, quocũque modo tenetur restituere, etiam si re integra reuocauit cõsilium, quia hic tenetur reuocare furtum, & non sufficit reuocare consilium, & non obstante reuocatur malum executum contra proximum à consulto.

Et ratio diuersitatis de reuocante mandatum, qui non tenetur,est, quia mandatarius agit res ipsius mandantis, sed qui petit consilium,agit rem suam,& nihil operatur in consulto reuocatio consilij, & hoc intellige, si consilium fuit in particulari facto tunc contingenti, & non in generali. Abb. c. 1. de fur. Sed debet consulens, si potest sine scandalo, & sui iactura, ne

teneatur

Digitized by Google

teneatur ad restitutionem persuadere, vt effectus non sequatur Innoc. c. ad audientiam de homicid. Felin. & Dec. in c. 1. de Offic. Iud. de leg. Sylu. in verb. homicidium. 1 num. 7.

Paternis aliàs nō facturis tenetur restituere in solidum, quia filius aliena rapuit, cum nil iuris habet viuente patre, & hoc etiam procedit, etiamsi non defuissent alij, qui consuluissent, idem, vel peius, & hoc intellige de consilio efficaci. Sot. de Iust. & iure. q. 7. art. 3. Couar. in Reg. pec. p. 2. §. 12. n. 2.

Nota hic, q consulens minus malum pro euitando maiori, non peccat, id intelligendum est circa eandem personam, vel rem offendendam, non circa diuersa, vt si quis vellet occidere Titum, & consulo, vt verberet, non pecco, sed si quis vellet occidere Titum, & do consilium, vt occidat eius fratrem minorem minus vtilem Reipub. pecco peccato homicidij.

4 Consensus, per hanc vocem, & ratione consensus tenentur restituere, omnes illi, qui consenserunt alicui malo faciendo, sine quorum consensu illud non esset sequutum. D. Thom. Secunda Secundæ. q. 67. art. 3. Sylu. verb. restitutio 3. vt si capitulo seu collegio fuisse propositum, quod esset in damnū Ecclesiæ, omnes, qui consentiunt eorum votis decisis illi malo tenentur restituere, non tamen qui habent vota cōsultiua, si consentiant, licet peccent mortaliter.

QVAESITVM CXXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Consentientes in Capitulo alicuius Ecclesiæ, seu Collegio, vel in Consilio cōmunitatis alicui rei iniustæ, dūmodo habent vota decisiua, ad quid tenentur explicatur.*
2 *Palpans, seu laudens, quando tenetur restituere.*
3 *Receptatores furum, qui, & quando tenentur restituere.*
4 *Participantes in furto, quinam in solidum, & qui in parte tenentur restituere.*
5 *Quis dicatur mutus, vt ad restitutionem teneatur.*

An qui consensit in Capitulo alicuius Ecclesiæ, seu Colle-

Digitized by Google

Collegio, vel in Consilio communitatis, vulgo Parlamento alicui rei iniustæ, dummodo habent vota decisiua, vel fingentes se absentes, nolunt interuenire, & qui interueniunt, fingunt se dormire, & alij dant votum, & concludunt rem iniustam esse faciendam, sed ex illis, qui consenserunt, aliqui dant eorum votum, facta iam conclusione à maiore parte votantium?

DIC. Quod qui finxerunt se absentes, peccant mortaliter quia debebant adesse, nisi excusarentur, quia imminebat eis periculum probabiliter maioris mali, si præsentes nõ consensissent, sed non tenentur restituere. Innoc. de his quæ fiunt ad Maior. par. cap. 1. Abb. in c. 2. de his, quæ fiunt à prælat. de consens. cap.

Qui consenserunt, vt maior pars, tenentur restituere, & peccarent mortaliter, & restitutio intelligenda est in solidum, in his omnibus.

Qui finxerunt dormire vel tacuerunt, nec consenserunt, peccarent mortaliter, & tenentur restituere.

Qui consenserunt post conclusionem factam peccarent mortaliter, sed non tenentur restituere. Nauar. cap. 17. num. 20. Caiet. restitut. c. 1.

Sed si potuissent contradicendo mutare illorum conclusionem validis rationibus, & non fecerunt, tenentur, & ipsi restituere, si id sine eorum periculo facere potuissent, seu damno notabili in persona, vel in bonis.

Sed si vltimi, qui à principio non consenserunt, postea consenserunt, & subscripserunt decreto conclusionis factæ, & exequendæ, tenentur restituere. Medin. de restitut. qu. 7. art. 3. Sylu. verb. restitutio. 3.

Idem dic, quod tenetur restituere proponens malum, sicut & alij consentientes, sed qui consenserunt, quia non poterant

Digitized by Google

erant impedire, pecccant mortaliter ſine reſtitutione, vt dictum eſt, niſi excuſarentur, quia conſenſerunt ob probabilem timorem.

2 Palpo, ideſt laudans; per hanc vocem tenetur reſtituere, qui ſua adulatione, ſeu laude eſt cauſa, vt quis faciat malum, nec aliàs feciſſet, & intellige, quando fuit cauſa efficax, ita etiam, ſi quis per modum irriſionis, vt qui irridet aliquem de iniuria recepta, & ille propterea mouetur ad vindictam; ita etiam, ſi quis per modum extollentiæ eſt cauſa, vt aliquis faciat malum, aliàs non facturus. Sylu. loc. cit.

3 Recurſus, per hanc vocem tenentur reſtituere, qui receptãt fures, ſeu alios damnum inferentes proximo, qui aliter non feciſſent, niſi illi receptatores eſſent, & tenentur in ſolidum cum latronibus, ſeu malefactoribus. l. 1. ff. de recep. quia receptatio eſt cauſa, vt illa mala emittantur.

Sed qui receptaret poſt factum ob amicitiam, ſeu parentelam, & non eſt cauſa, vt talia comittantur, imò potius diſſuadet à malis, & hortatur ad reſtitutionem, hic non tenetur reſtituere, quia receptatio iſta non eſt cauſa mali. Sot. 4. de Iuſt. & Iur. q. 7. art. 2. & 3.

Nec tenentur reſtituere, qui receptant malefactores, cauſa metus cadentis in conſtantem virum. Afflict. in conſtant. Re. & in 6. par. §. item. ff. ad. l. cor. de ſic. Ita etiam tenetur reſtituere in ſolidum, & peccat mortaliter, qui præbet domum, vbi fit conſilium de deprædando, vel vnde exploratur domus, ſeu res deprædandas, vel vnde videntur viatores. l. qui domum. ff. de adult. & ſic de præbent. domum pro alijs malis faciend.

Sed qui emunt res furtiuas, & male ablatas ſcienter, tenentur reſtituere, quia ſunt cauſa, vt illa mala comittantur, & peccant mortaliter, cum omiſſione prætij. l. in ciuile. ff. de fur. & l. ſi mancipium. ff. de rei vendicatione. Quod procedit etiam ſi bona fide emerunt, & poſtea ſuperuenit mala fides, nam tunc tenentur reſtituere rem ipſam, vel prætium ipſius, quando mala fide emerunt, ſed quando bona fide, & poſtea ſuperuenit mala fides, tunc tenentur reſtituere quatenus facti ſunt locupletiores

Digitized by Google

pletiores, quando res est consumpta, sed quando extat, est ipsa res restituenda.

Hic nota ementem bona fide à non Domino scienter posse restituere rem venditori, vt prætium recuperet. Nauar. c. 17. num. 9. sed ementem mala fide debere restituere Domino, & non furi venditori. Sot. 4. de Iust. & Iur. q. 7. art. 7.

4 Participans, per hanc vocem tenetur restituere in solidum cum fure, qui habuit partem furti, & qui fuerunt complices delicti associando, nam fuerunt causa iniustè actionis, ita etiam tenentur quomodocunque auxiliantes, & fauentes delinquentibus, & hoc in solidum, etiam si nihil peruenerit ad eos de furto subtractis. Nauar. c. 17. num. 20. & num. 130. Ita etiã tenentur restituere in solidum exploratores furum, seu monitores malefactorum, sequuto maleficio, quia fuerunt causa damni illati. Ita etiam tenentur in solidum, & dicuntur participes qui ministrant scalas, vel claues furi, & hoc sequuto maleficio, etiam si ad eos nil peruenerit rei furto ablatæ. l. Si pignore. ff. de furtis. §. qui ferramenta.

Ita etiam tenetur restituere, qui per alium corrupit Iudicem ad ferendam sententiam iniustam in solidum cum mediatore, etiam si nihil vtilitatis habuerit mediator. Nauar. c. 17. num. 8. & seq.

Ita etiam tenentur restituere in solidum illi, qui sub vno capite deprædati sunt, vel aliud malum comiserunt omnes simul, ita, quod vnus sine alio non fecisset, quia omnes simul faciunt vnam causam efficacem illius mali perpetrati. Nauar. cap. 17. num. 20. & num. 131. & D D. in c. sicut dignum de homicid. Couar. 1. Var. res. c. 3. num. 17.

Quod procedit, etiam quando pars illorum satis fuisset ad faciendum illud malum, & simul consenserunt ad perpetrandum, quia omnes fuerunt causa.

Sed si aliqui seperatim comisissent, tunc id tenerentur pro parte, sed scientibus alijs, & communicato consilio comisissent, tunc tenerentur in solidum.

Sed qui factus obuius casu latronibus euntibus ad deprædandum

Digitized by Google

dandum iungit se cum illis, & insimul deprædatur, aut aliud malum perpetrat, nunc tenetur restituere in solidum, sed pro parte, quæ ad eum peruenerit de furto, quod per ipsum factū est. Idem dic de quouis damno, vel præda, quæ ipso præsente maior facta est, & aliàs non fuisset tanta, & non aliter. Sot. lib. 4. de Iust. & Iur. q. 7. art. 3. Sed tamen hic talis peccat mortaliter.

Idem dic de eo, qui videns furtum committi, imiscuit se tali actioni, tenetur pro parte, vel pro ea, quæ facta est, eo præsente maior vltra peccatum mortale.

Idem de eo, qui sciens rem furto subtractam accipit partem illius ab alijs, quod tenetur pro parte accepta, rem si extat, vel prætium ipsius, quia non fuit causa, nec concausa totius furti. Ita etiam, si cum furibus comedisset scienter rem furtiuam, tenetur pro illa parte.

Sed si nescienter comedisset cum furibus rem furtiuam, cū scit tenetur restituere quantum factus est locupletior, & quantū comedisset de rebus proprijs in illo prandio, siue cæna.

Similiter, qui bona fide emens vestem præciosam. vel aliud vtensile, & eo vtitur per aliquod tempus, vbi scitur esse furtu subtractū, tenetur Domino petenti restituere rem, nec non satisfacere Domino, quantum res est ob vsum deteriorata, vel quantum ipse est factus ob illius vsum locupletior, secundum eius qualitatem. Couar. in reg. peccat. 3. p. in princ. Sylu. verb. restitut. 3. in verb. furtum. num. 2. Caiet. verb. restitutio. cum tract. de 2. radi. restitutionis.

4 Mutus per hanc vocem tenetur restituere, indirectè tamen, qui ex officio tenetur prohibere damnum, & tacet, vt sunt custodes vinearum mercede conducti, agrorum, turrium custodes, & vigiles ciuitatum, & similes, qui vident latrones furantes, & tacent, cum possent clamando prohibere: omnes supradictæ, & similes sunt obnoxij restitutioni vltra peccatum mortale, limita tamen, si absque periculo vitæ, vel maioris damni clamare, & prohibere potuissent, aliàs secus.

Similiter tenentur restituere patresfamilias, & barones vas-

Digitized by Google

sallorum, Dominos famulorum, & quicunque, qui sciunt eorum filios, seu subditos furari, vel aliud malum patrare velle, & cum possunt prohibere non prohibuerunt, sequuto maleficio vltra peccatum mortale tenentur cum illis in solidum restituere, si sine periculo, vt supradictū est, facere potuissent, aliàs non.

Et hic nota, quod qui tenetur ex officio prohibere malum proximo, & non prohibet, peccat mortaliter, quia est contra charitatem, & tenetur restituere, quia contra iustitiam, si poterat sine periculo vitæ, & maioris damni, vt dictum est.

Si non tenetur ex officio, & potest prohibere sine periculo, vt dictum est, peccat mortaliter, quia contra charitatem, sed non tenetur restituere, si verò aderat periculum, vt supra, in vtroque casu, nec peccat, nec tenetur restituere.

QVAESITVM CXXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Explicatur in quibus casibus videns bona vicini auferri, & accepto munere tacet, teneatur ad restitutionem.*

2 *Quis intelligatur vocabulo non obstans, & in quibus casibus teneatur ad restitutionem, explicatur*

3 *Quis intelligatur non manifestans, vt teneatur ad restitutionem*

An teneatur restituere, qui videt auferri bona vicini, & accepto munere tacet?

1 DIC. Quod si munus, seu aliquod quoduis fuit ex re furtiua, tenetur restituere, sed si fuit aliunde quæsita, & isti non incumbebat ex officio, non tenetur restituere. Sot. de Iust. & Iur. lib. 4. qu. 7. art. 3. Nauar. c. 17. num. 20. & c. 27. num. 131.

Sed quando hic talis interrogaretur à Iudice iuridicè de furibus, & nollet reuelare veritatem in præsidium partis, teneretur restituere damnum, & interesse parti factum, & peccaret mortali-

Digitized by Google

mortaliter, quia contra iuſtitiam, cap. qui cum fure ex. de fur. Nauar. c. 27. num. 133. niſi excuſaretur ratione timoris, vel damni, quod ſibi immineret, ſi reuelaret.

Adde non tenere ad reſtitutionem quemuis, etiam Clericũ, qui ſcit aliquos velle comittere homicidium, & cum poſſet illos corrigere authoritate ſua, vel timorem illis incutiendo, non facit, vel poterat admonere occiſum, vt caueat ſibi, & non facit, ſi huic non incumbebat ex officio, peccauit mortaliter, quia contra charitatem, nec incurrit irregularitatem ex homicidio ſequuto. Nauar. c. 27. num. 231. c. 24. num 21. Secus ſi ex officio ei competebat, quia tunc vltra peccatum mortale etiam teneretur reſtituere.

9 Non obſtans, per hanc vocem tenetur reſtituere omnis, qui ex officio tenetur impedire malum, quod fit proximo, & non facit, ſi ſine ſuo periculo facere poteſt, & peccat etiam mortaliter. D. Thom. Secunda Secundæ. q. 62. art. 9. Caiet. verb. reſtituere, ſed qui non tenetur ex officio peccat mortaliter, ſi non impedit cum poſſet, ſed non tenetur ad reſtitutionem.

Hinc ſequitur teneri ad reſtitutionem præfecti vigilum ciuitatis, qui ex quadam negligentia, & lata culpa non impediunt maleficia, qui fiunt in terris ſub eorum iurisdictione cum eis ex officio imineat impedire. l. 3. ff. de offic. præfect. Vigil.

Nec non teneri ad reſtitutionem Magiſtratus, vel Barones, qui ſciunt eorum famulos, ſeu conſanguineos ſub eorum vmbra, & fauore inferre damna eorum ſubditis, & comittere mala, & non impediunt, nam id eis incumbit ex officio. Nauar. c. 17. num. 25.

Similiter teneri reſtituere Officiales, qui videntes ex feneſtris eorum ſubditos rixantes, & cum poſſent impedire, non impediunt, vt tenentur ex officio cap. quanto de ſent. excom. Nauar. c. 23. num. 28. cap. 24. num. 17. D. Thom. & Sot. loc. cit.

Tenentur etiam reſtituere ianitores domus, & cubicularii, qui vident introire malefactores ad damnum domus, ſub eius cuſtodia, & non impediunt, quia ad in tenentur ex officio, &

 Digitized by Google ſic

sic respondet de quocunque custode. Sot. Io. cit. & alij, vt supra.

3 Non manifestans, per hanc vocem tenentur restituere, qui non manifestant furem, vel bona furto subrepta, cum id facere debeant ex officio, cum interrogantur à Iudice, & peccant mortaliter, sic etiam, qui non reuelat in monitorijs excommunicationum, incurrit excommunicationem, peccat mortaliter, & tenetur restituere. Nauar. cap. 25. num. 44. Et hic nota, quod tacere veritatem est, ac dicere falsitatem. l. præst. 1. & de Episcopis, & Cler. D. Thom. Secunda Secundæ. q. 67. art. 9.

Qui autem interrogaretur à parte, sciens vbi sint bona ablata, vel fures earum, & negaret, peccaret mortaliter, quia contra charitatem, sed non tenetur restituere, quia non fuit contra iustitiam, nam ei non incumbebat ex officio.

QVAESITVM CXXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Custodes viarum confinium, exactores Gabellarum, tenentur restituere, si videant extrahentem bona in fraudem gabellarũ, vel edictuum, & faciant eos immunes transire, & non manifestant.*

2 *Sed an teneantur satisfacere pro pœna, in quam inciderunt extrahentes, cadit sub opinione.*

An custodes viarum, vel confinium, vel exactores Gabellarum, si inueniunt aliquem extrahentem bona in fraudem Gabellarum, vel Edictorum, & eos transire faciunt immunes, non manifestando conductoribu, vel Fisco, de cuius interesse agitur, teneantur restitu re?

1 DIC. Quod hi peccant mortaliter, & tenentur restituere, quia eis competebat ex officio, cum mercede conducti sint

Digitized by Google

sint reuelare,& capere, quod iuste competebat conductoribus vel Fisco, secundum iusta eorum banda,& prohibitiones; Imò, vt Soto placuit, tenentur satisfacere conductoribus, etiam pro pœna, ad quam forte inciderunt extrahentes bona contra formam bandorum, cum Soto 1. de Iust. & Iur. q.6. art. 6. consentiunt Med. c. de restit. q. 15. in fin. & Castren. li. 2. de pœn. c. 11. Sylu. verb. restitutio.

2 Sed alij sentiunt nõ teneri ad satisfactionẽ pro pœna contrauentionis,quia pœna regulariter non debetur ante condemnationem. Nauar. c. 25. num. 34. & 17. num. 134. & 136.

Sed P. Marius Societatis Iesus de rest. in com. declarans illam vocem [Non manifestans] tenet mediam quandam opinionem, scilicet custodes non obligari ad satisfactionem integræ antedictæ pœnæ,sed quantum taxarentur arbitrio boni viri, & ratio est,quia hi custodes tenebantur ex officio,& cum condemnatio non præcesserit, erit limitanda arbitrio boni Confessoris,sed si fuissent prius a Iudice condemnati ad prænarratam pœnam, tunc ad illam tenerentur, inter has diuersas opiniones ipse adhærerem. in Praxi sentent. P. Marij.

QVAESITVM CXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *In liquido instrumento, si peracta iam pœna est fisco acquisita, & creditor aliquis falsitate impedit, tenetur restituere, sicut etiam alij, vti testes, &c.*

An teneretur restituere, qui produxit Instrumentum liquidum in aliquo tribunali, & incusauit illud contra debitorem, ex quo competit pœna Fisco, si postea ad excludendum Fiscum à pœna excusabit debitorem?

Digitized by Google

1 DIC. Quod per acta facta iam pœna erat Fisco acquisita, & creditor falsitate impedit, tenetur restituere, sicut etiam, si alij, vt testes participes fuissent in hac actione pro excludendo fisco à pœna, & tenetur in solidum cum complicibus Alfons. de Cast. lo. cit.

Et hic inter cætera laude dignissima maximè est comendanda pietas, & liberalitas Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini Pompej Cardinalis Arigoni Archiepiscopi Beneuentani, qui incumbens reformationi tribunalis Metropolitanæ eius Curiæ prohibuit; cum notabili eius interesse inter alias solitas exactiones, vt deinceps pœnæ incusatorum instrumentorum non exigantur. Sed redeuntes ad rem dicimus teneri etiam instituere notarios, seu alios quoscunque conseruantes scripturas, qui scienter non reuelãt legata pia, vel debita in prædiudiciũ tertij, nam ex officio tenentur reuelare maximè si fuerint requisiti, ablata eis mercede competenti, Sylu. verb. restitutio. 3. Iason. & Alex. in l. argentarius. §. vlt. Imò hi de iure ciuili grauissime puniuntur.

QVAESITVM CXXXXIX.

SVMMARIVM

1 *Qui ex officio tenentur manifestare aliquod maleficium, quod poterat manifestando impediri, & non faciunt, peccant, & tenentur ad restitutionem.*

2 *Qui ex officio non tenentur, licet peccent, non tamen tenentur restituere.*

3 *In hac materia quidam casus explicatur.*

An si fuerint plures, qui non manifestarunt aliquod maleficium, quod manifestando Iudici, poterant impedire, & maleficium sequutum est, teneantur restituere?

DIC.

Digitized by Google

1 DIC. Quod si tenebantur ex officio, tenentur restituere, & peccant mortaliter.

Si verò non tenebantur ex officio reuelare, solum peccarent
2 mortaliter, non tamen tenentur restituere

Sed si vnus eorum (præsuppositio, quod fuerint tres) inter-
3 rogatus à Iudice negat veritatem, & secundus eodem modo interrogatus negauit veritatem de malefactore, sed reuelauit innocentem, & tertius citatus voluit comparere? dic, quod primus tenetur restituere in solidum, & peccauit mortaliter, quia interrogatus tacuit veritatem, quam fateri debebat ex officio.

Secundus tenetur in solidum ad restitutionem ablatorum, vltra peccatum mortale, ac etiam tenetur ad liberationem innocentis falso relati.

Tertius etiam tenetur ad restitutionem, sicut primi, quia debuit comparere, & verum fateri P. Marius loc. cit.

Nota hic quod tenetur restituere, qui non habet, nisi, quæ surripuit, etiã q decidat à statu suo, dummodo sciatur eius statum esse male acquisitum, aliter non teneretur restituere, & cadere de statu suo, quia seipsum infamaret. P P.

Nunc de eo, quod debet restitui

QVAESITVM CL.

SVMMARIVM.

1 *Restituendum est omne illud, quod iniuste ablatum est, vel iniuste detinetur.*

2 *Restitutio est facienda in tempore oportuno salua fama, & honore.*

Quid debet restitui?

1 DIC. Quod est restituendum, quod iniuste ablatum est, vel iniustè detinetur, & si vsu consumptum esset, vel fa-

Digitized by Google

ctum esset deterius, esset facienda restitutio de æquiualente.

2 Sed si in facienda restitutione immineret scandalum, vel periculum maioris damni, tunc non est facienda, sed expectanda opportunitas temporis, vel aliàs prouidendum, prout prudenti Confessori videbitur, nam restitutio est facienda salua fama, & honore. Caiet. verb. restitutio. c. 7. & hoc procedit quocunq; modo debeat fieri restitutio.

QVAESITVM CLI.

SVMMARIVM.

1 *Damnum proximo quatuor modis potest inferri, scilicet in bonis animæ, corporis, famæ, & fortunæ.*

2 *In bonis animæ leditur homo quatuor modis, scilicet, verbo, malo exemplo, reuocando à bono, & inducendo ad malum; hi modi explicantur.*

Quot modis potest inferri damnum proximo?

1 DIC. Quatuor modis; Primo, in bonis animæ; Secundo in bonis corporis; Tertio, in bonis honoris, vel famæ; Hic nota, quod detractor non tenetur restituere famam, si nouit ei non fuisse creditum. Quarto, in bonis externis, seu bonis fortunæ, & substantijs temporalibus. D. Anton. p. 2. tit. 2. cap. 1. §. 7. Sot. 4. de Iust. & Iur. q. 6. art. 3. Nauar. c. 17. num. 13.

2 Et bona animæ sunt cæteris præferenda, tanquam nobiliora, & altioris ordinis, imò præferenda cunctis mundi thesauris. l. Sancimus c. de sacrosanct. Eccles. & potest quis lædere proximum in anima, vel in bonis animæ inducendo eum ad peccandum, & hoc pluribus modis; primo verbo, vt lenones, & cæt. secundo malo exemplo, scandalizando proximum; tertio reuocando eum à bono opere; quarto inferendo damnum illius animæ, vt inducendo virginem per vim ad defloration em.

Nota hic, quod potest varijs modis quis nocere proximo, vel

Digitized by Google

vel impedire illi vtile, ideo Confessor debet attendere ad omnes modos pro imponenda restitutione.

Illatio damni verbo, aut potest esse per vim, vel metum, & dolum, & tunc talia faciens tenetur deducere proximum in pristinam libertatem, si potest, & debet in hoc conari, quantum in se est. Sot. 4. de Iust. & Iur. q. 6. art. 3. Aut potest esse sine metu, & dolo, & fraude, sed mutuo consensu, & tunc non tenetur restituere damnum, quia scienti non fit iniuria. c. sciēti. de reg. Iur. lib. 6.

Hinc sequitur eum, qui malo exemplo induxit proximum ad peccandum teneri bono exemplo eum à malo reuocare, quique docuisset aliquam hæresim teneri reuocare dicta, & docere veritatem, aliàs non posset absolui. cap. inter sollicitudinem de purga. c. §. penult.

Sequitur etiam eum, qui persuasit alicui falsum testificari pro defensione carcerati in periculo vitæ, vel alio casu, vel asserendo non adesse partem aduersam in Iudicio, & sic cum dolo, vel alio modo, teneri hunc talem recantare veritatem, & facere, quod potest c. si quis aliter. 22. q. 2.

QVAESITVM CLII.

SVMMARIVM.

1 *Medicus persuadens infirmo, vt peccet cum fœmina, pro recuperanda sanitate tenetur reuocare persuasionem.*

Ad quid tenetur medicus, si persuasit Iuueni infirmo, vt coeat cum fœmina, pro recuperanda sanitate?

1 DIC. Quod tenetur mutare sermonem, & dissuadere illi Abb. in c. cum infirmitas. in fine. de pœnit. & remis. Nauar. c. 25. num. 62. sicut etiam tenetur dissuadere, tam medicus quam alij, qui persuasissent mulieri infirmæ prægnanti accipere farmacum, ex quo verisimiliter sequitur abortus, qui si sequatur

Digitized by Google

sequatur, peccarunt mortaliter cum incursu excommunicationis ex constitutione Sixti V. si non est reuocata. Secus est si confert medicinam pro recuperanda sanitate, & deinde incidenter, sequitur abortus.

QVAESITVM CLIII.

SVMMARIVM.

1 *Mulier tenetur abstinere sub peccato mortali ab ornatu, si ex illo inducat aliquem ad eius concupiscentiam, quem sciat sui amore teneri.*

Ad quid tenetur mulier, quæ se ornando inducit aliquem ad concupiscentiam sciens illum ob sui amorem deperire, & de industria illi se offert ornatam?

1 DIC. Quod tenetur abstinere, aliàs peccat mortaliter, etiam si non habeat animum peccandi, quia scandalizat proximum. Nauar. c. 14. num. 37. & ita tenetur quicunque remouere occasionem, qua scandalizatur proximus, etiam si nullum intercedit peccatum, sed ratione scandali, etiam passiui, quando tamen non est pharisaicum. De huiusmodi mulieribus dixit. D. Petrus, Propinasti, ò mulier, venenum, licet alter nõ biberit, non effugies damnationem; vt diximus de his clarius in alio tractatu nostro.

QVAESITVM CLIIII.

SVMMARIVM.

1 *Reuocans aliquem à meliori bono scilicet, ingressu Religionis, bono fine, quia non est aptus Religioni, vel illa Religio est relaxata, ad nihil tenetur.*

2 *Si malo fine fecit, tenetur reuocare consilium, & illum remittere in sua libertate.*

Digitized by Google

3 Pater

3 *Pater potest distrahere filium ab ingressu Religionis ante decimum quartũ annum, sed post dictam ætatem si id fecerit, incidit in Canonem, & tenetur monasterio restituere damnum illatum, si aliquo modo sequatur.*

Ad quid tenetur, qui reuocat aliquem à meliori bono, vt ab ingressu Religionis?

1 DIC. Quod si ille fecit bona intẽtione, quia nõ erat aptus Religioni, vel quia in tali Religione non viuitur regulari obseruantia, ad nihil tenetur, nec peccauit, imò bonum opus operatus est, D. Thom. Secunda Secundæ. qu. 189. art. 9. Nauar. c. 12. num. 40. & seq.

2 Si vero fecit mala intẽtione, aut per vim, & metũ, & simil. tenetur, quantum in se est, illum in pristinam libertatem restituere, & liberato persuadere, vt ingrediatur Monasterium, & si non ingrediatur, tenetur reuocans ad omne damnum Monasterij, ob illius regressum à Religione, arbitrio boni viri. Nauar. c. 12. num. 45. & 48. Sot. 4. de Iust. & Iur. q. 6. art. 3.

3 De patre, qui per vim detrahit filium à monasterio, dic, q aut filius erat minor quatuordecim annis, & in hoc casu ad nihil tenetur, quia potest pater irritare vota filij in hac ætate, & illius factum annullare, aut erat pubes, & non potest pater à Monasterio illum detrahere, nec per vim, nec alio modo, aliàs incidit in Can. si quis suadente. 17. q. 4. Sylu. verb. Religio. 1. D. Anton. in tract. defecerunt. & tenetur eum restituere cum omnibus damnis illi Monasterio, arbitrio boni viri, quia hoc est inferre damnum alicui in bonis animæ.

QVAESITVM CLV.

SVMMARIVM

1 *Deflorans Virginẽ incurrit in varias pœnas in foro exteriori.*
2 *In foro conscientiæ, si defloratio sit facta sine vi, & dolo ad*

Digitized by Google

nihil

nihil tenetur, & in foro exteriori tenetur eam ducere in vxorem.

3 *Quando mulier fuit simplex, & incapax doli, si medijs precibus proximis &c. consensit deflorationi, censetur per vim deflorata, & tenetur omne damnum resarcire deflorans.*

4 *Si defloratio fuit facta cum promissione eam ducendi in vxorem, tenetur deflorans in vtroque foro illam ducere, si sit paris, vel non multum imparis conditionis.*

5 *Secus si sit imparis conditionis, quia tunc sufficit solum resarcire damnum meliori modo, quo potest, quod etiam faciendum est, si ducendo in vxorem imminet illi aliquod damnum.*

6 *Raptor virginis, vidua, vel maritata est excommunicatus, & tenetur restituere, & resarcire damnum.*

7 *Peccans cum consanguinea spe impetrandæ dispensationis, si non obtineat, debet resarcire damnum.*

Ad quid tenetur deflorans virginem?

1 DIC. Quod, & hoc est inferre damnum animæ, & tunc aut est violenta defloratio, & pæna deflorantis est pena capitis. §. sin autem instit. de pub. Iud. aut voluntaria, & tunc pæna in humilioribus est fustigatio, in alijs honestioribus confiscatio bonorum, quia §. ead. lex Iulia instit. de pub. Iud. & id in foro Iudiciali, & exteriori, sicut osculans publicè virginem vel deflorans per regni constitut. punitur pæna mortis. Afflit. decis. 276.

2 Sed in foro conscientiæ, aut defloratio fuit de communi cõsensu sine vi, & dolo, & tunc ad nihil tenetur, quia scienti consentienti non fit iniuria. reg. scienti de reg. Iur. in 6. D. Ant. 2. p. tit. 5. c. 6. num. 1. Nauar. c. 16. num. 16. Sed in foro exteriori tenetur eam dotare, vel ducere in vxorem, & potest fustigari, & detrudi in monasterio. Nau. vbi supra. quamuis eam incorruptam non inuenisset, si eam virginem putauit.

3 Sed hoc non procedit, quando virgo fuit simplex, & incapax

Digitized by Google

pax doli, vt non censentur consentire, quia est idem, ac si per vim, & dolum inducta fuisset ad stuprum, quia habetur, vt minor in hoc casu, & tunc, aut fuit defloratio mediantibus precibus importunis, quæ æquiparantur dolo. Glos. in c. scienti de reg. Iur. Aut mediantibus falsis promissis, quæ sunt idem, ac metus, & dolus, vt supra, & tunc defloranS, vel tenetur illam ducere in vxorem, vel resarcire illi damnum omni meliori modo, vt si illa virgo nupsisset viro sibi æquali cum dote centum ducatorum, & defloratæ sunt necesse ducenti, vt pari nubat, debet defloranS hoc illi damnum resarcire, vt talem adipiscat virum, qualem virgo adepta esset ad arbitrium boni viri. Nauar. c. 16. num. 17. & sequ. Couar. de sponsal. 2. p. c. 6. §. 8. num. 15. qui defloranS tenetur, & satisfacere parentibus defloratæ meliori modo quo potest.

Et si deflorata nullã habebat dotem, sed sperabat ex alicuius Societatis eleemosinis, vt sit Beneuenti per Societatem sanctissimi Corporis Christi, & multarum aliarum Societatum, tunc defloranS tenetur illi ad integram, & sufficientem dotem.

Nota hic si ob restitutionem, vel satisfactionem puellæ defloratæ crimen detegeretur, tunc est sumendum aliud remedium arbitrio prudentis Confessoris.

Verùm si factum est occultum, & illa nubit virgo, ad nihil tenetur defloranS, sed si post contractum matrimonium id sciret maritus, & propterea eam maletractaret, tenetur defloranS meliori modo, quo potest illum placare, & damnum illatum resarcire, si potest sine scandalo, & salua honestate, aliàs non tenetur. Diaz. in pract. crim. c. 77.

4 Aut defloratio fuit facta cum promissione de ducendo illam in vxorem, & tunc tenetur defloranS in vtroque foro obseruare fidem, & promissionem, si sit paris conditionis, vel non multum imparis. Et si talis promissio fuisset coram Porocho, & testibus, esset verum matrimonium, nec posset reuocari, iux. Conc. Trid.

5 Si vero esset valde imparis conditionis cum defloranTe, tunc non tenetur defloranS eam ducere in vxorem, sed tenetur ei resarci-

Digitized by Google

resarcire damnum meliori modo, quo potest, supplendo illi pro iniuria defectum dotis, vt dictum est, & si illa noluerit nubere, aut non reperierit maritum, tenetur deflorans curare, vt ingrediatur monasterium, vel alium honestum locum.

At cum non essent disparis conditionis, sed si deflorans duceret illam in vxorem, timeret sibi inferri malum vitæ, vel honestati infamiam, aut damnum maius à consanguineis, seu alijs tunc non tenetur eam ducere cum tanto periculo, sed illam dotare, aut collocare, aut meliori modo, quo potest resarcire damnum P. Marius de restit. in comm.

6 Hic adde de raptore, siue virginis, siue viduæ, siue maritatæ, quod est excommunicatus ex Conc. Trid sess. 24. c. Decernimus, & tenetur restituere viro, vel suis, & damnum illatum meliori modo, quo potest resarcire parti læsæ, & de peccante cum consanguinea in gradu prohibito sub promissione matrimonij, & sub spe impetrandæ dispensationis, quod tenetur facere quantum in se est pro illa impetranda. Et si impetrare non
7 potest, tenetur reficere illi damnum illatum, & placare illam, & hoc intellige semper sine scandalo, & periculo, vt supra.

Sed si obtinuit dispensationem, & adhuc adest periculum grauioris damni, puta, infamiæ, aut inimicitiæ capitalis, aut periculum animæ, non tenetur illam ducere, sed resarcire illi damnum, & sic conclude inferentem damnum animæ alicuius debere remouere occasionem, & illi reficere damnum, vt dictum est.

QVAESITVM CLVI.

SVMMARIVM.

1 *Sex modis infertur damnum proximo in corpore.*
2 *In his omnibus tenetur damnificans proximum satisfacere in conscientia pro damno illato.*

Quot modis infertur damnū proximo in corpore?

DIC.

Digitized by Google

1 DIC. Quod sex modis; primo occidendo; secundo mutilando; tertio debilitando; quarto vulnerando; quinto verberando; sexto carcerando. D. Anton. 2. p. tit. 2. c. 2. §. 2. Abb. in c. 1. Qui Cler. vel non. Turceres in c. Si res. p. 10. q. 6. num. 13.

2 Tunc dic damnificantem proximo in aliquo ex prædictis modis, teneri in conscientia satisfacere illi pro damno illato per compensationem arbitrio boni viri. D. Thom. Secunda Secundæ q. 67. art. 3. ad primum. Abb. in c. 1. de Iureiur. Sot. 1. de Iust. & Iur. q. 6. art. 3.

Itaque qui occidit, mutilat, debilitat, aut aliter offendit, debet arbitrio boni viri reficere omnia damna, expensas, & interesse parti, tam passum quam patiendum ex causa dicti damni illati. l. & hac lege. ff. Si qua duc. nec non debet soluere prætium deformitatis æstimabilę arbitrio boni viri. Glos. in c. Si quis membrorum 23. q. 8.

QVAESITVM CLVII.

SVMMARIVM.

1 *Homicida tenetur satisfacere Deo pro pœnitentia.*
2 *Item hæredibus pro damno illato, & multi casus exponuntur.*
3 *Quid debet facere occisor si sit pauper, nec possit satisfacere.*
4 *Restitutiones non sunt faciendæ pro occisione* Banditi.

Ad quid tenetur homicida?

1 DIC. Quod primo debet satisfacere Deo, quia imaginẽ ipsius corrupit; Secundo debet satisfacere Reipub. quia priuauit eam membro ciuili. Tertio tenetur satisfacere parti læsæ. Quarto tenetur satisfacere vitæ occisi.

Deo satisfacit per grauissimam pœnitentiam; Reipub. substinendo pœnam impositam, seu imponendam à Iudice: parti læsæ orando pro ea, vel dando eleemosinam, vel alia opera pia, faciendo pro occisi anima; Satisfacit vitæ occisi, si eat ad bellandũ contra inimicos. Nau. c. 25. n. 11. Sed hoc expedit, sed non

Digitized by Google

non oportet: hæredibus occisi satisfacit, si refarcit eis omnia damna, expensas, & interesse, quæ patiuntur ob illius mortem.

2 Imo homicida tenetur etiam satisfacere hæredi occisi, etiam pro impensis funebris, quando violentæ mortis occasione impensæ augentur, vt fit ex priuilegio in aliquibus Ecclesijs. Et est pro morientibus improuisa morte in Metropolitana Ecclesia Beneuentana, quod est in vsu, & viridi obseruantia, sed tamen cum pauperibus benignè agitur, imo aliquando nihil exigitur, sed vbi expensæ non augentur, homicida non tenetur ad expẽsas funerales secundum solitum faciendas.

Tenetur etiam homicida, si occidit aliquem artificem iuuenem, & industrium, qui arte sua alebat patrem, & matrem, vxorem, filios, & filias, satisfacere pro horum manutentione, & victu, prout faciebat occisus, facta tamen compensatione de eo, quod prædicti nutriendi eorum labore supplere possent, & sic prudens Confessor considerato quamdiu poterat occisus superuiuere, debet hanc satisfactionem, & restitutionem imponere homicidæ. Abb. in cap. 1. de Iniur. P. Marius loc. cit. imò tenetur etiam ad ea, quæ gratuitò occisus facere solebat, vt eleemosinas, & similia.

Imò, & hæredes occisoris possidentes bona illius, si ille, vel perijt suspensus, aut in fuga, aut in carcere, tenentur ad damna illata hæredibus occisi, secus, si non possiderent bona occisoris defuncti. Nauar. c. 25, num. 20. & seq. Hyppol. in sing. 575. Cauor. Var. re. c. 10. num. 7. & est communis opinio.

Imò Iudex, qui condemnauit homicidam ad debitam pænã corporalem, debet etiam condemnare hæredes homicidæ ad soluendum omnia damna illata hæredibus occisi. D D. supra cit. Et hoc procedit etiam, si hæredes occisi persequuti sint homicidam in Iudicio criminali, & procedit etiam, si facta restitutione nihil remaneret hæredibus occisi, neque quoad legitimã quia legitima non debetur, nisi deducto hære alieno G. Capitaneus. ff. de in offic. test. Sylu. verb. legitimo.

Imo tenentur ad prædicta hæredis occisoris, etiam, si offen-

sus

Digitized by Google

sus ante mortem fecerit remissionem per publica acta ipsi occisori, quia remanet actio hæredibus occisi pro damnis expensis, & interesse contra hæredes homicidæ, qui tenentur restituere, ratione bonorum, quæ possident ipsius homicidæ. Abb. in c. 1. de Iniur. Sot. 4. de Iust. & Iur. q. 6. art. 3. Nauar. lo. cit.

Imò procedit etiam hoc, etiam si hæredes occisi habuerint pecuniam, aut aliquod aliud pro remittenda actione iniuriarū, & criminalitate. D D. sup. cit.

Quando verò quis dolosè, & appensatè occidisset aliquem, qui habebat patrem, & matrem, filios, & filias, & aliam familiam, & non erat illis vtilis, imò potius inutilis, non tenetur ad eandem restitutionem, nec eius hæredes, sed tantum debet pro interesse affectionis restituere ducatos quinquaginta hæredibus occisi. Nauar. c. 15. num. 22. P. Marius vbi supra. Hostien. in Summ. tit. de Iniur. in fine, & in omnibus his dictis casibus, & similibus, intellige, quando hi, qui tenentur restituere, & satisfacere, sint soluendi, aliàs ad impossibile nemo tenetur.

Et cum occisus non relinqueret hæredes quibus fieret dicta restitutio, est homicidæ maior pœnitentia imponenda pro eius delicto, & imponenda opera pia pro anima interfecti. Sot. loco citato.

3 Si vero occisor erit pauper, & nullam poterit facere restitutionem, debet satisfacere cum orationibus pro anima occisi, & alijs pijs orationibus, & pijs operibus supplere, & ita iniungendum ei à Confessore, & vt luat in corpore per ieiunia, peregrinationes, & disciplinas, & alia opera pœnalia, dum non habet in ære.

Sed nota, quod si filius familias comiserit homicidium, tenetur ad prædictas satisfactiones, & restitutiones, si habuerit peculium Castrense, vel quasi, secus si non haberet quia non teneretur, nisi ad alia, vt opera pia, & similia, vt supra dictum est, & hoc etiam si pater ipsius sit diues, quia pater non tenetur ei dare in hoc casu. C. ne filius pro patre, nec potest cogi ad damnum legitimum. l. 1. §. si expulit. ff. de Collect. bon.

Digitized by Google Qui

Qui tamen occidisset casu, aut fortuito, & extra vllam culpam, sed pro sui defensione cum moderamine inculpatæ tutelæ, ad nihil teneretur l. 1. c. vnde vi. & l. vt vim. ff. de Iust. & Iur. Sed cum non seruasset omnia requisita in defensione inculpatæ tutelæ, tenetur ad integram restitutionem, vt supra. Nauar. vbi supra, sed in hoc casu debet considerari causa homicidij, & tunc restitutio, si ita videbitur prudenti confessori, potest minui. P. Marius lo. cit. & defensio inculpatæ tutelæ est, quando quis pro sui defensione non poterat aliud facere, quam mortem inferre.

4 Prædictæ restitutiones non fiunt in occisione Banditi, quia Banditus est condemnatus, & ciuiliter mortuus, & in casu occisionis illius occidens est minister iustitiæ, sed si occideret ob odium, vel inuidiam, aut in vindictam particularem, peccaret mortaliter, licet teneretur restituere. Sylu. verb. homicidium. & alij.

De damno illato famæ, & honori?

QVAESITVM CLVIII.

SVMMARIVM.

1 *Quatuor modis quis læditur in fama, & quatuor modis in honore.*

2 *Declaratur quid sit susurratio, murmuratio, maledictio, & detractio.*

3 *Declaratur quid sit contumelia, conuitium improperium, & derisio.*

4 *Ex quibus patet resalutio multorum casuum; & in praxi quomodo sit facienda restitutio famæ.*

Quot modis læditur proximus in fama, seu in honore?

DIC.

Digitized by Google

1 DIC. Quod in fama læditur quatuor modis, nempe ſuſurratione, murmuratione, maledictione, & detractione: Et honor quatuor modis, contumelia, conuitio, improperio, & deriſione. Nauar. loc. cit.

2 Suſurratio eſt occulta ſeminatio diſcordiæ inter fratres, & amicos: murmuratio eſt querela impatiens contra Superiorẽ: maledictio eſt imprecatio mali proximo: detractio eſt infamatio proximi.

3 Contumelia eſt ignominia verborum in proximum: conuitium eſt ſignificatio defectus proximi, improperium eſt exprobatio beneficij: deriſio eſt proximi ſpretus per riſum, aut alios motus vultus, ſeu manus. P. Marius lo. cit.

4 Hinc dic reſolutionem multorum caſuum qui in praxi contingere poſſunt in propoſita materia, & primo peccare mortaliter, & teneri ad reſtitutionem famæ, qui dicendo falſum in re graui aliquem infamauit, modus autem erit, vt dicat ſe falſum dixiſſe coram eisdem perſonis, & eodem loco, vbi infamauit, & ſi illi adhuc nollent ei credere, tenetur adhibere teſtes, & iurare ſe dixiſſe falſum ob inuidiam, vel aliam paſſionem, & hæc eſt communis opinio. Nauar. c. 23. num. 27. Sot. 2. de Iuſt. & Iur. q. 6. art. 3.

Nota hic, quod qui ſtuprauit, tenetur dotare, ſed ſi id eſſet periculoſum, eſſet adhibendum aliud remedium remunerando damno, arbitrio Confeſſoris.

Sed hæc eſt difficilis praxis, & ideo dicendum, quod, aut detractio eſt vetus, & iam obliuioni tradita, & tunc non eſt iterũ memoranda, aut eſt recens, & tunc non debet infamator recantare, ſed meliori modo, quo poteſt reficere famam infamato laudando illum de aliquibus virtutibus coram eisdem perſonis, coram quibus fuit facta detractio, & hic eſt optimus modus

QVAESITVM CLIX.

SVMMARIVM.

1 *Licet repulſare teſtes falſos contra ſe examinatos, opponendo,*

Digitized by Google

vel contra dicta, vel contra personas eorum per vera crimina, non falsa aliàs non liceret.

6 *Non licet repulsare testes, qui vera deposuerunt, aliàs teneretur ad restitutionem famæ, & damni.*

An teneretur restituere, qui in Iudicio repulsauit testes contra se examinatos?

1 DIC. Quod aut testes deposuerunt falsum, & tunc licet illos repulsare, siue opponendo contra dicta eorum, siue contra personas, tamen per crimina vera, & non falsa ipsorum, & æqualis ponderis cum crimine, quod purgandum est, alias non liceret, & teneretur restituere. Secunda Secundæ q. 97. art. 3. Sot. 5. de Iust. & Iur. q. 7. art. 3. dummodo nihil contra charitatem fiat, aut contra Iustitiam, & reus foueat bonam causam, quia tunc ad nihil tenetur. Nauar. c. 25. nu. 35.

6 Quando verò testes deposuerunt verum in Iudicio, non licet eos repulsare, & repulsans tenetur restituere, & famam, & damna, & id procedit, etiam si testes, sint vilis conditionis, & infames.

QVAESITVM CLX.

SVMMARIVM.

1 *Affigentes libellos famosos contra aliquem, tenentur restituere famam.*

2 *Quomodo sit facienda illa restitutio explicatur.*

An affigens libellum famosum contra aliquem, teneatur restituere, & quomodo?

1 DIC. Quod peccat mortaliter, & tenetur restituere famam parti læsæ, & de modo dicunt aliqui, quod teneretur facere alios libellos, & bene de illo dicere, etiam se mentitum esse, sed id est periculosum, tum quod posset discoopeiri cum periculo pœnæ mortis, tum etiam, quod posset illius vitupe-

Digitized by Google

vituperium magis dilatari, & scire plures, quam prius.

2 Sed melior est praxis, vt infamator seminet laudes illius, & maximè apud illos qui ignominiæ libellum norunt. Concludè ergo non teneri aliquem restituere famam cum periculo vitæ. Nauar. c. 18. num. 26. & 40. & 43. Sot. loc. cit. Couar. in reg. pecc. num. 6. in c. offic. de pænit. & remiss.

QVAESITVM CLXI.

SVMMARIVM

2 *Mulier supponens partum, vt aliquos hæreditate priuet, vel ex alio concipiens, non tenetur seipsam infamare.*

An fæmina supponens partum, vt priuet aliquos hæreditate, vel concipiens ex altero teneatur reuelare?

1 DIC. Quod non, ad euitandum infamiam. Innoc. in c. offic. de pænit. & remiss. & ratio est, quia nemo tenetur seipsum infamare, quia fama est altioris ordinis, quam bona temporalia, quorum restitutio non est facienda cum amissione famæ.

QVAESITVM CLXII.

SVMMARIVM

2 *Delinquens non tenetur se culpabilem declarare, si de illo crimine alius Innocens ad mortem damnetur, nec de iustitia tenetur satisfacere vel restituere.*

Ad quid tenetur qui crimen læsæ maiestatis cõmisit & de crimine alius innocens inculpatur, & damnatur ad mortem?

Digitized by Google

DIC. Quod delinquens non tenetur se culpabilem declarare, & ratio est, quia ipse non dedit causam, vt ille innocens caperetur, vnde non obligatur cum pari iactura restituere innocenti vitam, & famam, quam ipse ab eo directe non abstulit, nec tenetur hic delinquens hæredibus innocentis condemnati de rigore iustitiæ, sed de consilio. Nauar. c. 18. num. 17. Sot. loc. cit. & in tract. de tegen. memb. 7. qu. 3. Conclus. 5.

QVAESITVM CLXIII.

SVMMARIVM.

1 *Qui crimina vera proximo adauget, debet pro restitutione illum laudare, nisi sit verisimile, hoc esse obliuioni traditũ.*

2 *Qui vera, sed occulta crimina propalauit proximo, debet restituere, dicendo se male fuisse loquutum, sed si agatur cum viris doctis, melius est abstinere.*

3 *Quid facere debet pro restitutione, si crimina vera aliquis dixerit personis, & locis, vbi nesciebantur.*

An teneatur restituere famam, qui adauget vera crimina proximo, & quomodo?

1 DIC. Quod debet aspergere laudes illius coram eisdem personis, quibus eum infamauit, & si esset verisimile illos esse oblitos, & periculum esset reuocationis infamiæ, deberet abstinere, & in posterum tegere illius vitia, & tempore opportuno, & bona occasione laudare illum, & id esset imponendum à prudente Confessore pœnitenti pro pœnitentia.

2 Cum vero aliquis detraxerit alicui vera dicendo, sed occulta illius delicta, debet restituere famam, dicendo se male loquutum de illo fuisse, coram eisdem personis. D. Thom. Secunda Secundæ. qu. 62. art. 2. & in 4. d. 15. q. 2. art. 5. ad secundum.

Sed quando ageretur cum personis prudentibus, & doctis, tutius

Digitized by Google

tutius est abstinere ab hac praxi, & narrare laudes infamati. Nauar. c. 18. num 44.

8 Sed si aliquis reuelasset crimina proximi vera, sed personis, & in locis, vbi nesciebantur, dic, quod aut crimina erant occulta domino, vel paucis nota, tunc faciendum est, vt supra.

Sed si essent notoria, tunc distingue, aut notoria notorietate Iuris, vt per sententiam, vel quia fuit virgis cesus, & tunc reuelans hæc notoria proximi, non peccat, quia publica sunt Nauar. c. 18. num. 25. Sot. lib. 5. de Iust. & Iur. q. 10 art. 2. Sed si hic virgis cesus, iam mutasset vitam, & illius infamia esset obliuioni tradita, quia fustigatio fuit in pueritia, & nunc senex est bonæ opinionis manifestans illius infamiam, peccat mortaliter, & tenetur restituere supradicta, quia detraxit illi famam.

Si autem est notorium notorietate facti, vt quia est meretrix publica in aliqua Ciuitate, & extra illam, vbi ignoratur reuelat eius meretricium, peccat mortaliter, & tenetur restituere illi famam, & idem esset, si reuelaret in eadem Ciuitate, sed in loco seu angulo, vbi id nescitur, & hoc potest esse verum in magnis Vrbibus. Sot. vbi supra.

His adde, quod interpretans bonam actionem proximi ad malum finem, tenetur illi restituere famam, & peccat mort.

QVAESITVM CLXIIII.

SVMMARIVM.

8 *Qui indirectè detrahit proximo, scilicet malo animo, tacendo laudes, vel minuendo, vel negando, vel remisse laudando, peccat mortaliter, & debet restituere, & etiam damno satisfacere, si sequutum sit.*

Ad quid tenetur, qui indirectè detrahit proximo? & est cum tacet virtutem proximi in occasione illi vtili, quod fit quatuor modis: primo, quando quis malo animo tacet laudes proximi: secundo, quando minuit malo animo: tertio, quã-

Digitized by Google

do occultat virtutes occultas proximi, vel negat: quarto, quando laudat proximum, sed remisse, & frigidè, nam melius est in aliqua occasione tacere, quam frigidè laudare, & maligno animo, vt quando me præsente quis laudaretur, quem ego bene noui, & deberem laudare, & extollere, sed tamen, vel taceo, vel remissè respondeo, id est detrahere indirecte?

2 DIC. Quod hic peccat mortaliter in re graui, & tenetur restituere læso famam, spargendo de illo debitas laudes & si quid temporalis damni per hoc illi obuenit, illi resarcire, arbitrio boni viri. vide Sot. lib. 5. de Iust. & Iur. q. 10. art. 1.

Nota, quod promissum ob turpe factum non debet adimpleri. Nauar. c. 17. num. 20. & qui adimplet, peccat mortaliter, etiam si cum iuramento.

QVAESITVM CLXV.

SVMMARIVM.

1 *Infamans seipsum non peccat mortaliter, nec tenetur restituere sibi famam secundum probabiliorem sententiam.*

2 *Secus si resultaret in damnum filiorum, vel aliorum.*

Ad quid tenetur infamans seipsum, quod fieri potest, dum quis apud extraneos, & nescientes, reuelaret eius peccata occulta, vel quando in tortura confiteretur delicta, quæ non comisit, dum non iuridicè interrogatur, vel vltra interrogationem Iudicis?

1 DIC. Hunc talem, nec peccare mortaliter, nec teneri restituere sibi quicquam, & ratio est, quia nemo potest sibi restituere, quia homo est Dominus suæ famæ, sicut & pecuniæ, & potest eam pecunia remittere. D. Thom. Secunda Secundæ qu. 62. art. 2. Nauar. c. 18. num. 28. Couar. 1. Var. c. 2. licet Abb. aliter sentiat. in c. ex parte de sponsi. & idem tenet

Digitized by Google

tenet Caet. verb. detractio. quod nemo est Dominus fuæ famæ; sed melior est prima opinio, imò si quis se infamaret pro publico bono esset meritorium, & actus virtutis.

2 Secus esset quando resultaret, in damnum filiorum, vel aliorum, nam tunc teneretur restituere sibi famam, ita etiam si resultaret in præiudicium suæ animæ, quia tunc peccasset mortaliter, & teneretur restituere. Nauar. lo. ci. num. 39. Couar. 1. par. Var. c. 2. num. 8. Sot. 4. de Iust. & Iur. q. 6. art. 3.

Sic etiam esset peccatum seipsum infamare; primo, quando se infamaret crimine maximo, vt hæresi, vel simile valde famæ ablatiuum, quia hoc etiam filijs obesset: secundo, quando esset persona publica, & etiam pater filiorum honoratorum; tertio, quando intercedit periurium. Tolet. lo. cit. c. 66.

QVAESITVM CLXVI.

SVMMARIVM.

1 *Diffamare aliquem sententia Iudicis diffamatum in loco, vbi fuit lata sententia, non est peccatum.*

2 *Sed peccatum esset diffamare illum in loco distanti, quo non est peruenit talis diffamatio, & teneretur ad restitutionem famæ.*

3 *Nec etiam licet diffamare in loco, vbi fuit lata sententia in casu in quo tertia persona diffameretur, vel aliquod damnum proueniet sic diffamato.*

4 *Licet tamen diffamatum propalare ad euitandum aliquod damnum, vel temporale, vel spirituale.*

An licet diffamare aliquem in eodem loco, vbi est sententia Iudicis diffamatus, vt siq; diceret talem fuisse fustibus cesum Beneuenti pro latrocinio de recento, & ita est in veritate?

DIC.

Digitized by Google

1 DIC. Quod hoc non est peccare contra charitatem, dicere alijs, qui nesciebant, quia iam iam & ipsi scirent, sed non liceret dicere in alio loco, vel scribere vbi nesciebatur, nã manifestare id extra locum, quo non peruenisset illius infamia, esset peccatum mortale cum restitutione famæ, sic etiã si in eodem loco, quando bonam famam ille postea esset consequutus, vt supra dictum est, licet Caiet. teneat contrarium. Itaque in loco distanti non liceret sine peccato, & obligatione restitutionis, manifestare illius infamiam. Sed in loco, vbi est verè infamis, non est peccatum infamare, quia tunc non est infamare, & tunc dicitur vere publica infamia, crimen factum publicum, vt quia occidit aliquem in publica platea, vel coram maiore parte populi. Scot. 4. sent. d. 15. q. 4. vel si esset per sententiam Iudicis.

2 Sed in duabus casibus non liceret diffamare, vt supra primo, quando infamaretur tertia persona, vt frater diffamati, qui est in loco, vbi de nouo publicatur; secundo, quando illi diffamato ex hac manifestatione obueniret aliquod detrimentum temporale, vel quia occiditur, vel quia priuabitur dignitate, vel officio, & simili. Tolet. lib. 5. instruct. c. 17.

3 In duobus tamen casibus licet sine peccato manifestare crimina alicuius: primo ad euitandum corporale, vt si quis Beneuenti existimaretur bonus, cum alibi fuisset damnatus latrocinij, & hic conuersatur inter diuites, à quibus posset de facili rapere bona, vel in aliqua Ecclesia plena pretiosis ornamentis, tunc posset, qui scit admonere quorum interest illum alibi fuisse condemnatum de latrocinio, si aliter eum ab illa conuersatione, nec ab Ecclesia auertere non possit, & hæc reuelatio non est contra charitatem, imò pro charitate. Tolet. lib. 5. instruct. c. 45. Secundo ad euitandum detrimentum spirituale, vt si quis hæreticus conuersaretur in loco vbi nescitur, & periculum est, ne alios inficiat, potest manifestari hoc illius crimen, & idem dic de similibus, quando est periculum, ne sequatur damnum spirituale proximo ex conuersatione ilius, cuius mali mores, & vita nesciuntur Tolet. vbi supra.

QVAE-

Digitized by Google

QVAESITVM CLXVII.

SVMMARIVM.

1 *Reuelans in tortura alterius peccatum, non peccat.*
2 *Secus si resultaret in damnum communitatis, vel confessio reuelaretur, etiam si sit facta laico. &c.*
3 *Confitens in tortura crimen, quod non fecit, non peccat, at si iuramento affirmet peccat mortaliter.*
3 *Non tamen debet illum Confessor obligare ad iterum dicendū verum, nisi in crimine hæresis, vel si sua confessio alijs nocuerit.*

An qui in tortura reuelat peccatum alterius, etiam si non interrogaretur iuridice, peccet, & teneatur restituere?

1 DIC. Quod non, quia nemo tenetur occultare peccatū alterius cum sui iactura. Sot. de Iust. & Iur. lib. 5. q. 10. art. 2. vt qui iniuste torqueretur ad sciendum complices.

2 Sed quando manifestatio ipsius resultaret in puplicum detrimentum, vt Reipub. vel Exercitus, vt si miles torqueretur ad reuelandum secreta exercitus contrarij, potius debet mori, quam reuelare, Idem dic, si torqueretur aliquis Confessor pro reuelanda confessione, etiam facta laico in casu necessitatis, vt supra dictum est, vel si quis sciat, quia consultus fuit de remedio peccati, vel si sciat iniusta causa, quia occultauit se prope Confessorem, & audiuit alterius confessionem, vel quia extersione audiuit. Tol. lo. cit.

3 Sique ipse tortus confiteretur in tortura crimen, quod non fecit, non peccat, dummodo non interuenit Iuramentum, etiā si ob talem confessionem sit suspendendus. Sot. lo. cit.

4 Si verò cum iuramento affirmauit, peccauit mortaliter, prudens tamen Confessor non debet eum obligare ad dicendum iterum verum, quia iterum torqueretur, nisi esset hæresis, sed non

Digitized by Google

non in alijs casibus, excepto tamen, si sua confessione alijs nocuerit auferendo famam, vel afferendo infamiam contra iustitiam, & imponendo falsò alteri crimen, tunc deberet Confessor obligare eum ad excusandum infamatum, quia peccauit cõtra Iustitiam, & hoc etiam, si de nouo veniret torquendus. Tolet. loc. cit. qui addit eos, qui adinuicem sc infamarunt posse adinuicem sibi infamiam remittere, si in æquali se infamarunt sed si alter excessit, tenetur reddere famam, si alter reddat, aliàs non tenetur. c. 70.

QVAESITVM CLXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Infamans aliquem, ob quod infamatus incurrit periculum vitæ, tenetur affirmare se falsum dixisse.*

2 *Sed si adsit periculum vitæ infamantis, non tenetur se manifestare, sed sufficit resarcire damna.*

3 *Sed an cum periculo vitæ teneatur resarcire, est sub opinione.*

4 *Quando infamans est persona insignis publica, &c. non tenetur cum detrimento propriæ famæ alteri famam restituere sed sufficit alio modo resarcire damna.*

5 *Infamans si sit priuata persona, etiam cum detrimento propriæ famæ, debet restituere. Sic etiam inducens aliquem ad detrahendum.*

6 *Qui non inducit ad detrahendum, sed ex odio audit detractionem, peccat mortaliter.*

7 *Quis tenetur impedire detrahentem, ita vt non impediens peccet mortaliter.*

8 *Detractio ex suo genere est peccatum mortale, sed in tribus casibus sit veniale.*

An quis cum periculo vitæ teneatur reddere famã alteri infamato in eodem periculo constituto?

DIC

Digitized by Google

1 DIC. teneri ſine dubio, vt ſi quis alteri crimen hæreſis impoſuiſſet, ob quod combureretur, niſi infamans, ſe falſum dixiſſe, affirmaret, ob quam confeſſionem occideretur.

2 Sed vbi non eſſet periculum vitæ infamati, ſed infamantis, tenetur infamans reſarcire damna illata infamato, & non ſe manifeſtare. Sot. tenet in infamia notabili, vt hæreſis teneri quẽ

3 etiam cum periculo vitæ reſarcire. Io. ci. Cui ſubſcribit Tolet. Caiet. tenet contrarium, Secunda Secundæ. q. 62. art. 6. ſcilicet nullum teneri cum periculo vitæ reſtituere alteri famam, ſeu bona, vt ſupra dictum eſt.

Sed hoc non procedit, quando crimen non eſt impoſitum ab aliquo alteri falſo, ſed prouenit peccato alterius, vt Titius occidit, & imponitur per errorem à Curia homicidium Caio, & ſic venit ſuſpendendus Caius, non tenetur homicida verus in hoc caſu ſe prodere, vt illum liberet, quia ille non fuit cauſa ſed falſi teſtes, vt compræhenderetur, qui tenentur dicto innocenti. Tol. vbi ſupra.

4 His adde neminem cum detrimento propriæ famæ teneri reſtituere alteri famam, quando qui infamauit eſt perſona publica, aut Illuſtris, & magnæ authoritatis, & infamatus eſt conditionis mediocris, quia tunc poteſt infamans reſarcire illi famã pecuniam dando, vel altero modo, & hoc procedit, etiam quando eſſet notabilis exceſſus, aliter non. Sot. 4. ſent. d. 13. qu. 5. art. 6.

5 Sed quando infamans eſt perſona priuata, tunc tenetur etiã cum detrimento propriæ famæ reſtituere alteri famam iniuſtè ablata. Tolet. loc. cit. 70. qui citat Sotum vbi ſupra, & qui inducit aliquem ad detrahendum, peccat mortaliter, & tenetur reſtituere, non ſecus ac qui detrahit, ſic & qui detractari conſentit. D. Thom. Secunda Secundæ. q. 13. art. 4.

6 Qui non inducit ad detrahendum, ſed delectatur detractione, peccat ex odio, vt detractor, & eo magis, ſi odium eſt maius Tolet. vbi ſupra, qui interprætatur ita dictum D. Bernardi 2. de Conſideratione detrahere, aut detrahentem audire, vtrum horum ſit deteſtabilis, non facile dixerim, & Chatechiſ. Rom.

Digitized by Google non

non esset obreptator, nisi esset auscultator.

7 Qui non ex odio, sed ex quadam vanitate, & otio delectatur detractione, plerunque solet peccare venialiter, licet etiam aliquando mortaliter, quia non impedit detrahentem, imò illũ inuitat eius auscultatione ad detrahendum mortaliter.

Sed hic notandum, quod si, qui impedire potest detrahentẽ, est priuata persona, non peccat, quando ex timore magni nocumenti non prohibet, sed si periculum, quod sibi timet esset parui momenti, & nocumentũ proximi esset magnum, tunc tenetur prohibere, & non prohibens restituere famam meliori modo. quo potest, vt supra.

Ita etiam excusatur auscultans persona priuata, quando detractor est persona insignis, & inferior ob reuerentiam Superioris, sed si damnum proximi esset graue, non obstante pudore, tenetur resistere, sed si pro certo haberet nihil se profecturum, non tenetur impedire.

Quando audiens est persona publica, & non resistit detractori peccat contra iustitiam, & contra charitatem, & sic tenetur restituere, & peccat mortaliter. Et hic etiam excusaretur ex graui detrimento, seu damno, quod si resisteret, immineret, tunc enim nec venialiter peccat.

8 Et hic notandum detractionem ex genere suo esse mortale, sed in tribus casibus posse esse veniale; primo ex quantitate Infamiæ, quæ imponitur, vel vitij, quod scribitur, aut boni quod tacetur; respectu personæ, nam aliquando ijs, qui se iactant in vitijs, vt solent esse iuuenes in re venerea, & milites in re militari, & homicidijs, his detrahere imponendo dicta, vel similia, reputabitur leuis materia, est veniale, quæ & similia, si imponerentur graui personæ, vt ipso aut alijs personis pusillis, vel personis Religiosis, quia materia ratione personæ concrescit, maius peccatum est.

Tertio diffamatio consideratur respectu personarum, quorum quibus fit, & de quibus fit, & considerata illarum quantitate, & tunc potest esse minus peccatum diffamare vnum, quam multos, vel diffamare coram vno, quam coram multis, & sic etiam

Digitized by Google

etiam maius esset diffamare virum grauem, quam leuem hominem, & sic conclude, quod quando consideratis omnibus materia est leuis, tunc semper est veniale, sed potest esse mortale respectu aliarum circumstantiarum, vt supra.

Potest etiam esse venialis, quando fit absque animo nocendi, sed pro vsu, aut alia causa sine mala intentione, sed hic nota, quod si esset notabilis Infamia, & sine intentione nocendi esset mortale. D. Thom. Secunda Secundæ q. 73.

Sic etiam potest esse venialis, etiam si infamia esset magna, & cum intentione nocendi, sed cum animo indeliberato, vt subita ira percitus, si quis aliquem infamauit malo animo, sed non animaduertens præ ira, veniale esset, quod idem potest dici de blasphemante in ira, Tolet. cap. 64. de Instruct. lib. 5.

QVAESITVM CLXIX.

SVMMARIVM.

1 *Non tenetur ad restitutionem faciens furtum ad bonum finē.*
2 *Nec qui aufert alicui bona pro pœna, vt princeps, &c.*
3 *Nec tenetur restituere, qui in extrema necessitate vitæ aliquid furatur.*
4 *Nec qui furatur quantitatem pecuniæ aliàs sibi debitam, quam alio modo recuperare non potest, stantibus tamen aliquibus conditionibus.*
5 *Nec famulus, qui aliquid surripuit Domino pro mercede quem non recepit, stantibus similiter alijs conditionibus.*

An furtum factum ad bonum finem inducat obligationem ad restituendum?

DIC. Quod non, vt qui subripuit ensem furioso, ne alium occidat, dummodo tamen vendat illum, & in vtilitatem vertat furentis. Ita etiam non tenetur restituere vxor, 3
quæ marito nūmos abstulit, ne ludis, vel conuiuijs profundat, dum-

Digitized by Google

dummodo pecuniam illam in vtilitatem familiæ conuertat, & si de alijs. Tolet lib. cit. c. 15.

2 Ita etiam non tenetur restituere, qui aufert bona alicui in pænam illius, vt si Princeps iustè alicuius bona decerneret auferenda in pænam, vt præcepit Deus filijs Israel contra AEgiptios. Tolet. vbi supra.

3 Ita non tenetur restituere qui in extrema necessitate vitæ aut eius probabili periculo secretò furatur pro necessitate vitæ quia hic non est fur, maximè si ille alijs non dat, sed hoc non licet in quacunque necessitate vitæ, Tolet. vbi supra.

4 Ita etiam non tenetur restituere, nec furtum comittit, qui secretò surripuit ab aliquo quantitatem sibi debitam, quam alio modo habere non potest ob debitoris potentiam, sed requiruntur hæ conditiones, prima, vt eius creditum sit certum. Secunda, vt non possit consequi coram Iudice ob illius potentiam, vel quia probare non potest, vel quia timet sibi malum, si illum in Iudicium vocat, aut timet euenturum magnum scãdalum. Tolet. vbi supra.

Sed si posset comodo exigere à debitore, tunc rapiendo etiam occulte, peccaret, sed non teneretur restituere, Archidiac. 40.q.1.c. non sine. Sed in hoc est aduertendum, vt alijs non succedat malum, aut scandalum, quia alij forsan inculparentur, tunc peccaret auferens, licet non teneretur restituere & in hoc casu, si maximum succederet incomodum alijs, tunc obligaretur auferens, vel ad manifestandum per se factum, vel ad restituendum ablatum. Innoc. in c. olim de rest. spoliato, & quando licet in prædictis casibus creditori subripere, non licebit iterum à debitore petere.

5 Ita nec tenetur restituere famulus, si subripiat à Domino pro quantitate mercedis sibi debitæ, dummodo ob illius potentiam habere non possit, sed hoc debet esse secretò, & concurrentibus alijs, vt supra, & vt iustum accipiat, & non vltra, quia aliàs teneretur restituere, Tolet. vt supra.

Et hic nota, quod si fuit pactum inter Dominum, & seruum vt illi inseruire deberet in vno exercitio pro conuenta mercede,

Digitized by Google

de, si postea coegit eum ad seruiendum in alijs exercitijs, poterit famulus in casu, quo non potest habere mercedē pro dictis alijs exercitijs secreto subripere de illius bonis, vltra mercedem conuentam, quod iustum fuerit, sed si non interuenit pactum, sed remissum arbitrio Domini, tunc non potest id prætendere seruus, sed merces est taxanda iuxta solitum in similibus exercitijs.

QVAESITVM CLXX.

SVMMARIVM.

1 *Furtum regulariter est peccatum mortale, licet aliquando sit veniale, ratione paruæ materiæ.*

2 *Furtum paruæ materiæ potest fieri mortale; primo ratione animi furandi quantitatem notabilem, secundo, si sit occasio peccandi mortaliter, tertio si illa pauca materia sit multum vtilis Domino.*

An quodlibet furtum sit peccatum mortale?

1 DIC. Quod regulariter est mortale, sed aliquando est veniale respectu paruæ materiæ, tam secundum se, quā respectu alterius, vt qui furatur calamum socio, vel pomum in vinea.

2 Sed hoc etiā in parua materia posset fieri mortale, ratione animi, & cupiditatis furandi materiam notabilem, vt qui accedit ad domum diuitis pro capienda magna quantitate, & non inuenit nisi paruam, peccat mortaliter, sed non tenetur restituere nisi illud, quod abstulit.

Similiter peccat mortaliter, si quis furetur paruam quantitatem, & ob illius causam ille, à quo subripuit, peccabit mortaliter, & ex hoc certò sequetur, quia vel blasphemabit, vel alio modo prumpet in irā magnā, quia iracundus est. Sed si id subripiens nesciebat, nō peccabit nisi venialiter, etiā si postea ille, à quo res ablata est ob eandē causam peccaret mortaliter prorū-

Digitized by Google

pendo in blasphemias, vel in impatientiam mortalem. Similiter præsuppositio, quod materia peccati mortalis sufficiens sit duorum carolonorum, qui restituit duo grana ex duobus carolenis, vt faciat materiam leuiorem adhuc restituens peccat mortaliter ob fraudem in animam suam, aliqui dicunt, quod non, & asserit communis opinio non peccare, nec tenere restituere decem octo grana. Ego teneo cum Medina, quia fraus non debet suffragari latroni, & ideo peccare talem, & obnoxium restitutioni.

Similiter peccat mortaliter, qui subripuit paruam quantitatẽ, sed multum vtilem Domino, ex cuius defectu magnum illi nocumentum proueniet, vt qui furatur calamum notario non habenti, nec habere valenti alium, vel acum sutori, vnde magnũ damnum eis prouenit, idem dic, de alio instrumento necessario cuiuis artifici, & id procedit, quando à principio subripiens cognouit illum non habiturum aliud instrumentum, & damnũ illi ex illius defectu euenturum.

Et hic notandum in furandis paruis quantitatibus diuersis, vel eisdem personis, ita vt veniatur ad magnam quantitatem, non semper esse mortale, nisi quando furans habet animum, committendi ista furta, tunc enim, quando ex multis minimis facta est notabilis quantitas, pro vna reputabitur, & mortale. Secus quando quis non habet animum furandi, sed casu veniunt in eius manu minutæ, & paruulæ illæ quantitates, tunc enim, & si postea efficient notabilem quantitatem, non erit nisi veniale, & in omni casu tenetur quis restituere ablatum.

QVAESITVM CLXXI.

SVMMARIVM.

1 *Tribus modis quis obligatur ad restitutionem.*

2 *Qui tenet rem alienam, siue bene, siue male acceptum tenetur restituere.*

3 *Male*

Digitized by Google

3 *Male fidei possessor vltra restitutionem tenetur ad damnum emergens, &c. non autem bonæ fidei possessor.*

4 *Bonæ fidei possor potest præscribere, & vsu capere, non autem male fidei possessor.*

5 *Si res perit in manu malæ fidei possessoris, adhuc tenetur restituere, non autem in manu bonæfidei possessoris stante bona fide.*

6 *Quando autem bonæ fidei possessor fit male fidei possessor, & tunc tenetur restituere.*

7 *Ratione rei, etiam bene acceptæ, vt locatione, pignoratione, deposito, debet fieri restitutio.*

Quot modis possit quis obligari ad restitutionem?

1 DIC. Tribus modis præcipuè. Primo, quando habet rem alterius iniuste, & male scienter, & hic vocatur male fidei possessor. Secundo, qui tenet rem alienam, etiam si nō iniuste in eius manus venit, & hic vocatur bonæ fidei possessor. Tertio, quando quis furatur rem alterius.

2 Tunc dic, quod qui tenet rem alienam malè acceptam, vel non malè acceptam, tenetur restituere, siue bona fide, siue mala habuit, aut qui emit equum à latrone, tenetur restituere Domino, absque vllo prætio, nam rei male acceptæ nullum transfertur dominium. Sed possessor male fidei vltra restitutionem rei, tenetur etiam ad damnum emergens, & lucrum cessans, possessor vero bonæ fidei non tenetur ad dicta lucra, sed tantum ad restitutionē rei, & quantum factum esse ditior.

3

4 Imò possessor bonæ fidei posset præscribere; & vsu capere rem ipsam spatio aliquo, nempe decem annorum, aut viginti, aut aliquando triginta in præscriptione, sed vsucapione spatio trium annorum.

Et scias, quod vsucapio dicitur in rebus mobilibus, & præscriptio in rebus stabilibus, Itaque si post tempus præscriptionis, aut vsucapionis compareret Dominus, ad nihil teneretur

5 possessor bonæ fidei nec ad rem ipsam. Secus in possessore

Digitized by Google

5 malæ fidei. Tolet. lib. 5. c. 17. Imò si in manu possessoris malæ fidei res periret, adhuc tenetur restituere, ita etiam, si rem illam vendidisset. Possessor vero bonæ fidei, si stante bona fide res perit, non tenetur restituere, etiam si sciat postea illam rem fuisse furtiuam, imo etiam, si vendidisset alteri, sed tenetur reddere prætium illi, cui vendidit, si rem amisit quæsitam à vero Domino, ipse autem potest repetere prætium à venditore.

6 Sed quando emptor bonæ fidei factus est malę fidei, qui sciens rem furtiuam, non potest illam vendere, sed tenetur illã restituere Domino, & si vendat, debet adhuc restituere, Sed si erit in mora in reddendo, & interim res perit, tenetur etiam restituere, & licet durante bona fide possessor non teneatur restituere rem, quæ perit, tamen tenetur reddere lucrum, quod per illam rem lucratus est, sic etiam si vendidisset pluris, quam emit, vbi sciuit rem esse furtiuam. Tolet. lib. 7. Instruct. c. 18. qui addit vendentem equum sibi donatum, qui fuerat furto subtractum, teneri ad reddendum prætium deductis expensis.

7 Hic notandum, quod ratione rei, etiam benè acceptæ tenetur quis restituere, vt in comodatione, in locatione in pignore, & in deposito. Itaque si quis tenet rem alienam aliquo istorum modo, tenetur restituere Domino in tempore statuto, si res illa non perierit illo medio tempore, nam tunc non teneretur, nisi quando res periret ex malitia, vel negligentia illius, qui tenetur adhibere mediocrem saltem diligentiam, & maiorem pro conseruando deposito, & maiorem ea pro conseruando comodato, & sit regula nullam negligentiam obligare ad restitutionem, quæ non est peccatum mortale. Itaque qui tenet rem bene acceptam aliquo dictorum modorum, & ipsius negligentia, vel malitia perit, tenetur restituere, sed si perijsset (etiam adhibita debita diligentia) quia furto sublata est, vel mortua, vel deperdita non tenetur restituere, nisi quando pro deposito accepisset pecuniam, quia tunc teneretur. Tolet. vbi supra.

Ita etiam teneretur in aliquo dictorum modorum, si esset in mora reddendi tempore debito, & interim res periret.

Ita

Digitized by Google

Ita etiam tenetur restituere si esset conuentum, vt res pereat recipienti, tunc stante pacto, si interim peccat, tenetur restituere rem etiam aliàs bene acceptam.

De rebus inuentis.

QVAESITVM CLXXII.

SVMMARIVM

1 *Non tenetur quis restituere res inuentas, quæ nullum habent Dominum.*

2 *Res autẽ inuentæ, quæ probabiliter habent dominum, debent restitui Dominis, qui si facta diligentia non inueniatur restituantur pauperibus, vel sibimet, si sit pauper in toto, vel parte ad arbitrium Confessoris.*

An quis teneatur restituere res inuentas?

1 DIC. Quod si loquimur de lapidibus præciosis, vel gemmis, quas apparet nullum habuisse dominum, quia inueniuntur in loco, vbi generantur, vt in aliquibus montibus, vel in littore maris, has qui inuenit potest sibi licitè retinere, quia adhuc nullius erant.

2 Sed si loquimur de alijs rebus, quæ probabiliter habent dominum, vt quæ inueniuntur in vijs, & domibus ab alijs emptis etiam si sint absconditæ in parietibus, vel cauernis, hæc sic inuenta, tenetur inueniens restituere domino, & facere diligentiam aliquam, vt illum inueniat, & si expensas fecerit pro illo ineniendo subtrahere potest ex ipsa re inuenta. Et cum facta diligentia non inueniat Dominum, restituat pauperibus, vel si ipse pauper sit, sibi applicare potest totum, vel partem, & bene faciet cum consilio Confessoris. Si verò post factam diligentiã compareat dominus, inuenicns nontenetur ampilus restituere.

Digitized by Google

QVAESITVM CLXXIII.

SVMMARIVM

1 *Inueniens thesaurum in proprio, vel alieno agro, quod, & quatum possit sibi retinere*

An quis teneatur reddere thesaurum inuentum, & cui?

1 DIC. Quod si thesauri sint vetusti, & dominus ignoratur potest sibi totum retinere, si cum Domini voluntate extraxit, sed si insçio domino extrahens totum amittit.

Sed in hoc standum est, prout iuste leges principium determinant, quæ aliquam partem principi reseruant, & in huiusmodi facienda est restitutio, etiam ante sententiam condemnatoriam. Tolet. lib. 5. cit. c. 18.

Hic scias teneri ad restitutionem, qui sciens esse absconditum thesaurum in domo, vel agro alterius, & illum emeret, vt thesaurum sibi acquirat non admonito Domino. D. Thom. Secunda Secundæ. q. 66. art. 5. licet alij teneant contrarium.

De Restitutione ratione iniustę actionis.

QVAESITVM CLXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Impediens aliquem à consecutione beneficij, quod iustè erat consequutus, tenetur restituere, secus si iuste impediuit.*

2 *Si non dolo, sed precibus tantum à collatore obtinuit, vt non conferatur alicui beneficium, non tenetur restituere.*

Quot modis, quis teneatur restituere ratione iniustæ actionis?

DIC

Digitized by Google

1 DIC. Vltra ſupradicta; quod qui iniuſtè impedit aliquem a conſequutione beneficij, quod aliàs ille erat iuſtè conſecuturus, tenetur reſtituere, ſecus ſi iuſtè impediuit, quia non
2 erat dignus, licet peccauerit mortaliter, ſi ex odio. Sed non tenetur reſtituere, ſi non dolo, aut fraude, ſed precibus collatori factis, aut promiſſis impediuit, quia non fecit contra iuſtitiã, ſed tantum contra charitatem, & ideo peccauit ſolummodo mortaliter.

Ita etiam tenetur reſtituere beneficij valorem parti læſæ, qui detegit crimen etiam occultum, licet verum, vel imponendo falſum alicui presbytero, qui reputabatur dignus beneficio, vel qui aliàs decipit illum, vel deterret, ne compareat coram Epiſcopo pro beneficio, quod ei erat collaturus Epiſcopus.

Sed hic procedit, quando Epiſcopus habebat firmam intentionem dandi illi beneficium, vel quando presbyter habebat certum ius ad beneficium, tunc impediens, vt ſupra, tenetur reſtituere totum valorem beneficij, ſed quando non haberet niſi Ius probabile, teneretur reſtituere impediens pro maiori, ſeu minori probabilitate arbitrio boni viri. D. Thom. Secunda Secundæ. qu. 26. art. 2. & ſic poteſt etiam reſpondere de impedientibus aliquem à conſequutione cuiuscunque boni, licet ſentiat contrarium. Sylu. verb. reſtitutio. §. 12. Et ſic conclude impedientem per fraudem, vel dolum, vel alium modum iniuſtum, teneri ad reſtitutionem, modo quo ſupra, quia contra iuſtitiam impediuit, ſed impedientem precibus, vel promiſſis, quia contra charitatem, peccare ſolum mortaliter; nec teneri reſtituere, ita etiam, qui impedit alicui conſequutionem alicuius legati, vel hæreditatis mutando mentem teſtatoris preſuaſionibus, aut per vim, & metum, vel dolum, vel per mendacia, vel per preces importunas, ſed non tenetur reſtituere, ſi impediuit ſine vi, & dolo, & alijs, ſed tantum blanditijs, & precibus.

Digitized by Google

QVAESITVM CLXXV.

SVMMARIVM.

1 *Non tenetur restituere qui aliquid recipit ab alicui, vt eum non accuset iustè.*
2 *Sed si recipit quia ille timet aliquod malum sibi imminere, tenetur restituere.*
3 *Similiter tenetur restituere, qui recipit aliquid, vt faciat id, ad quod tenetur.*
4 *Similiter testis, qui recipit aliquid, vt verum deponat.*
5 *Similiter tenetur restituere actuarius recipiens aliquid vltra mercedem.*

An teneatur restituere, qui habuit aliquid ab aliquo, vt eum non accuset iustè?

DIC. Quod non tenetur restituere. Nauar. c. 17. n. 14.
1 Sed qui habuit ab aliquo aliquod precibus, aliàs nō da-
2 turus, sed dedit, & quia timebat sibi malū ab eo tenetur restitue re, qui habuit, quia donatio nō fuit libera, vt solet esse inter dominū, & vassallos, idem dic de donante ob metū cadentē in constantem virum, similiter tenetur restituere, qui accipit aliquod vt faciat id ad quod tenetur, & ratio est, quia est turpis datio, respectu recipientis, vel turpis acceptatio, & hoc potest accidere in Iudice, quando datur ei, vt bene iudicat, quia dubitabatur contrarium, C. statutum. §. insuper de rescript. lib. 6. &
3 hac regula dic teneri ad restitutionem omnes, qui aliquod recipiunt, vt faciant id, quod facere tenentur, quia male accipiunt, & contra iustitiam. Nauar. c. 17. n. 95.
4 Similiter tenetur restituere testis, qui aliquod recipit, vt verum deponat, nisi recipisset pro expensis in itinere, aut labore, aut interesse. Nauar. cap. 26. num. 45.
5 Similiter actuarius, seu notarius, qui recipiunt pro eorum munere exercendo vltra mercedem taxatam, quæ restitutio, vt supra dictum est facienda danti, quia acceptio est turpis. Sed quan-

Digitized by Google

quando daretur ad corrumpendum Iudicem, vel teſtem, ſeu ad alium malum finem, quia eſſet turpis datio, reſtitutio non eſſet facienda danti, ſed parti læſæ cum intereſſe, vt ſuoloco, Deo dante dicetur.

QVAESITVM CLXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Recipiens aliquid ab amente Prodigo, pupillo, filiofamilias, ſeruo Religioſo, vxore de bonis mariti, fure, latrone, & ab eo, cui lege prohibitum eſt donare, tenetur reſtituere.*

2 *Accipiens aliquid dono ab alio, in quo caſu tenetur reſtituere, explicatur per aliquod caſus.*

An teneatur reſtituere, qui accepit donum ab amẽti curioſo, (niſi habeat lucida interualla) prodigo, quando datus eſt ei curator, pupillo, filiofamilias, niſi eſſet conſtitutus in dignitate?

1 DIC. Quod tenetur reſtituere, quia prænarrati donare non poſſunt, vt ſunt etiam ſerui, Religioſi, vxor, niſi habeat aliquid extra dotem, fur, & latro, qui non habet dominium ſuper re donanda, vel etiam, vt eſt ille, cui prohibitum eſt à lege donatio, vel is etiam, qui non eſt ſoluendus creditoribus, ſic etiam minor viginti annis donare non poteſt, niſi ratificaſſet. Nauar. c. 17. Sylu. verb. donatio. 1. §. 3.

2 Similiter tenetur reſtituere, qui accepit ab aliquo, qui donauit hac intentione, quia ſperabat aliquem ab illo fauorem, illo ſciente, & quod ſperabatur erat iuſtum, & poſſibile, ſed accipiens non habebat intentionem faciendi, & hoc in foro interiori, quia in foro exteriori non tenetur.

Sed ſi à principio neſciebat intentionem dantis, & ita accepit donum, & poſtea ſciuit, ſi res extat, tenetur reſtituere, ſin minus reſtituat, quantum factus eſt locupletior Sum. Coron. de reſtitutione. Similiter

Digitized by Google

Similiter tenetur restituere, qui accepit dono ab aliquo ob eius dignitatem, vel authoritatem, & non sponte sciente qui accipit.

Et similiter tenetur restituere, qui accepit aliquid dono liberè, sed per errorem, cum voluntas donantis in alterum erat directa, vt qui credebat dare pauperi, & dedit diuiti mentienti se diuitem, vel Titio, & dedit Caio, sciente qui accepit. Scot. 2. sent. q. 15. Caiet. Secunda Secundæ. q. 187. art. 1. & hoc debent bene aduertere Confessores in auscultandis confessionibus vagorum pauperum, qui sæpè fingunt se vlceratos, cum non sint. ita etiam tenetur restituere malus, qui fingit se bonũ, & sic dono accepit, & sanus, qui fingit se infirmum, & idem dic de similibus fingentibus morbum, vel paupertatem.

QVAESITVM CLXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Faciens aufugere carceratum debitorem, vel admonens, vt fugiat, vel alio modo iniusto impediens, vt aliquis sua debita non possit exigere, tenetur restituere.*
2 *Excusatur à restitutione, si esset in extrema necessitate.*
3 *Impediens aliquem ab exercitio suæ artis, tenetur restituere.*
4 *Item tenetur quis restituere ratione rapinæ.*
5 *Item ratione belli iniusti.*
6 *Item ratione iniusti Iudicis.*
7 *Item ratione iniusti consilij.*
8 *Item ratione fraudis.*
9 *Item ratione falsificationis.*
10 *Item ratione proditionis.*
11 *Item ratione simoniæ.*
12 *Item ratione ludi cum fraude, &c.*
13 *Item ratione locationis, seu traditioni rei defectuosæ.*
14 *Item ratione turpis lucri.*

An

Digitized by Google

An teneatur reſtituere damnum paſſo, qui fecit aufugere carceratum à carcere debitorem?

1 DIC, Quod ſic, Nauar. c. 17. num. 101. ſed excuſaretur, quando debitor nõ erat ſoluendus, & creditor nolebat expectare, & erat dies. Scot. 4. ſent. d. 15.

Imò tenetur etiam reſtituere admonens aliquem, vt fugiat à miniſtris curiæ in damnum creditorum, ſicut tenetur quicunque modo iniuſto impedit, vt aliquis ſua credita iuſta non poſſit exigere. Nauar. c. 17. n. 101. & 102. Hyppol. ſingul. 137.

2 Sed ſi debitor erat in extrema neceſſitate, quando fuit exẽptus à manibus Curiæ, vel monitus, vt aufugeret, admonens, extrahens, aut impediens, vt ſupra non tenetur reſtituere, quod etiam procedit, quando in carcere poſitus, pateretur extremam neceſſitatem, vt dictum eſt, & poſſet, ſi exiret, artificio ſuo, & induſtria ſatisfacere creditoribus.

3 Similiter tenetur reſtituere qui impedit aliquem, ne exerceat artem ſuam, vel eius exercitium, vt artificem ab operando, aut Doctorem ab auocando, & ſimil. & reſtitutio eſt facienda de omni, quod ammiſit culpæ impedientis, & ſi erit incertũ, arbitrio boni viri. Couar. Reg. pecc. 2. p. §. 7. num. 8.

4 Similiter tenetur quis reſtituere ratione rapinæ, quæ ſolet eſſe in vſurpatione Ciuitatum, Caſtrorum, & ſimilibus talijs iniuſtis, in impoſitione pedagiorum, & gabellarum illicitarum, in latrocinijs, tam in terra, quam in mari.

5 Similiter obligatur quis ratione belli iniuſti, & in hoc, tam qui præliatur, quam qui concurrunt conſilio, & auxilio, tenentur reſtituere damna paſſo, etiam ſi nihil ad eos peruenerint, imò tenentur de omnibus damnis, & expenſis, quas patiuntur ſubditi, qui ad bellum coacti iuerunt, ſi debellantur ab inimicis, vel ſi in bello iuſto bona capta non ſunt iuſtè condiuiſa, vel ſi in bello iuſto ſunt rapta bona Eccleſiarum, aut clericorum, aut peregrinorum, aut aliorum innocentium, vel ſi princeps ſuos ſubditos in bello iuſto non defendit, ex quadam negligentia, & ineptia, cum poſſet. Similiter

Digitized by Google

6 Similiter tenetur quis restituere, ratione iniusti Iudicij, & hoc potest esse, quando officialis fert iniustam sententiam sciẽter quacunque causa, vt odio, amore, pecunia, vel si per ignorantiam crassam, siue ex negligentia, si accepto munere, vt bene, vel male iudicet, si differt sententiare, vt displiceat habenti ius, & placeat non habenti.

7 Similiter ratione iniusti consilij, vel patrocinij, vt cum aduocatus scienter assumit iniustam causam, vt illam defendat, vel si iustam causam ex ignorantia, vel notabili negligentia perdit, vt si quis actor, vel procurator scienter aliquem calumniose accusset, vt qui negat, quod est verum, dum iuridicè interrogatur, vt qui negat crimen sibi iustè impositum, vnde sequatur accusatori mors, vel damnum notabile, & simil.

8 Similiter ratione fraudis, vt si quis vendat vnam rem pro alia vt vinum limphatum pro purò, vel defectuosa pro bona, vt carnẽ corruptã pro integra, simil. & hæc de fraude quo ad qualitatem, vel si dat res non iusto pondere, vel mensura, & vocatur fraus, quo ad quantitatem, vel si vendatur res plus quam valeat, vel ematur minus scienter, & vocatur fraus prætij, vel si gabellæ debitæ fraudantur.

9 Similiter ratione satisfactionis, vt in põdere, & mensura, vt dictum est in monetis, in scripturis publicis, seu priuatis, in literis Apostolicis subreptitiè, vel obreptitiè obtemptis, vel aliàs mutatis, & in hoc incurritur etiam excummunicatio) in testamentis, vel legatis, vt supra, vel aliàs mutatis, in partibus suppositis, & similibus.

10 Ita etiam ratione proditionis, vt quando quis prodit patriã, seu alias terras auferendo à legitimo domino, & proditoriè alteri nullum ius habenti conferendo, vel procurando, vt aliquis in manus inimicorum incidat, aut illius pecuniæ, vel bona, vel si secreta patriæ, vel domini, vel amici reuelauit, aut si aduocatus secreta causæ aduersario manifestauit, si fidem, etiam hosti dummodo ille seruet, non obseruauit.

11 Ita etiam ratione simoniæ, & de hac fusius loco suo dicetur vt si quis accipit pecuniam, vel alia temporalia pro sacramentis

Digitized by Google

tis, seu beneficijs Ecclesiasticis collatis, vel conferendis, si prætium pro alijs rebus sacris accepit, vt pro Ecclesiasticis altaribus aqua Baptismali benedicta, oleo sancto, Reliquijs Sanctorum, sepulturis loci sacri, iure patronatu, ingressu Religionis, collatione ordinum, & similium.

Vel si accipit prætium pro exercitijs spiritualibus, vt orando, prædicando, visitando, celebrando, confirmando, à correptione desistendo, curam animarum exercendo, consecrando, & similibus, & hæc in prætium, & pactionaliter, non autem per modum eleemosinæ.

Vel si simoniacè obtinuit beneficium, aut dignitatem, vel si fuit mediator ad prædicta, vel aliud spirituale, vel spirituali annexum.

12 Ita etiam ratione ludi, vt si quis in ludo decipit ludendo falsis cartis, vel taxillis, vel si vincit cum eo, qui alienare non potest, vt sunt Religiosi, filijfamilias, serui, pupilli, amentes, lusores, & huiusmodi, vel si quis inducat per importunitatem nolentem, vt ludat, vel impedit, qui recedere à ludo volebat; & cum eo vincit, vel si vincit in ludo ibi prohibito à Iure, vel si per fraudem vicerit etiam in ludo non prohibito.

13 Ita etiam ratione locationis rei defectuosæ, cũ locatur equus defectuosus nescienti pro bono domus collabẽs pro firma, vel si sine causa renouetur res locata, vel si plus iusto locetur, vel si operarijs iustum prætium nõ soluitur, vel si differtur merces cum possit solui, vel si non soluitur in loco debito, vt si cõductus ad seruitia, non fideliter operatur, vel si res locata à cõductore male tractetur.

14 Ita etiã ratione turpis lucri adiũcta fraude, vt qui lucratur opere carnali meretricio, lenocinio, cõcubinatu, adulterio, & simil: vel aliqua arte prohibita à jure, vt mutuandi taxillos falsos, vel illos faciendi, aut faciendi cartas falsas, & similia prohibita, vel ex scriptura vsurarum, vel ex intentationibus, & similibus prohibitis, secus si lucretur in tempore prohibito, vt vendendo, vel emendo in die festo, vel laborando sine necessitate, vel in loco prohibito, vt in Ecclesia. Item si mittat arma, seu alia necessaria ad ter-

Digitized by Google

ad terras Infidelium, vt etiam mercimonia, vel si vacat mercaturæ animo introducendi penuriam, tenetur ad restitutionem.

Cæteros modos quibus tenetur quis restituere, vel erogare, habebit lector fusius apud D D. tractantes de restitutione, & præcipuè apud D. Antoninum Clarissimæ Dominicanæ Religionis post D. Thomam splendorem maximum. Et habebitur diffusè cui, quando, & quanta, & quo ordine facienda sit restitutio, & alia huc pertinentia.

De restitutione ratione vsuræ.

vbi nota;

Primo, quod in decisione casuũ vsuræ standũ est potius Theologis, quam Canonistis, vt affirmat D. Thom. in Quolibet. Sylu. verb. Vsura. 1. Tabien. verb. vsura. 1. D. Anton. 2. p. tit. 1. cap. 7. §. 4. Et Butrius Canonista, quicquid dicat Ancharan. cum quo non est tenendum, & vt male consuluit Cephal. cons. 227. quod consilium omnino est fugiendum.

QVAESITVM CLXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Vsura quid sit explicatur.*
1 *Vsura alia realis, alia mentalis.*
3 *Lucrum triplex; à manu, à lingua, ab obsequio.*
4 *In quibus propriè cadat mutuum explicatur.*
5 *Ad Vsuram sex conditiones requiruntur, quæ explicantur.*
6 *Ex dictis casus multi resoluuntur, etiam circa census,*

Quid est vsura?

1 DIC. Quod est lucrum accidens ex mutuo pacto, vel intentione principali intercedente. D. Thom. Secunda Secundæ. q. 74. art. 1. & est peccatum mortale, & asserere cõtrarium esset hæresis. Clement. 1. §. vltimo. de Vsuris. Et est prohi-

Digitized by Google

prohibita omni iure, præcipuè leg. Euangel. Luc. 6. Date mutuum nihil inde ſperantes, vbi dare mutuum eſt conſilium, ſed nihil inde ſperare eſt præceptum. Ariſtot. 1. Polit. dicit, quod vſuraria acquiſitio pecuniarum eſt maximè præter naturam.

Vel vſura eſt lucrum tacitum, vel expreſſum pecuniæ exi-
2 ſtimabile, quod præcipuè ratione mutuatæ pecuniæ accipitur. Nauar. Et dicitur alia vſura mentalis, cum quis mutuat ſub ſpe habendi aliquod vltra ſortem, & ſi habuit, tenetur reſtituere, & realis cũ ex mutuo recipit pacto expreſſo, vel tacito, & adeſt etiam peccatũ vſuræ, cum quis deſiderat dare ad vſuram peccat mortaliter, ſed non tenetur reſtituere, ſi non dedit, vt in prioribus caſibus.

3 Et lucrum poteſt eſſe triplex à manu, vt eſt pecunia, donum labor corporalis, & ſimile pecuniæ extimabile, a lingua, vt procuratio, aduocatio, laus, ſeu adulatio, & ſimilia: ab obſequio vt aſſociare, ſalutare, honorare, diſcipulum fieri, vbi eſt concurrentia, & aliquod aliud ſeruitium preſtare in recompenſa rei mutuatæ.

4 Mutuũ verò propriè cadit in rebus quæ per ſe diſtrahũtur, vt pecunia, vel quæ conſumuntur, vt frumentum, vinum, oleum, & alia, quæ conſiſtunt in numero, pondere, & menſura, & in his ratione mutui poteſt eſſe vſura, in alijs non fit mutuum, vt in domo, equo, libro, & ſimile, & ideo nod fit in eis vſu-
5 ra, quæ, vt conſtituatur, ſex conditiones requiruntur: prima, vt ſit mutuum ſiue verum, ſiue interpetratiuum, ſecunda, vt interueniat lucrum, ſeu aliquod temporale comodum, ſiue cõſiſtat in dando, ſiue in faciendo: tertia, vt tale comodum ſit pecunia extimabile; quarto, vt ſit propria ex mutuo, & non ratione lucri ceſſantis, vel damni emergentis; quinta, vt hoc lucrum ſit principaliter intentum in mutuo, & non ſecundario: ſexta, vt hoc lucrum non debeatur vlla ex alia cauſa, niſi ſolum ratione mutui.

6 Hinc ſequitur, ſi detur aliquid ratione mutui, ſed non ex pacto expreſſo, nec tacito, ſed ex beneuolentia, nec vlla priori ſpe habendi, non eſſe vſura, etiam ſi ſecundario intentione aliquid

Digitized by Google

quid ſperatur, ſed ſine ea ſpe, adhuc daretur mutuum, ſed ſi non daretur mutuum, ſine principali ſpe habendi, etiam ſi non exprimatur, eſſet vſura quæ obligat ad reſtitutionem recepti lucri vltra peccatum mortale, ſed ſi nihil reciperetur, non eſſet, niſi peccatum vſuræ; Itaque eſſet vſura, ſi non mutuarem, niſi principaliter aliquid ſperarem, non eſſet vſura ſi mutuarem, ſine ſpe habendi aliquid, & ſi poſtea detur aliquid lucri.

Nota quo ad cenſus, quod ſunt liciti, ſi iuxta Bullas Pontificias ſint conſtituti; ſed eſt nullus cenſus, ſi in eo eſt adiectum pactum, & durat per certum tempus, ita Farinac. deciſ. 226. Rot. Rom. Sic eſt nullus, ſi ſuper bonis ſubiectis fidecomiſſis, etiam expreſſa conditione ne alienentur. Idem Farinac. deciſ. 304. & rationem aſſignat Guido P P. deciſ. 438. Duas nullitates, quod quia tranſiret hoc modo in contractum mutui cum tali pacto. Sic etiam eſt nullus, ſi cenſus ſit conſtitutus ſuper alijs bonis cum pacto de retrouendendo, & alijs pactis. vide Felin. in deciſ. 91. ſed cõtra tenuiſſe Rotam teſtatur Farinac. deciſion. 315. ſed eſt validus cenſus cum pacto redimendi certo elapſo tempore, ſi adeſt reſeruatio conſenſus Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, & ſic fuerit obtentus. Sic eſt nullus cenſus, ſi fuerit impoſitus ſuper re alijs cenſibus ſubiecta, ſi non ſit huius vltimo loco impoſiti. Farinac. deciſ. 345. Sic etiam reſoluitur & eſt nullus cenſus ob alienationẽ corporum, vt Farinac. deciſ. 827. Ita diſſoluitur cenſus ſi eſt pactum aliquid ſoluendi plus ob meram ſolutionem cenſus ordinaris. Macerat. Indicis Pap. 112. &c.

QVAESITVM CLXXIX.

SVMMARIVM

1 *Non poteſt comitti vſura, ſi quis habeat lucrum ex pecunia mutuata ad oſtentationem.*

An eſſet vſura, ſi quis haberet lucrum ex pecunia mutuata ad oſtentationem?

DIC.

Digitized by Google

1 DIC. Quod non, quia pecunia non diſtrahitur, vt ſit in mutuo, ſed potius dicitur locatio. D. Thom. Secunda Secundæ. q. 78. art. 6. ad ſextum. Caiet. verb. vſura. Sylu. verb. vſura. hæc locatio pecuniarũ ſit volentibus videri ditiores

QVAESITVM CLXXX.

SVMMARIVM.

1 *Comittit vſurã, qui mutuat cum pacto, vt tempore, quo timet pecuniam minorari, vel pacto, vt ei reddatur æquali pretio quo eſt quando mutuat.*

An eſſet vſura, ſi quis timens pecuniam minorari, vt factum eſt hoc anno mutuet cum pacto, vt ei reddatur æquali prætio, quo eſt quando mutuat?

1 DIC. Eſſe vſuram, ſi recipiens non poteſt tempore, quo accepit expendere, pro prætio, quo habuit, vel ſi accipiens, id ignorabat, vel ſi ſciebat, ſed neceſſitate coactus accepit etiam ſub periculo. Sylu. verb. Vſura. 1. §. 15.

QVAESITVM CLXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Mutuans frumentum cum pacto, vt determinato tempore, vel ſuo arbitrio ei reſtituatur, vel prætium, non eſſet vſura, ſi ignoretur minus an plus poſſit valere, ſecus, ſi veriſimiliter crederetur plus eſſet valiturum.*

2 *Venditurus frumentum durabile de menſe* Maij, *verbi gratia, non eſt vſura, ſi pecunia credita vendat prætio, quo eſt valiturum frumentum de menſe* Maij.

3 *Secus ſi non erat durabile, nec erat venditurus de menſe* Maij.

An eſſet vſura, ſi quis mutuaret frumentum cum

Digitized by Google

pacto, vt determinato tempore, vel ad arbitriū creditoris ei restituatur, vel prætium?

1 DIC. Quod si verisimiliter frumentum potest in posterum plus minusuè valere, tunc ratione incertitudinis non esset vsura, etiamsi tempore quo restituitur plus valeret, sed si crederetur verisimiliter frumentum plus valiturū tempore restitutionis, ad quod tempus frumentum erat conseruandum, vt venderetur, esset vsura.

2 Sed si frumentum erat duraturum, & mutuans, vel vendens pecunia credita, erat seruaturus vsque ad aliquod tempus, puta ad mensem Maij, & tunc venditurus, non esset vsura mutuare, vt soluatur, vel restituatur de mense Maij, sed esset de prætio currenti demēdum quantum pro impensa horrei, & alijs necessarijs, vsque ad dictum tempus erogatum fuit.

3 Secus esset, si frumentum non erat durabile, nec mutuans erat seruaturus, quia tunc non posset peti, nisi prætium currens tempore consignationis, aliàs esset vsura, vt dictum est.

Et nota, quod vsura est vitium contra naturam, cum pecunia germinat pecuniam, quod natura est impossibile, cum sit tantū in mensura rerum. ff. de contradi. vendit 10. l. 1. vt in cap. eijciens. 88. dist. & venditur vsus rerum vbi non est. Panorm. in Tract. de vsuris. de senis. Consil. 303. Rom. Consil. 323. & cuius sit Canonistæ, vel Theologi cognoscere de vsuris. vide Ancharan. in disput. incipiente An. in c. in Ciuitate de vsuris. Consil. 1. 2. Volum.

QVAESITVM CLXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Vsura est mutuare vinum optimum in mense Ianuarij, cum pacto, vt ei optimum vinum reddatur in mense Augusti, etiam si esset illud seruatum ad dictum tempus, nisi prætiū ratione periculorum mitigetur.*

2 *Vsura est mutuare censum, vt debitor illos exigat à tali, &*

Digitized by Google

tali

tali, & vt ſibi reſtituatur in tali tempore in pecunia numerata.

An eſſet Vſura ſi quis mutuaret vinum in menſe Ianuarij cum pacto, vt reddatur ei vinum optimũ in menſe Auguſti, vel prætium, quo valebit optimum vinum in illo menſe?

1 DIC. Quod ſic, etiam ſi vinum erat ſeruaturus mutuans vſque ad dictum tempus, etiam ſi vinum videbatur optimum, quia multa poſſunt interuenire pericula in vino, & maximè æſtiuo tempore, ſed poſſet excludi vſura ab hoc mutuo, ſi ratione periculorum, & laborum mitigaretur prætium, vel eſſet liberum emptori ſoluere ad libitum prætio currenti.

2 Ita etiam eſſet vſura, qui mutuaret centum, ſed cum pacto, vt debitor illos ſibi exigat a tali, vel tali, & vt ſibi reſtituatur in tali tempore in pecunia numerata, quia mutuans ſentiret commodum ex mutuo pecunia extimabile, & debitori faceret expenſas, pro exigendo, vel etiam cum labore, ſi ſine expenſis. Vt eſſet etiam vſura mutuare in vno loco, vt reſtituatur in altero, quia eſſet grauare debitorem in expenſis conducendi pecuniam de vno loco in alium.

QVAESITVM CLXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Vſura eſt mutuare meſſoribus, vel vindemiatoribus, &c. cũ pacto, vt tempore meſſis, vel vindemiæ præſtent ei operam prætio determinato, & minori quam currit.*

2 *Secus eſt, quando datur pro arrha pro operibus.*

3 *In ſolutionibus anticipatis cum obligatione aliquid faciendi, eſt vſura, & ex hoc multi caſus reſoluuntur.*

An eſſet vſura mutuare meſſoribus, vel vindemiato

Digitized by Google

ribus, aut alijs laboratoribus cum pacto, vt teneantur mutuanti præstare ei operam tempore messium, aut vendemiarum, & similium prætio determinato, & minori quam currit?

1 DIC Esse vsuram, tum ob obligationem, quæ est prætio extimabilis, tum etiam ob diminutam mercedem. Imò esset vsura, mutuare operarijs cum obligatione præstandi operas, etiam prætio currenti, & hoc ratione obligationis, vt dictum est, secus si merces augeretur ratione obligationis. Sot. lib. 6. de Iust. & Iur. q. 1. art. 2.

2 Sed quando datur arrha pro operibus, vt fit in Apulea cum messoribus non est vsura, quia non est mutuum, sed locatio operarum, dummodo absit fraus ob anticipationē illius arrhæ, aliàs esset iniustitia, & non vsura. Sot. 4. sent. dist. 15. quia extimatio operarum est incerta, & colonus est in tutto de habendis operarijs.

3 Itaque in anticipatis solutionibus cum obligatione aliquid faciendi, est vsura, nisi illa obligatio recōpensetur maiori mercede, vt dictum est, secus in locatione operæ.

Similiter esset vsura, si quis mutuaret alicui, vt tempore messis, vel vindemiæ vendere habeat mutuanti frumenta, vel vina etiam prætio currenti, & hoc ratione obligationis, secus si daretur arrha, quia arrha non est mutuū, & hoc est attendendum nā per arrha non est mutuum, & hoc est attendendum, an per arrha, vel pro mutuo detur. Nauar. c. 17. num 221.

Vt esset etiam vsura si quis mutuaret cum obligatione mutuarij eum adire ad suum molendinum, aut ad suam apotecam, aut ad quemuis locum exercitij, etiam si non grauetur in prætio.

Sed in hoc casu mutuans non tenetur restituere, nisi quantū mutuatarius esset grauatus ratione obligationis, puta, quia potuisset ire alio, vbi minus soluisset, vel cum minori prætio vecturæ, & similium, & tunc mutuans tenetur resarcire damnū passo, & illum liberare à tali obligatione est prætio extimabilis.

Nam

Digitized by Google

Nam licet lege Antidorali teneatur quis benefacere benefacienti, tamen pacto adiuncto fit obligatio ciuilis, quæ facit vsuram.

Sed dicerem tunc obligationem inducere vsuram, ratione mutui, quando ex obligatione inducitur damnum obligato, & vtile mutuanti, aliàs non. Et an pecunia possit vendi, vel locari. vide Anch. in cap. peccata venial. de Reg. Iur. Glos. 14. q. 6. c. 1.

QVAESITVM CLXXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Mutuans de præsenti cum pacto aliquam rem, vt alter remutuet aliam rem non est vsura.*

An esset vsura, si quis mutuaret de præsenti aliquã rem cum pacto, vt alter remutuaret aliam rem?

1 DIC. Quod sic, ratione pacti, sed quando remutuatio esset gratuita, & libera, non esset vsura. D. Thom. Secũda Secundæ. q. 78. art. 2. Ita etiam esset vsura mutuare communitati, vel alteri cuiuis, vt mutuans sit immunis à solutione collectarum debitarum, vel aliarum quarumuis impositionum, iustè tamen impositarum, nam in iniustis impositionibus non esset vsura, quia licitum est redimere vexationẽ. Sylu. verb. Vsura. 1. Ita etiam esset vsura, si quis mutuaret alteri cũ pacto expresso, seu tacito, vel ea intentione, vt mutuatarius conducere habeat fundum mutuantis, etiam prætio, quo ab alijs communiter cõduceretur, & vsus fundi mereretur, secus, si conduceretur eo prætio, quo ab alijs extimatur, & in hoc casu tenetur mutuans eximere mutuatarium ab obligatione, & restituere quantum factus esset ditior.

QVAESITVM CLXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Mutuans cum pacto, vel intentione, vt nomine suo detur aliquid consanguineo, vel amico; etiam Ecclesiæ, vel pauperibus, vel vt mutuatarius eis remitteret aliquod damnũ; cõmittit vsuram.*

Digitized by Google

An esset vsura mutuare cum pacto, seu intentione, vt detur alteri aliquod notabile nomine mutuantis, vt consanguineo, vel amico?

1 DIC. Quod sic, etiam si detur ex pacto eleemosina loco pio, vel pauperibus, quia mutuatarius ex omnibus sentit damnum, & nõ licet lucrari vsura, etiã pro emendo Calice pro sacro mysterio, nec pro redimendis captiuis. cap. super eo. de vsura. Nauar. c. 17. num. 237.

Vt etiam esset vsura, si quis mutuaret cum pacto, vt mutuatarius remitteret aliquod damnum, secus si pactum esset, vt remitteretur iniuria. Nauar. c. 17. num. 237. D. Anton. & Sylu. in verb. Vsura. alia ratione, quam Nauar. qui asserit, quia iniuriæ pæna non debetur in foro conscientiæ.

Sicut non esset vsura, si quis mutuaret pecuniam, qua volebat emere rem fructiferam cum pacto, vt singulis annis soluatur ei quantum res fructifera afferret fructus, deductis expensis. Nauar. loco citato.

QVAESITVM CLXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Mutuans cum pacto alicui, vt sit ei amicus, ex cuius amicitia aliquod bonum sperat, committit vsuram.*
2 *Vsura non est mutuare ob solum amicitiam.*
3 *Vel ob rem non extimabilem pecunia.*
4 *Nec est vsura recipere aliquid ratione lucri cessantis, vel damni emergentis.*
5 *Damnum emergens potest interuenire in mora soluendi per debitorem.*

An esset vsura, si quis mutuaret viro probo cũ pacto expresso, vel tacito, vt sit amicus mutuanti, ex cuius amicitia sperat ille aliquod bonũ, vt munus à lingua, vel ab obsequio?

DIC

Digitized by Google

1 DIC. Quod sic, quia munus à lingua, & ab obsequio est prætio æstimabile, quo fit vsura, & obligatio naturalis re-
2 digeretur in obligationem ciuilem, sed secus esset, si quis mutuaret solum ob amicitiam acquirendam, & non ob alium finē, etiam si postea ex illa amicitia aliquid boni consequeretur, & vt si quis solueret vsuram pro pecunia accepta ab amico ad vsuram, vt ei gratum faciet, quia ille inuenire non poterat, non esset illud soluere, nec recipere.

3 Nec esset vsura, si quis mutuaret cum intentione acquirendæ rei prætio inextimabilis, vt mutuare pauperi ob meritum apud Deum, & simil.

Sed esset Vsura, si quis mutuaret alteri cum pacto, vt ille pro eo, vel altero ad eius instantiam fide iuberet, quia fideiussio potest afferre damnum fideiubenti, & est pecunia extimabilis. Sot. 4. sent. dist. 15.

Potest tamen fideiubens sine peccato, & vsura accipere pecuniam pro fideiussione, nam fideiussio est vendibilis, & potest vendi Caiet. verb. Vsura.

4 Nec erit vsura accipere aliquid ex mutuo, ratione damni emergentis, vel lucri cessantis, vt dictum est. Nau. c. 17. n. 201.

5 Sed notandum, damnum emergens posse interuenire in mora soluendi per debitorem, cum sit soluendus, & est in mora, ex qua prouenit damnum mutuanti, qui mutuauit rogatus à debitore, vt quia non soluit pecuniam debitam ante messes, quia mutuans erat paratus emere triticum, vel hordeum, cum postea carius coactus sit emere, tenetur mutuatarius soluere illud plus quod dicitur damnum emergens, & intellige de damno intrinsecè proueniente, vt in cariori emptione frumenti, vel hordei, & hoc cessante omni fraude, nō autē de alio aliquo damno, q̄ emersisset, vt quia fuit debitor in mora soluendi mutuatā pecuniam, nō potuit emere trabes, vnde corruit domus, & oppressit oues fœtas, &c. Et hoc si sine dolo non soluit, alias teneretur. Sed si erat ille paratus illa pecunia reficere domum, quæ corruit, tenetur mutuatarius vltra sortem principalem ad reficiendum damna in refectionem domus.

Digitized by Google

Ita etiam teneretur ad damnum emergens, qui fuit in mora, vnde creditor non potuit soluere eius debita,& proinde soluit pœnã ex instrumento incusato,& alia damna passus est in curia.

Imò in mora debitoris potest quis sine vsura recipere ab eo omne damnum, quod passus esset creditor coactus vendere eius merces viliori prætio pro soluendis debitis,vt etiam non esset vsura recipere, quod & ipse pro vsura soluisset suis creditoribus.

Sed hic bene aduertendum, quod interesse debet esse verè ex culpa debitoris,& illius mora,non autem ex negligentia creditoris,vel malitia,& quod aliter facere vllo modo faciliori potuit,quam soluere,vel damnum euitare,quia si aliter facere potuisset faciliter,vt à creditore impetrare dilationem,vel aliunde prouidere, & non soluere, & non fecit, non poterit recipere antedictum damnum emergens. Gabriel Biel. 4. d.15. qu.11. (Dixi faciliter) quia cum difficultate, vel erubescentia,vel alia iactura non tenetur mutuans ad supradicta euitanda.

QVAESITVM CLXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *In mutuo coacto, quando quis per vim mutuat Superiori, vel Patriæ potest à principio exigere damnum emergens cessante fraude.*

2 *Item quando à principio patitur damnum, & mutuatarius fuit certioratus, & consentit.*

An licet pacisci, vel exigere damnum emergens, etiam ante moram, & à principio sine vsura?

DIC. Quod in mutuo coacto,quando quis per vim mutuat Superiori,vel Patriæ,potest exigere à principio damnum emergens,cessante omni fraude, vt si mutuans erat negotiaturus cum illa pecunia in negotio honesto, & solito afferre lucrum, nec habet aliam pecuniam otiosam, & cogitur mutuare, tunc potest exigere interesse deductis expensis, & alijs verè deducendis. Nauar.c.17.num. 211. & 283.

Ita

Digitized by Google

2 Ita etiam poteſt quis à principio paciſci de damno emergenti, quando à principio patitur illud, & de eo fuit certioratus mutuatarius, & conſentit, aliàs ſi tacitus mutuauit, nil poteſt exigere de damno, quod pateretur ante moram, bene verum poſſet exigere intereſſe, quod pateretur in caſu non ſolutionis temporis præſcripti. Sot. de Iuſt. & Iur. q. 1. art. 3. Itaque in tribus caſibus poteſt exigi damnum emergens, primo in mora debitoris in ſoluendo: ſecundo in mutuo coacto: tertio, quando à principio fit pactum de intereſſe, quod quis realiter patitur, & eſt communis opinio.

QVAESITVM CLXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *In quatuor casibus licitum est exigere vltra sortem ratione lucri cessantis.*

2 *Non licet petere lucrum cessans, qui mutauit sponte, & ex beneuolentia.*

3 *Quando licitum est paciſci de lucro cessante explicatur.*

An liceat vltra ſortem principalem exigere ratione lucri ceſſantis?

1 DIC. Quod ſic in quatuor caſibus; primo, quando exigitur poſt moram creditoris: ſecundo, quando debitor eſt in culpa, & creditor ceſſet a lucro; tertio, vt illa pecunia eſſet expoſita, nec haberet aliam ocioſam, & hoc ceſſante omni fraude: quarto, quando creditor mutauit per vim, vel per metum, tunc poteſt a principio exigere lucrum ſibi ceſſans pro pecunia mutuata, qua paratus erat negotiari. Itaque licet exigere lucrum ceſſans poſt moram debitoris, ceſſante fraude, & cũ culpa debitoris, & hoc procedit, ſiue creditor mutauit ſponte, ſiue rogatus, & in alijs caſibus, vt ſupra.

2 Sed non licet petere lucrum ceſſans, quando mutauit amico motus beneuolentia, & ab illo rogatus. Innoc. in cap. fin. de vſura. & eſt ratio, quia ſponte mutauit, & ſponte videtur noluiſſe

Digitized by Google

luisse lucrum ex pecunia illa, imò voluisse tacite sibi ex illa pecunia lucrum cessare.

In hoc Nauar. videtur sentire mutuantem rogatum, siue etiã sponte cui cessauit lucrum ex mutuo posse à principio paciſci de illo, dummodo non recipiat, nisi post verè constitutum, quantum verisimiliter lucratus esset, nisi mutuasset amico.

Alij dicunt eum, qui mutauit amico rogatus, & qui mallet omni alia via lucrare, quam mutuo, posse à principio paciſci de lucro cessante ob impedimentum negotiationis, sed requiritur vt mutuans sit solitus negotiari, & illa pecunia mutuata sit exposita negotiationi, nec haberet aliam in capsa, & quod sit de proximo cum ea negotiaturus, & mutuum sit ad tempus, non per semper, & vt lucrum cessans sit certum, & ratione ipsius, & non mutui exigatur illud plus ad arbitrium boni viri, deductis expensis, vt supra. Sylu. verb. Vsura. 1 §. 19. Caiet. Secunda Secunndæ q. 58. D. Anton. 3. p. tit. 12. c. 6. §. 1c. Bicl. 4. sent. dist. 15. q. 11. & istorum est probabilior opinio.

3 Sed lucrum cessans non potest peti ab eo, qui sponte obtulit, & mutauit, etiam si de proximo erat negotiaturus de illa pecunia, nec de pecunia destinata illicitæ negociationi, nec si mutauit vsuro ad malum finem, vt pro meretricio, vel pro patrando homicidio, nec si mutuet existenti in extrema necessitate.

QVAESITVM CLXXXIX.

SVMMARIVM.

1 *In casu quo potest peti lucrum cessans, non licet taxari à principio secundum Canonistas; secundum Theologos licet deductis expensis, laboribus, & periculis.*

2 *Vtraque sententia reconciliatur ab Authore.*

An liceat in casu quo possit peti lucrum cessans taxari à prncipio?

1 DIC. Secundum Canonistas, quod non, quia mercatores non semper lucrantur, & per consequens non sem-

Digitized by Google

per cessat eis lucrum, sed secundum Theologos, dic licere deductis expensis, laboribus, & periculis.

2 Sed pro concordia, dic, quod aut lucrum cessans esset causa mutui de negotijs mercatorum, & tunc non liceret, vt sentiunt Canonistæ ob incertitudinem, aut est census ob mutuum, de aliquo fundo fructifero, & tunc licet taxari à principio, deductis expensis, &c. dummodo taxa sit discreta arbitrio prudentis viri secundum maiorem, vel minorem fructuum incertitudinem, nam fructus agrorum sunt incertiores, quam fructus censuum, & simil. Hæc Bulta Pij V. quæ incipit; In eam. prohibet hanc taxationem, nam loquitur de cambijs.

Nota hic, quod interesse lucri cessantis, vel damni emergentis debetur, si conueniatur ex pacto solito negotiari. Osasc. dec. 143. Imò mercatori debetur extra contractum. Magon. decis. Flor. 32.

QVAESITVM CXC.

SVMMARIVM.

1 *Mutuans principaliter ob amicitiam, secundario ob aliquam vtilitatem, non est vsurarius.*

2 *Esset tamen vsurarius mentalis, etiam si absque expressione haberet intentionem aliquid habendi*

An esset vsura, si quis mutuaret principaliter ob amicitiã, sed secũdario aliquid speraret vtilitatis?

1 IDIC. Quod non, quia principalis intentio facit vsuram, etiam si sine illo vtili non mutuaret, dummodo, vt dictum est, principaliter ob amicitiam mutuetur. Caiet. verb. Vsura mental. Sot. 6. de Iust. & Iur. q. 1. art. 2.

2 Sed esset vsurarius mentalis, qui sine vlla expressione habendi aliquid, mutuaret cum intentione principali habendi, & hic tenetur restituere id, quod habuit à mutuatario, etiam si nullo signo expresserit, sed vt ipse sperabat, & eo magis si aliquo signo expresserit cum mutuatario.

Verum

Digitized by Google

Verum, si daretur à mutuatario gratuitò, & non eo modo, quo sperabatur à mutuante, & ab eo, modo, quo datur, accepte tur, non tenetur restituere secundum veriorem opinionem, sed horum difficillima est inuestigatio.

Nota obiter, quod Clericus pauper potest exercere aliquod opus. Glos. in c. Canonum. 14. quæst. 4. c. 1. de celeb. miss. Did. inc. Clerici. de vita, & honest. Cler. c. Diaconi. li. 3. 93. dist. vbi dicit Hieronymus, mendicat infœlix in plateis Clericus solus Episcopus incumbit bonis, solus vtitur ministerio, solus vniuersa vendicat, solus partes inuadit alienas, solus occidit vniuersos, &c.

QVAESITVM CXCI.

SVMMARIVM.

1 *Vsura est, si quis deponat aliquid penes aliquem pacto, vt illo vtatur, sperans ex vsu aliquid comodi, &c.*

2 *Mutuans, vt recuperat pecuniam sibi debitam, vel damnum sibi factum, vel interesse, vel legatum de quo non potest hæres cogi, quia non fuit stipulatum, non est vsura.*

An esset vsura, si quis deponat aliquid penes aliquem pacto, vt ille vtatur, sperãs ex vsu habere aliquid comodi, & hoc principaliter ab eo intendatur?

1 DIC. Quod sic. Nauar. c. 17. num. 381. Sicut etiam esset vsura, si quis mutuaret pecuniam pro faciliori recuperatione alterius pecuniæ ab eodem mutuatario, vel faciendo eum obbligare de prima pecunia. Nauar. loc. cit. num. 81.

Sed hic nota, quod non est vsura, si quis mutuat, vt recuperet pecuniam sibi debitam, vel damnum sibi factum, vel interesse passum, quod aliàs recuperare non potest, dummodo sint illa liquida, & verè ei debeantur.

2 Nec esset vsura, qui mutuaret pro recuperatione alicuius legati, de quo, quia non fuit stipulatum non possit hæres cogi, sed cum mutuo soluit. Abb. in cap. Plerique. de immun. Ecclesiastica. Medin. c. 1. de Vsura.

QVAE-

Digitized by Google

QVAESITVM CXCII.

SVMMARIVM

1 *Mutuans ne iniuſtè accuſetur, vel teſtificetur iniuſtè contra ipſum, non eſt vſura.*

2 *Vſura tamen eſt mutuare ne iuſtè accuſetur. &c. & recipiens tenetur ad reſtitutionem.*

An ſit vſura, ſi mutuo alicui qui volebat me iniuſtè accuſare, vel iniuſtè teſtificari contra me, aut meos amicos, vel conſanguineos?

1 DIC. Non eſſe vſuram, quia licet cuique redimere iniuſtam vexationem c. dilectus. §. de ſimon.

2 Secus eſſet ſi quis mutuaret iuſtè accuſanti, vel iuſtè teſtificari volenti, vt deſiſteret, quia tunc non licet mutuare, & recipiens tenetur reſtituere.

De Vſura circa pignus, &c.

QVAESITVM CXCIII.

SVMMARIVM.

1 *Vſura in pignore duobus modis cadere poteſt, qui explicantur.*

Quot modis vſura poſſit cadere in pignore?

2 DIC. His modis: primo, quando quis vtitur pignore, cuius vſus eſt prætio extimabilis, vt pallio dato in pignus vel alia re fructifera, & tunc vſusfructus debet computari in ſortem principalem, non ſolum fructus percepti, ſed qui percipi potuerunt, & ipſe vtentis non ſunt percepti.

Sed fallit hæc Regula in genere, qui non committit vſuram, ſi vtitur

Digitized by Google

si vtitur pignore dato pro dote, quia sustinet onera matrimonij, nisi fructus pignoris excederent onera matrimonij, vel debitum dotis, & onera matrimonij debent extimari secundum dotis quantitatem, vt si tota debeatur, vel pars, tunc totus vsus fructus, vel pars potest accipi. Sylu. verb. Vsura. 3, §. 2. Sot. de Iust. & Iur. q. 1. art. 2.

Secundo comittit vsuram maritus vtens pignore dato pro dote, quando eius vxor, & familia aleretur in domo fratris, vel patris, sed defuncto marito, vxor non comittit vsuram, si vtatur pignore assignato sibi pro dote.

De vsura in uenditione cum pacto de retrouendendo.

QVAESITVM CXCIIII.

SVMMARIVM.

1 *Vsura potest interuenire in contractu cum pacto de retrouendendo, si aliquæ conditiones, quæ explicantur interuenient*

An possit cadere vsura in contractu cum pacto de retrouendendo?

1 DIC. Posse interuenire vsuram, si venditio fuit simulata, & nō vera, & sic potius mutuum sub nomine vēditionis.

Si aderit pactum in venditione, vt maius prætium soluatur in redempti one, nisi tamen id esset ob melioramenta facta, seu facienda expensis emptoris, non autem alia via.

Si interueniret pactum, vt venditor teneretur accipere in affictum pro tanto prætio, vel si comodum, vel incomodum pertinerent solummodo ad venditorem, & quod venditor non possit redimere, quandocunque, & à uenditione recedere.

Sed non esset illicitum apponere pactum, ut intra tot annos non possit uenditor redimere, si id ex causa fiat, & bona fide, ut possit

Digitized by Google

ut possit emptor intra tale tempus uti fructu suæ industriæ in re uendita.

QVAESITVM CXCV.

SVMMARIVM.

1 *In uenditione, & emptione potest interuenire mutuum interpretatiuum, & potest cõmitti vsura.*
2 *Prætia rerum non consistunt in indiuisibili, sed habent latitudinem.*
3 *Vendere vltra latitudinem prætij est peccatum mortale, & posset esse vsura, vt explicatur.*
4 *Res vendenda est, non quantum quisque potest, sed quantum valet.*

An possit cadere vsura in uenditone, & emptione?

1 DIC. In emptione, & uenditione posse esse mutuum interprætatiuum, & hoc modo usuram, ut quando uenditur res ad tempus, & ratione uenditionis datur aliquid ultra iustum prætium ob expectatam pecuniam, uel minus ob anticipatam solutionem.

2 Vbi nota prætia rerum non consistere in indiuisibili secundum Scot. 4. sent. d. 15. q. 2. Sed habere suam latitudinem, scilicet suprema, media, & infima: Ideoque una res, quæ regulariter solet ualere uiginti duobus prætio summo, & duo de uiginti prætio infimo, & omnia ista prætia uocantur iusta, tunc dic ob dilatam solutionem posse uendi prætio summo, & ob anticipatam prætio infimo, & non esse usuram.

3 Sed si uenderet ultra latitudinem prætii peccaret mortaliter & comitteret usuram, si quis uenderet equum expectata pecunia triginta, uel quadraginta, qui numerata, ualeret uiginti, & simil. Dic in alijs uenditionibus, & ratio est, quia illud superfluum reputatur, ac si esset mutuum datum pro dilatione concessa

Digitized by Google

ceſsa ad ſoluendum qua uidetur uendi tempus, quod non licet. Nauar. c. 23. num. 31. Sylu. uerb. Empt. n. 7. D Thom. Secunda Secundæ. q. 78. art. 2.

4 Vbi nota non licere uendi rem, quantum quisque poteſt, ut determinat tam ius ciuile, quam Canonic. & habetur 10. q. 2. c. hoc ius. Sed quantum ualet, & ratio eſt, quia uenditio, & emptio pertinent ad iuſtitiam comutatiuuam, quæ conſiſtit in æqualitate. D. Thom. Secunda Secundæ qu. 77.

QVAESITVM CXCVI.

SVMMARIVM

1 *Rogatus ab amico vendit rem plus prætio currenti, nam si conſeruaretur tanti eſset valitura, non comitti vſuram.*

An liceat alicui vendere hodie frumentum, vel aliud quoduis plusquam valet prætio currenti, quia erat conſeruaturus in aliud tempus, in quo plus ualiturum erat, ſed rogatus ab amico uendit?

1 DIC. Licere, quando vere erat conſeruaturus pro illo tempore, & res poterat durare, & deducantur expenſæ, & pericula ex prætio, Imò concurrentibus dictis conditionibus poteſt etiam ſtabiliri prætium, ſed deficiente aliqua dictarum conditionum eſſet vſura. Sot. lib. 6. de Iuſt. & Iur. qu. 4. art. 2. Sylu. verb. Vſura 2. num. 2. Sed Scot. Doctor ſubtilis addit etiam in concurſu dictarum conditionum prætium eſſe taxandum arbitrio boni viri conſideratis conderandis. 4. ſent. diſt. 15.

QVAESITVM CXCVII.

SVMMARIVM.

1 *Poteſt mercator vendere rem, quam intendebat conſeruare, ad ven-*

Digitized by Google

ad vendendam in æstate eo pretio, quo erat tunc valitura certis tamen conditionibus. &c.

An liceat mercatori verè conseruaturo suas merces vendendas in tali tempore vere vsque ad illud duraturas, vendere illas cum conditione petendi pretium currens iustum, quando voluerit intra tempus quo ipse vendere intedebat?

1 DIC. Licere, dummodo pretium semel positum non variet, & tempore declarationis, pretium currens, erat dubium, vel ambiguum, & ponatur commune, vel mediocre, & quando in declaratione termini ad soluendum non ponatur dies, sed septimana, & stetur pretio, quod currrerit in maiori parte illius septimanæ.

QVAESITVM CXCIX.

SVMMARIVM

1 *Si quis vendat data dilatione ad soluendum, potest absque vsura emere eandem rem præsenti pecunia, dummodo non cogitauit eam reemere, nec excedatur iustum pretium.*

2 *Duo alij casus explicantur, quando committitur vsura propter dilationem temporis.*

An esset vsura, si quis venderet rem alicui, data dilatione ad soluendum, si postea ab illo emat minus præsenti pecunia?

1 DIC. Non esse vsuram, si vendens vere non cogitauit hoc modo reemere, dummodo non excatur à justo pretio, tam in venditione, quam in reemptione, sed si eo animo vendidit, vsuram commisit. Nau. c. 17. n. 243. Sylu. verb. Vsur. 2. §. 4.

a Sicut esset vsura, si quis venderet frumentum pretio curren-

Digitized by Google

ti data dilatione ad soluendum plus valeret, illud plus ei soluatur, sin minus stetur pretio prius conuento, hoc est mutuum interpretatiuum in venditione, sic artificiosa. Sylu.v.Vsur.§.5.

Vt etiam esset vsura, si quis emeret rem à non habente, & postea illam venditori locaret pro annua pensione, cum pacto restituendi præfixo tempore, rem, vel eius pretium, hic modus est pessimus, & tenetur recipiens pensionem restituere, & tollere contractum.

QVAESITVM CC.

SVMMARIVM.

1 *Non est vsura emere ligna in æstate currenti pretio, cum pacto, vt consignentur in hyeme, dummodo aliquæ interſint conditiones.*

An sit vsura si quis emat ligna, vel alia in æstate pretio currenti, cũ pacto, vt consignentur in hyeme?

1 DIC. Non esse vsuram, si tunc erat empturus, & deducantur expensæ, labores, & pericula, si quæ interuenerũt & habeatur ratio ad decrementum lignorum, vsque ad tempus consignationis, sed si tunc non erat empturus ligna, vel similia, & prædicta non deducerentur, esset vsura. Sylu.lo.ci.§.8.

QVAESITVM CCI.

SVMMARIVM.

1 *Vsura est emere debitum minori pretio, quia anticipatur solutio, si debitum sit certum, & solubile sine expensis. &c.*

2 *Secus, si adsint expensæ, pericula, &c.*

An esset vsura, si quis emeret debitum alicuius minori prætio, quia anticipatur solutio?

DIC.

Digitized by Google

DIC. Quod in debito certo, & quod ſperatur ſine expẽſis, periculis, aut labore exigendum, eſſet vſura, quia plus, quod accipitur, quod eſt illud minus, quod emitur, erit ratione anticipatæ ſolutionis.

Cum verò faciendæ eſſent ſpenſæ, & cum labore, & periculis, & quia debitor eſt litigioſus, vel potens, tunc emere minori prætio, diſcreto tamen reſpectu dictorum non eſſet vſura, & non eſſet, ſi emptor ob talem emptionem pateretur intereſſe, & vt gratum faceret amicis, emeret. Sot. lib. 6. de Iuſt. & Iur. quæſt. 4. art. 1.

QVAESITVM CCII.

SVMMARIVM

1 *Emere fructus acerbos minus quam poſtea exigentur, ſi ſumma ſit incerta quoad quantitatem, non eſt vſura.*

1 *Nec eſſet vſura, ſi eſt certa quantitas, & in exigendo currit periculum, labor, &c.*

3 *Nec eſſet vſura, ſi obligatus ſoluere in fine anni ad preces creditoris ſoluit minus in principio, ſi aliquod tamen ex hoc patitur intereſſe.*

An eſſet vſura, ſi quis emat fructus acerbos, minus, quam poſtea exigetur?

1 DIC. Quod ſi fructuum eſt ſumma incerta, quo ad quã-
2 titatem, non eſt vſura, vt cum venditur in herba, totum frumentum, quod ſit in campo: ſicut, ſi eſt certa quantitas, & in exigendo currit periculum, labor & impenſæ, nec eſt vſura reſpectu ipſorum, vt nec eſſet vſura, ſi quis emeret ſtipendium militis ſoluendum in fine menſis minori prætio dato in principio ob periculũ mortis militis, & hic habe regulam, quod actiones incertæ poſſunt minori prætio emi, diſcreto tamen ad arbitriũ boni, & prudentis viri ob expenſas, pericula, & labores, & hoc, ceſſante fraude. Nau. c. 17. n. 231. Sylu. verb. Vſur. 2. §. 14.

Digitized by Google

3 Sicut etiam non esset vsura, si quis obligatus soluere in fine anni, ad preces creditoris indigentis solueret in principio aliquid minus, si tamen ex hac anticipata solutione aliquod interesse, aut damnum patiatur soluens, alias esset vsura, si quis solueret mercedem soluendam in fine anni anticipata solutione, & haberet ab eo aliquod plus, nisi tamen, vt dictum est, aut interesse pateretur, aut damnum ex anticipata solutione, & teneretur restituere mercenario. Nauar. c. 17. num. 246.

QVAESITVM CCIII.

SVMMARIVM.

1 *Non esset vsura emere fructus acerbos per annum pretio, quo verisimiliter valere potuerunt habita ratione ad expensas labores, pericula, &c.*

2 *Esset Vsura vendere plus iusto dilata solutione, à quo timetur difficilis exactio.*

3 *Vendere iusto pretio addito pacto, vt emptore non soluente præfixo tempore teneatur soluere vltra Capitale expensas, & labores liquidando, non est vsura.*

An esset vsura, si quis emeret fructus in herba per annum?

1 DIC. Quod si soluetur pretium, prout verisimiliter valere poterunt habita ratione ad expensas, labores, & pericula futuri euentus non esset vsura, sed si soluerentur minori pretio ob solutionem anticipatam, esset vsura.

2 Esset etiam vsura, si quis venderet alicui dilata solutione, a quo, quia timetur difficilis exactio, & dispendiũ venditur plus iusto prætio, etiam rigoroso, quia solus timor expensarum non sufficit, vt plus iusto vendatur, nam potest accidere, vt soluat sine difficultate, & expensis.

3 Sed si vendatur iusto prætio, & postea addatur pactum, vt empto-

Digitized by Google

emptore non soluēte in præfixo tempore teneatur soluere vltra Capitale etiam expensas, & labores liquidandos, non esset vsura, quę expensæ possent etiam in principio taxari arbitrio boni, & discreti viri, quando a principio verè, & bonis coniecturis prouiderentur, licet Sot. lo. cit. videatur dicere inesse suspitionē vsuræ in hac anticipata conuentione, quæ sententia Soti mihi multum probabilis videtur, nam non est verisimile, quis vellet emere, & anticipare solutionem cum periculo expensarū futurarum, sine magna vtilitate, qua ratione excessus posset causare vsuram.

QVAESITVM CCIIII.

SVMMARIVM.

1 *Vendere domum, vel agrum ad credentiam, & ob dilatam solutionem recipit fructus rei venditæ, &c. si dominium transferatur ad emptorem, & restat cum periculo ipsius, vsura est.*

2 *Remedium contra vsura est si numquam intelligatur dominium translatum vsque quo fiat integra solutio. &c.*

An committatur vsura, si quis vendat domum, vel agrum, & similia, ad credentiam, & ob dilatam solutionē recipit fructus rei venditæ, vel tot pro centenario, & faciūt censū, donec soluatur pretiū?

1 DIC. Resolutè, quod si transferatur dominium, rei venditæ ad emptorem, vt res stet periculo ipsius venditio est vsuraria, & ratio est, quia non potest percipi fructus de re aliena, cuius dominium est translatum in emptorem, & eius est periculo, & illa pensio non habet vbi fundetur, nam non in re vendita, quia est eius dominium translatum in emptorem, nec in mora soluendi ob interesse, quia venditio fuit sponte, & libere fuit data dilatio. Ergo census fundabitur in concessione di-

Digitized by Google

lationis temporis ad soluendum, & sic vsura. D. Anton. 2. p. tit. 1. §. 20. Sylu. verb. Vsur. §. & alij grauissimi, tam Theologi, quam Canonistæ, quos enumerat. Antonucius in sua Cathec. Neapolitana.

a Sed ad remouendam vsuram esset remedium, vt apponeretur pactum numquam intelligi debere translatum dominium rei venditæ, quousque fiat integra solutio, & tunc erit, vt locatio, & res stat periculo venditoris, & pensio licitè soluetur, sed pensio non debet excedere valorem fructuum, qui iustè ex re vendita percipi consueuerunt, vt si quis hoc modo venderet agrum centum, ex quo solent percipi deductis expensis octo annui ducati, tunc non potest venditor accipere vltra octo pro centum, & quod dicitur de tota quantitate, idem dic de parte in casu concessæ dilationis, vt supra.

Sed aduertendum in hoc contractu, vt pactum prædictum non transferendi dominij apponatur in ipsa rei venditione, & non postea, aliàs esset vsura, quia tunc res transit cum onere suo, & contractus aliter facti essent refirmandi iuxta superius notata, secundum veriorem opinionem, licet aliqui Legistæ contrarium sentiant.

QVAESITVM CCV.

SVMMARIVM.

1 *Res destinatæ humano vsui, debent vendi pretio currenti.*

2 *Quæ non sunt destinatæ humano vsui, vt gemmæ, possunt, vendi, quantũ ab emente æstimantur cessante fraude.*

3 *Res destinata humano vsui possunt, vt explicatur, aliquando plus vendi. &c.*

An sit semper verum, quod res tantum valet, quantum vendi potest?

DIC. distinguendo, quod aut res venialis, etiam de illis quæ sunt destinatæ vsui homano, vt domus, merces, & milia, debent vendi præcio currenti, secundum rei extimationem

Digitized by Google

tionem, in loco, & tempore, & considerata rei quantitate.

2 Si vero res venialis non est de his, quæ sunt accommodata vsui humano ordinario, vt gemmæ, considerata secundū cuiuscunque affectionem, tunc potest vendi quantum extimatur ab emente prudenti, & sciente illam rem, cessante omni fraude, & tunc illa res tantum valet, quantum vendi potest.

Sed loquendo de rebus ad vsum humanum destinatis, dic, quod possunt aliquando aliquo plus vendi, quando vendere sit cum interesse venditoris, & ad instantiam emptoris, cui res venialis esset commoda. Nauar. c. 23. num. 83. Sot. lib. 6. de Iust. & Iur. q. 3. art. 1.

Sed tamen non propter hoc venditor debet emptorem suffocare in huiusmodi venditione, sed debet iusto pretio vendi, aliàs committeretur iniustitia.

3 Et hic nota ementem citra dimidium iusti pretij cum fraude, aut deceptione, aut minis peccare mortaliter, & teneri ad restitutionem, tam rei quam fructus, quia dominiū nō fuit translatum, & hoc pro rata temporis. Sed si emit bona fide absque fraude, deceptione, aut minis, venditio, aut est re scindenda, aut supplendum iustum pretium.

QVAESITVM CCVI.

SVMMARIVM.

1 *Mutuans pecuniam ad certum tempus cum pacto, quod si alter eorum moriatur sit extinctum debitum, & interim aliquid vltra sortem soluatur, vsura est.*

2 *Alter casus etiam, in quo committitur vsura soluitur.*

An sit vsura, si quis mutuat pecuniam alicui, vsque ad certum tempus cum pacto, quod sit extinctū debitum, si alter eorum moriatur & interim, si vterque vixerit mutuanti soluatur aliquid vltra sortem?

Digitized by Google

1 DIC Quod est vsura. Nauar.c.17.num.222. Sylu.ver. Vsura.1.S.36. Angel.S.42.

2 Vt esset etiam vsura, si quis mutuaret Ciuitati stante statuto, quod habens filiam vnius anni, & mutuans Patriæ centum, habiturus quingentum pro dote ipsius, si vixerit ad vigesimum si verò prius moriatur, amittat pater centum. Sylu.verb. Vsura. & Angel. lo. cit. & ratio est quia huiusmodi sunt mutua interpretata spe lucri principaliter facta, nec periculum, seu dubiū in hoc casu excusat, vt habetur in c. Nauigan. de Vsura.

QVAESITVM CCVII.

SVMMARIVM.

1 *Emptio dicta de fortuna, an, & quomodo sit licita explicatur.*

An sit licita emptio dicta de fortuna, vt emere stipendium militis, vt exempli gratia, soluuntur pro stipendio militi a Principi quadraginta aurei quolibet anno, emo hoc stipendium pro triginta soluendis in principio anni, adiecto pacto, vt miles soluat mihi singulis mensibus tres aureos, & si ipse infra annum moriatur, capitale meum sit amissum?

1 DIC. Quod in hoc casu est considerandum an miles possit verisimiliter mori infra annum, secundum cursum naturæ, vt quia senex, non autem secundum fortunam, vt quia esset rixosus, & simil. & stante verisimilitudine posse mori infra annum, secundum cursum naturæ, erit licita prænarrata emptio, sed secus esset in secunda consideratione, similiter non esset illicita emptio, si exactio a milite esset difficilis, & laboriosa, & in hoc debet interuenire iudicium prudentis Confessoris, vt lucrum non accedat ad decē pro centenario in sene milite, & si secus in iuuene, alias esset vsura. vide Echyr. fol. 1616

QVAE-

Digitized by Google

QVAESITVM CCVIII.

SVMMARIVM.

1 *In foro fori permittitur se diripere contrahentes vsque ad dimidium non licet in foro conscientiæ.*
2 *Non licet emere rem pretiosam à non cognoscente.*
3 *Nec vendere animal vitiosum pro sano.*

An liceat contrahentibus decipere se usque ad dimidium?

1 DIC. in foro fori licere ad remouendos lites, & in pænam vendentium, & ementium, vt discant cautius negotiari, sed in foro conscientiæ non est licitum, & tenentur decipientes restituere, vel supplere, nam in foro conscientiæ debet obseruari præceptum naturæ: Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris: intellige, quando res, & pretium sunt de præsenti, secus, quando differtur de huiusmodi pretio. vide Glos. in cap. hoc 10. q. 11.

2 Hinc sequitur non esse licitũ emere rem pretiosam, vt lapidẽ a non cognoscente, nam iniustitia committitur, & tenetur emptor, vel rem restituere, vel iustum pretiũ soluere. c. 27. n. 89.

Idem dic de vendente rem vilem pro pretiosa ignaro, & nõ cognoscenti, tenetur restituere excessum pretij.

3 Idem dic vendente animal vitiosum pro sano, quod tenetur restituere, quantum vendidisset minus, si vitium propalasset. D. Thom. Secunda Secundæ. q. 77. art. 5. Sylu. verb. Empt. §. 10. Nauar. lo. cit.

QVAESITVM CCIX.

SVMMARIVM.

1 *Emens vt varius rem vendat sine illius mutatione loci, aut temporis, est iniustitia, & tenetur ad restitutionem.*

Digitized by Google

An liceat emere, vt statim carius vendatur, sine mutatione rei, temporis, & loci?

1 DIC. Quod emere cum hac intentione est iniustitia, & emens tenetur restituere pretium, quo plus vendidit secus esset, si sine hac intentione emit. Sylu. v. emptio. §. 12.

QVAESITVM CCX.

SVMMARIVM

1 *Vendens contra Pragmaticam peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem.*

An vendens cõtra Pragmaticã teneatur restituere?

1 DIC. teneri, & mortaliter peccare, quando Pragmatica est iusta, & facta ob publicam vtilitatem, alias non, quod etiam intellige de Clericis. Medin. de restitut. q. 36. Nauar. c. 23. num. 8. & ratio est, quia licet Clerici sint liberi a lege seculari quoad pœnas, & propterea non subeunt pœnas Principis non tamen sunt liberi a lege naturali, qua quisque tenetur iusto prętio vendere. De frumento, quod datur ad seruandum, vide Rudolphum in tractatu de vsuris per Imolam consil. 25. qui dicit, quod vsura est si mutuo frumentum, vt mihi restituatur, quod mihi placet.

QVAESITVM CCXI.

SVMMARIVM.

1 *Thesaurarius, vel Depositarius pecuniæ Communitatis, potest de ea negotiari, sine tamẽ damno, & interesse cõmunitatis.*

An Thesaurarius, vel depositarius Ciuitatis, aut Societatis, vel Collegij, & simil. uel alius quiuis exactor pecuniç publicè possit de ea sibi negotiari?

DIC.

Digitized by Google

1 DIC. posse, si sine damno,& interesse Ciuitatis,societatis vel Collegii, & simul fiat, secus,si cum interesse, nã teneretur ad omne damnum, & interesse.

Sed hic Thesaurarius habens pecuniam Ciuitatis, debet illi denunciare, vt de ea disponat, quod si nolit, potest ea vti, sine tamen damno, & interesse alterius. Nauar. c. 12. num. 94. Sylu. verb. restitut.

QVAESITVM CCXII.

SVMMARIVM.

1 *Licet vendere sub hasta minus, quam res valeat cum certis tamen conditionibus.*

An liceat emere sub hasta minus, quam ualet res?

1 DIC. Licere,dũmodo vendititia fiat in loco publico, vbi solent conuenire mercatores,sub auctione voce præconis, vel tubittæ,& res non vendatur citra dimidium iusti pretij, quia in tali casu esset supplẽdum iustum pretium,& sine fraude monopolij.c. de monopol. l. vna. Sylu.restitut.§. 19. vnde cõmittentes monopilium tenentur ad illud plus, quo res fuisset empta, vel vendita sine fraude monopolij, vltra pænam temporalem, & peccant etiam mortaliter.

QVAESITVM CCXIII.

SVMMARIVM.

1 *Vendens rem defectosam scienter tenetur manifestare, nisi aliàs vitium sit manifestum.*

2 *Quid faciendum sit in huiusmodi venditionibus explicatur.*

Quid de vendente animal vitiosum,vel defectosum aut seruum pacientem morbũ Regium, vel solitum obsideri à Dæmone, aut alios defectus, vel domum generantem serpentes,& simil.?

Digitized by Google DIC.

1 DIC. Primo si vendens scit vitium, tenetur manifestare, aliàs debet restituere illud plus, quod minus vendidisset si vitium fuisset propalatum, vel rescindere contractum ad arbitrium emptoris. Secundo ignorans vendidit, quod durante bona fide excusatur. Tertio, quod si vitium erat manifestum, quia equus erat monoculus, vel claudus, & simile non tenetur manifestare defectum, quia poterat emptor aduertere, & quando tenetur manifestare, debet id explicitè dicere, & non confusè per modum loquendi dicendo de alijs defectibus, quos non patitur animal, vt includat defectum, quod patitur, nam in hoc non excusaretur. Sot. lib. 6. de Iust. & Iur. q. 3. art. 2. Quarto, quod quando vitium est occultum, & vergit in damnum emptoris, tenetur manifestare venditor explicitè, vt supra, aliàs tenetur, vel rescindere venditionem, vel restituere ad arbitrium emptoris, vt dictum est.

2 Quando vero vitium occultum rei non resultat in damnum emptoris, vt qui emit vinum, in quo pluit aqua, & scit venditor, statim eum illud bibiturum, non tenetur eum manifestare, quia in vllo læsus est, nam probauit vinum, & fuit contentus in pretio. Secus esset, quando vinum erat conseruandum, quia tunc propter amissionem aquæ non duraret.

Quinto idem vendens rem vitiosam eodem pretio, quo vendidisset, si vitium notum fuisset, non tenetur manifestare, dummodo vitium non resultet in damnum emptoris, quia tunc teneretur.

De Censibus.

QVAESITVM CCXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Licet constitui censum vitalitium ad tempus tamen indeterminatum; à natura, vel fortuna, non autem à voluntate.*

An liceat constituere censum vitalitium, ideſt ad vitam hominis?

DIC.

Digitized by Google

1 DIC Licere, quando constituitur ad tempus indeterminatum, vt ad vitam ementis, aut aliorum ab eo nominatorum: quæ indeterminatio debet pendere à natura, siue etiam à fortuna citra fraudem, non autem à voluntate, à natura, quia potest homo mori naturaliter, à fortuna, quia potest ad bellum ire, & ibi occidi, vel quia est equorum domitor, potest decidere, & mori, & simil.

Sed aduertendum, q̃ census vitalitius senis est vilius emendus, quam iuuenis firmi, alias esset iniustitia cum obligatione restituendi.

QVAESITVM CCXV.

SVMMARIVM.

1 *Licet emere censum ad tempus determinatum, iusto tamen pretio interueniente, & dummodo census consistat in fructibus agri, non in pecunia, nisi pro tanto pretio, quanta est summa totius pecuniæ exigendæ.*

An liceat emere censum ad tempus determinatum puta ad tres, vel quatuor annos?

1 DIC. Licere iusto pretio interueniente, si census consistat in fructibus agri, dummodo non excedat nouem pro centenario.

Si autem est in pecunia, non licet nisi pro tanto pretio quanta est summa totius pecuniæ exigendæ, vt emere decem annuos ducatos pro pretio ducatorum centum, sed emptio huiusmodi non est nimium secura, quia parum differt à mutuo, & sic videtur sapere vsurã, licet Riccard. eam approbet. 4. sent. q. 8.

QVAESITVM CCXVI.

SVMMARIVM.

1 *Ex constitutione Martini V. & Calisti III. ad constitutionem census requiruntur sex conditiones.*

2 Ex

Digitized by Google

2 *Ex constitutione Pij V. tredecim.*
3 *Ex constitutione Nicolai V. quinque.*
4 *Ex Cõstitutione Gregorij XIII. quatuor.*
5 *Omnes cõditiones in imponendis censibus reducuntur ad tres, tam in Regno Neapolitano, quam Siciliæ.*
6 *Ex defectu harum conditionũ multi census nulli sunt.*

Quot conditiones requiruntur in constitutione census?

1 DIC. Ex constitutione Martini V. & Calliſti III. requiri ſex cõditiones; prima eſt, vt cenſus conſtituatur ſuper re immobili, quæ ſola remaneat obligata ſine obligatione aliorũ. Secunda, vt res obligata, ſi pereat, liberetur debitor. Tertia, vt res obligata ſit fructifera, & cenſus non excedat valorem fructuum. Quarto, vt ſit liberum venditori quandocunque redimere. Quinta, vt non poſſit cogi ad redimendũ. Sexto, vt ematur iuſto pretio, & non excedat quatuordecim pro centenario.

Ex conſtitutione Pij V. tredecim conditiones requiruntur. Prima, vt cenſus conſtituatur ſuper re immobili, vel quæ pro tali habeatur. Secunda, vt ſit fructifera. Tertia, vt ſit nominata & certis finibus deſignata. Quarta, vt pecunia numeretur in actu celebrationis contractus, non prius, aut poſtea. Quinta, vt ſolutio non fiat in principio anni, nec id in pactum deducatur. Sexta, vt conuentio obligans ad caſus fortuitos eũ, qui non tenetur ex natura contractus non valeat. Septima, vt non valeat pactum, auferens vel reſtringens poteſtatem alienãdi rem ſuppoſitam cenſui. Octaua, vt valeat pactum continens cenſuarium moroſum teneri ad intereſſe. Nona, vt non valeat pactum, vt poſſit augeri cenſus, vel de nouo imponi de tertijs decurſis, aut decurẽdis non ſolutis. Decima, vt non valeat pactũ continens ſolutionem faciendam eſſe per alium, quam per eum ad quam ſpectat ex natura contractus. Duodecima, vt peremptare in totum, vel in parte, ſuper qua cenſus eſt impoſitus extingua-

Digitized by Google

tinguatur; & census in totum, vel in partem. Duodecima, vt census possit redimi pro eodem pretio, quandocunque in totum vel in partem. Decimatertia, vt quando redimendus est, fiat denunciatio per duos menses ante, qua facta postea infra annum possit ab inuito exigi pretium.

3 Ex constitutione Nicolai V. requiruntur quinque conditiones: Prima, vt census non excedat decimam partem sortis principalis, ideſt non plus, quam decem pro centenario. Secunda, vt census sit redimibilis, quomodocunque ad arbitrium ventoris. Tertia, vt redimatur pro eodem pretio. Quarta, vt possint obligari omnia bona debitoris præsentia, futura, mobilia, & stabilia, ac etiam eius persona. Quinta, vt non apponatur aliquod pactum pœnale in contractu contra venditorem, vt si non soluat, incidat in talem pœnam.

4 Ex constitutione Gregorij XIII. requiruntur quatuor cõditiones, vt seruetur Bulla Nicolai V. non obstante Bulla Pij V. vt in emptione census exprimatur res certa confinibus, super qua census fundetur, & deinde omnia bona. Tertia, vt liberũ sit venditori quandocunque redimere. Quarta, vt abusus omnes, qui aduersantur Bullæ Nicolai V. de censibus, penitus tollantur, & hæc Bulla Nicolai seruanda est in Regno Neapolitano, alias contractus esset illicitus, sed extra Regnum sunt obseruandæ conditiones Bullæ Pij V. quia in Regno Neapolitano conditiones illius Bullæ non sunt vsu receptæ, & ideo non ligant, etiam in foro conscientiæ. Abb. in c. 1. de tregua, & pace. c. qui de affinit. & consanguin. Sylu. verb. Lex. §. 6.

5 Sed aduertendum, quod omnes conditiones requisitę in imponendis censibus, tam in Regno Neapolitano, quam in Insula Siciliæ reducuntur ad tres. Prima est, vt census principaliter imponatur super re certa, & deinde cum obligatione aliorũ bonorum, præsentium, & futurorum, mobilium, & stabilium, tam pro victione, quam pro ipso censu. Secunda, vt liberum sit venditori, quandocunque voluerit redimere. Tertia, vt census non accedat decimam partem capitalis, & pro eodem pretio redimatur.

Hinc

Digitized by Google

6 Hinc sequitur censum impositum super rebus, quæ quis fingit habere, & non habet esse nullum, & imponentem peccare mortaliter; sequitur etiam, si imponeretur super bonis feudalibus tanquam Burgensaticis, idest, liberis contractum esse nullum, & ementem scienter talem censum non facere fructus secus si bona fide, qua durante faceret fructus suos, sicut etiã faceret, si emit sciens esse feudalia, sub spe impetrandi assensus quem promisit venditor. Medin. c. 2. de censibus.

Verum si certo tempore assensus petitus non impetrabitur super feudalibus emens non facit fructus suos.

Hinc sequitur censum impositum super re illicita, puta meretricio, lenocinio, ludo, vel gabellis illicitis non esse validum, emptorem non facere fructus suos, si scienter emit, secus si bona fide.

QVAESITVM CCXVII.

SVMMARIVM.

1 *Quædam pacta, quæ enarrantur sunt illicita.*

An valeret pactum in censu, si apponeretur pactum vt venditor nõ posset alienare rẽ censui subiectã?

1 DIC. Quod non, sed si apponeretur, vt non posset alienare sine consensu emptoris, gratis impetrando valeret vt valeret etiam pactum de soluendo censu in omni euentu, etiã belli, & pestis, quia est iuxta Bullam Nicolai.

Nec esset licitum pactum, vt census non possit redimi ante octo, vel decem annos, vel vt vendens teneatur post aliquot annos redimere, aliàs remaneat irredimibilis.

Nec esset pactum licitum, vt in venditione soluatur moneta aurea, aut vt vendens teneatur ad aliquod aliud, quia grauaretur.

Nec

Digitized by Google

Nec etiam valeret pactum, vt venditor, si non soluat per biennium, teneatur etiam ad capitale, & ad tertias decursas.

Nec etiam valeret pactum, vt in extinctione census debitor teneatur deponere in banco pecuniam, sed valeret pactum, vt teneatur soluere integrum pretium, quia hoc pactum non maculat contractum, licet in Bulla Pij V. aliter habeatur, nam ibi Pontifex loquitur ex æquitate, sed in Bulla Nicolai hoc pactū non prohibetur.

Collige igitur, quod qui contraxerunt cum pactis, & similib. illicitis, non peccauerunt, si ignoranter, & bona fide, sed scientes debent rescindere huiusmodi pacta, & non contractus, nam pacta ista sunt vitiosa, sed non vitiant contractum. l. placuit. ff. de Vsura.

QVAESITVM CCXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Illicitum est pactum illud, vt solutio fiat in principio.*
2 *Si census sit impositus super rebus, quæ mensatim exiguntur, vel tertiatim, tunc esset licitum pactum.*
3 *Si census sit pecuniarius non potest apponi pactum anticipatæ solutionis nisi ob illam diminuatur census.*

An esset licitum pactum, ut solutio fiat in principio, uel ut tertiatim, uel ut mensatim, & non in fine anni?

1 DIC. Quod non, quia grauaretur vendens, & solueret plus, quam decem pro centenario, quia anticipatio solutionis est pecunia extimabilis, cum plus dat qui ante tempus dat §. solutum. instit. de fideiuss. Hinc Salomon, qui cito dat bis dat.

2 Sed si census esset impositus super rebus, quæ mẽsatim exiguntur, vt Gabellæ, vel super fructibus, qui exiguntur tertiatim, vt sunt fructus camporum, qui habent frumenta, vina, olea, li-

Digitized by Google

gna,glandes,& alia,tunc hoc pactum eſſet licitum.

3 Sed quando cenſus eſt pecuniarius, non poteſt apponi pactum, vt anticipetur ſolutio, quæ facienda eſt in fine anni, niſi ob anticipationē diminuaretur cenſus, Ita etiam eſſet pactum illicitum, vt cenſuarius teneatur ſoluere Gabellas impoſitas ſuper cenſibus impoſitis,non autem imponendis,quia ad hæc tenetur ipſe emptor. l. debet. ff.de delict. & edict.

QVAESITVM CCXIX.

SVMMARIVM

1 *Vſura eſt miſti fori.*

An uſura ſit miſti fori?

1 DIC. Quod ſic,& habet locum præuentio,ſed ad Iudicē Eccleſiaſticum pertinet quæſtio quid juris de Vſura, ad ſecularem verò quæſtio facti. l. Titia.§. ſolut. matrim. Couar. rar. lib. 3. c. 3. Do exemplum: Titius confitetur recipiſſe centum mutuo, ſed rei veritate non recepit niſi nonaginta; iſta eſt quæſtio facti, Iuris verò eſt, Titius accuſatur de vſura, quia vendidit ad credentiam plus,quam in præſenti valebat, pertinet ad Eccleſiaſticum cognoſcere, an ſit vſura.

QVAESITVM CCXX.

SVMMARIVM.

1 *Publici Vſurarij pœnæ ſunt priuatio Eccleſiaſticæ Sepulturæ, non poſſunt abſolui, nec communicari,nec poſſunt teſtari.*

2 *Publicus Vſurarius quis ſit explicatur.*

Quæ pœna ſit ſtatuta contra Vſurarios?

1 DIC. Quod pœna cōtra Vſurarios,ſi ſint occulti,eſt pœna Inferni æterna,niſi emendentur, ſed cōtra publicos,ſunt variæ

Digitized by Google

variæ pænæ, & præcipuè priuatio Ecclesiasticæ sepulturæ, sunt infames. l. improbum C. ex quibus causis infam. irrog: possunt ejici ex habitatione Christianorum c. 1. de Vsur. Non possunt absolui etiã in articulo mortis, nisi caueant, de restituendis vsuris sub pign. actio. c. quæquæ. de vsur. nec possunt communicari. c. quia in omnibus. de vsur. Sot. lib. 6. de Iust. & Iur. qu. 1. art. 1. Nec possunt testari, & si testarẽtur, non valeret testamentum. c. 1. de testamen. in 6. Non debent sepeliri in loco sacro. c. quia in omnibus de vsur. & deniquè fit publicatio ipsorum bonorum mobilium, & stabilium per constit. Regn. quæ incipit Vsurarios.

Sed limitantur hæ pænæ, quando quis dedit ad vsuram, sed non exigit gemm. c. 1. de vsur. in 6. Secundo, si bona fide exegit secundum loci consuetudinem, quæ consuetudo excusaret à pæna, sed non ad restitutionem. c. cum venerabilis de censu. Nauar. Cons. 20. de Vsur.

Nota, quomodo Vsurarius publicus probatur in decis. Osasc. 72. & Afflict. 92. & quo ad contractus. vide Caual. decis. 13. de contractibus.

2 Sed notandum est, quod ille est publicus Vsurarius, qui tenet monetam paratam ad dandum, ad vsuras cuique. Bart. l. 2. ff. de furt. Abb. in c. quia de Vsur. Pro cæteris modis obligantibus ad restitutionem remitto lectorem ad tracta. D. Anton. supracit.

De Regulis necessarijs pro Confessoribus in praxi.

QVAESITVM CCXXI.

SVMMARIVM.

1 *Regulæ multiplices assignantur vtiles pro Confessarijs, vt tantum munus rectè valeant exercere.*

An possint assignari regulæ aliquæ vtiles confessa-

Digitized by Google

rijs in praxi, vt recte exerceant tantum munus?

1 DIC. Quod sic, & sunt infrascriptæ inter alias, quæ assignari possunt.

Prima est præsuppositio, q Sacerdos fiat confessor ex charitate, & non alio humano respectu, & habeat scientiam requisitam, quæ necessario quæritur, vt habetur de pænit. dist. 6. & ex magistro sent. in 4. & de pænit. dist. 1. cap. quem pænitet. & aliquando, & cum sit de ætate, & qualitate ordinan. & ex sententia Origenis in Psal. 15. dicentis, Proba prius medicum, cui debeas tui languoris causam exponere. & c. Sed doctrina confessoris debet esse tanta, vt sciat discernere inter peccatum, & non peccatum, de qua D. Thom. 4. sent. dist. 17. sub vltimis verbis, hæc scientia, & si non sit maior, tamen tanta debet esse, vt sciat discernere inter peccatum, & non peccatum, &c. Debet cauere, ne excedat fines suæ facultatis, & immittat manum in messem alienam, nam si audeat absoluere à casibus Bullæ Cænæ Domini, nisi in mortis articulo, & cum cautelis requisitis, alibi à nobis enarratis, eo ipso incurrit in excommunicationem etiam reseruatam in eadem Bulla, licet contradicat Nauar. & talis sic excommunicatus sciat se esse priuatum administratione Sacramentorũ, & quocunq; , siue prædicandi, siue fungendi officio, & absolutionẽ per eum præstitã, nullius fuisse roboris.

Secunda, hæc Bulla Cænæ Domini perdurat, etiam post obitum Summi Pontificis, qui eam publicauit, nec excusantur ignorantia confessores audentes absoluere à casibus illius, nec pænitentes; proinde tenentur confessores sub pæna peccati mortalis, etiam si sint regulares, habere apud se, & bene considerare transumptum dictæ Bullæ, imò Curati debent illius tenorem populo nunciare sub pæna etiam peccati mortalis.

Tertia confessores Religiosi, si præsumant absoluere excommunicatos à Canone, vel à statutis, siue Prouincialibus, siue Synodalibus (præterquam in casibus à iure permissis) eo ipso

sunt

Digitized by Google

sunt excommunicati, & absolutio est reseruata Papæ. Caiet. vi excommunicatio c. 64. D. Anton. 3. p. tit. 24. c. 53. §. 1. & habetur in Clem. de priuil. c. Religiosi. Confessores seculares nō incurrunt in hanc excommunicationē, sed peccarent mortaliter & absolutio esset nulla cum obligatione reuelandi pœnitenti, sic nulliter absuluto.

Quarta in absoluendo debet Confessor prius absoluere ab excommunicatone, etiam si pœnitens non confessus sit se esse excommunicatum, & hoc ad cautelam, etiam a minori, cum verbis si, & in quantum, & cum confitetur se esse excommunicatum, & possit eum absoluere, non sunt denudandæ spatulæ, maximè in loco publico, aut ratione personæ & post absolutionem ab excommunicatione absoluat à peccatis.

Quinta, quando dubitatur, sit ne mortale, vel veniale, quod pœnitens confessus sit, tutiorem viam eligat Confessor, & pœnitens, cum vero agitur de obligatione pœnitentis ad aliquod faciendum, aut patiendum, aut restituendum debet confessor opinionem eligere benigniorem.

Sexta, sciant cōfessores, & pœnitētes, Episcopos post Conc. Trid. posse absoluere ab omnibus casibus occultis, & excōmunicationibus, & Sedi Apostolicæ reseruatis in foro conscientiæ tantum, non tamen à contentis in Bulla Cœnæ, neque hodie a casu hæresis, quia dicta Bulla reuocat in hoc dispositionem Conc. Trid. sess. 24. c. 6. prout tenet Illustrissimus Tolet. posse etiam dispensare in omnibus irregularitatibus occultis, præterquam ex homicidio voluntario prouenientibus.

Septima, sciant confessores quod concessio, vt quis semel in vita, & semel in articulo mortis valeat absolui ab omnibus casibus etiam Sedi Apostolicæ reseruatis, non comprehendit casus Bullæ, nisi exprimatur in concessione Apostolica.

Octaua, sciant confessores nullum peccatū quantumuis mortale, quod fuerit mentale tantum esse vlla reseruatione reseruatum, & posse absolui ab omnibus confessarijs approbatis, & in articulo mortis, in absentia confessoris à quocunque Sacerdote, imò in eo statu a quocunque casu reseruato, etiam in Bul-

Digitized by Google

la Cænæ, cum obligatione requisita, vt alibi dictum est, nam in articulo mortis cessat omnis reseruatio.

Nona, articulus mortis, in quo habeat locum antedicta facultas absoluendi a quocunqe casu, is dicitur, cum periculum est in mora expectandi, & non alias, & infirmus in tali articulo cõstitutus, debet confiteri saltem ea peccata, quæ potest, nec in tali statu pœnitentia est ei imponenda, sed tantum insinuanda, vt postea, si conualescat, valeat adimplere.

Decima videant Confessores, vt pœnitentia, quæ imponitur, sit salutaris, & reuocet pœnitentem a recidiuo, etiam vt præseruet a futuro, & vt regulariter sint mites erga pœnitentes, sed contra blasphemos seueri, quia non possunt absolui sine grauissima pœnitentia. ex dispositione Concil. Lateranen. sess. 9.

Vndecima, caueant Confessores pro peccato secreto publicam pœnitentiam imponere, & pœnitentem, qui alias decepit Confessorem, in non restituendo, maximè si pluries promisit, & ex culpa defecit, non absoluere, & ideo inquirant a pœnitente, si pluries promisisset, esset cum huiusmodi pia praxis, vt Confessor cautionem fideiusoriam, vel pignoratitiam de restituendo intra certum tempus reciperent. sine tamen manifestatione peccati, & pœnitentis, qui tenetur etiam restituere damna & interesse.

Duodecima, Confessores non absoluant, qui famæ proximi læsæ prius non satisfecerint, & sciant plus momenti esse restitutionem famæ, quam bonorum, cum fama sit bonum altioris gradus, & si occurrat ob legitimum impedimentum non deberi pœnitentem absolui, de quo ipsum pœnitentẽ certum faciant, adhuc tamen ob circumstantes manum eleuet super pœnitentem dicendo aliquam orationem, non tamen eum absoluat, & hoc vbi est vsus absoluendi cum manus eleuatione, vt est in hac Prouincia, monebunt tamen pœnitentes de remedio pro obtinenda absolutione.

Decimatertia, in imponẽdis pœnitentijs illud attendant Confessores, vt sint quantum fieri potest salutares, & intendant eas

Digitized by Google

eas præcipuè imponere, quas adimplendas verisimiliter credant moneantque pœnitentes pœnitentiam, quæ imponitur regulariter non sufficere ad expiandam totam pœnam peccatorum, & nisi satisfaciant in hac vitâ, in Purgatorio esse purgandam, & soluendam iuxta taxationem Diuinæ justitiæ, & quod in primitiua Ecclesia pro quolibet peccato mortali septennis pœnitentia imponebatur, & hoc, vt cogitent, quantum ab eis satisfaciendum sit.

Sciatur hic tamen de pœnitentijs publicis antiquitus esse intelligendum, secundum aliquorum sententiam.

Decimaquarta, cũ occurrit, vt beneficiatus absoluatur ab excommunicatione, ex facultate Superioris, moneatur non propterea esse ei concessum retinere beneficium, si excommunicationi per eum incursæ erat annexa priuatio beneficij, ipso facto, sed teneri eum dimittere beneficium, vel petere dispensationem a Papa cum expressione rei, & fructuum male perceptorum, idem dic de eo, cum quo est dispensatum super irregularitate contracta, vbi notandum, quod inferiores Prælati virtute Priuilegiorum, licet possint dispensare in aliquo casu, non tamen possunt, etiam in foro conscientiæ rehabilitare inhabilitatos a Papa, quia sunt actus differentes, vt respondit Nauarrus in quodam discursu publico, & tenuit Felin. in c. cum inferior de maiori. & Obed. in cap. vltimo. de Offic. judicij ordinarij.

Decimaquinta, In concessione absoluendi pœnitentes in forma Ecclesiæ consueta erit praxis, vt infra, scilicet, vt primo exigatur juramentum ab excommunicato de parendo mandatis Sanctæ Matris Ecclesiæ.

Secundo, vt absoluendus iuxta facultates suas realiter, vel per dationem pignoris satisfaciat prius, vel per iuratoriam cautionem promittat. c. de cætero. de sent. excom. & vt promittat in futurum contra illum Canonem non venire, pro cuius contrauentione incidit in excommunicationem, c. ex parte. de verb. signif. & c. solet. de sent. excom. in 6.

Digitized by Google

Tertio, vt si pœnitens fuerit irretitus excõmunicatione Bullæ Cœnæ, & absoluatur in articulo mortis, debeat sufficientem cautionem præstare de stando mandatis S. M. E. & de se præsentando, quam primum cõmodè poterit pedibus Sanctissimi sub pœna reincidentiæ in eandem censuram, vel similem, c. eos, qui de sent. excom. in 6.

His præmissis Confessor dicat super pœnitentem genuflexum Psalmum, Miserere, vel alium pœnitentialẽ, & denudatis illius humeris, si ita discretioni videbitur illum leuiter virga per cutiet aliquot ictibus, a quo cum mulieribus omnino est abstinendum, & pronunciato ter Kyrieeleison, & secreto recitata oratione Dominicali dicãtur versiculi deprecatorij, vt, Saluum fac seruum tuum, & respondeatur, Deus meus sperantem in te, & deinde, Esto ei Domine turris fortitudinis, & respondeatur, A facie inimici, & deinde, Nihil proficiat inimicus in eo, & respondeatur, Filius iniquitatis non appenat nocere ei, deinde, Domine exaudi orationem meam, &c. postea dicatur oratio vt infra. Deus, cui proprium est miserere semper, & parcere, suscipe deprecationem nostram, vt hunc famulũ tuum N. quẽ excommunicationis catena constringit, miseratio tua pietatis absoluat. Per Christum Dominum nostrum, Amen. Et deinde Authoritate omnipotentis Dei, & Beatorum Apostolorũ eius Petri, & Pauli, & Sanctissimi Domini Nostri Papæ, vel Reuerendissimi Episcopi, vel Vicarij in hac parte tibi concessa, & mihi commissa, absoluo te a vinculo excõmunicationis, quam incurristi ob talem causam, (& exprimat causam) & restituo te sanctis sacramentis Ecclesiæ communioni, & vnitati fidelium, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Amen.

In dispensatione verò cum irregulari, dicantur solummodo prædicta verba, nempe, Authoritate N. in hac parte tibi concessa, & mihi commissa dispenso tecum super irregularitate, quam contraxisti ob talem causam, & eam exprimat, & restituo te ad actus legitimos, in nomine Patris, &c.

Modũ absoluendi sacramentaliter habet Parochus supra de absolutione, sed in casu repentinæ mortis, vel aliàs imminentis

sufficit

Digitized by Google

sufficit dicere, Ego te absoluo, & extenditur absolutio, tam ad peccata, quam ad excommunicationem.

In absolutione tempore Iubilei, vel similium gratiarum, vtatur hac forma Confessor, si teneris aliquo vinculo excommunicationis, vel aliquibus vinculis excommunicationis, à quibus authoritate mihi commissa, & tibi concessa, ego possum te absoluere, item suspensionis, & interdicti absoluo te, & restituo te sanctis sacramentis Ecclesiæ, & vnitati, & communioni fidelium in nomine Patris, &c.

Decimussextus modus cognoscendi, & discernendi regulariter peccata mortalia à venialibus est, vt si actus sit notabiliter contra charitatem est mortale, si contra præcepta Dei, vel Ecclesiæ, vel leges humanas factas ob publicum bonum, & ad conseruandos bonos mores in Republica est mortale. Si contra vota, aut contra iuratas constitutiones, vel aliàs, quæ obligent ad culpam mortalem, vt si præcipiatur in virtute sanctæ Obedientiæ, aut Diuinæ vltionis, vel indignationis, & simil. vel sub pæna excõmunicationis est mortale. Sot. 4. sent. dist. 20. art. 4. Si actus sit contra conscientiam dictantem esse mortale, aut si iuratũ fuerit pro quocunque mendacio, etiam joco-io, aut si vltimus finis ponatur in creatura, & nõ in Deo, & tunc est, cũ quis est paratus potius vacare malo, quam relinquere occasionem, aut si quis facit, vel dicit, quod est scandalum actiuum, siue passiuum, si tamen in scandalo passiuo actus ille non esset ei necessarius, quia tunc non peccaret mortaliter. Qui exponeret se periculo probabili peccandi mortaliter ratione scandali, vel quia speciale peccatũ est, venialia vero dicuntur antedicta, & alia, vel propter imperfectionem actus, vel propter modicitatem, vel quia non sunt contra prædicta, sed præter, vel propter imperfectionem consensus, & animaduersionis, quia per surreptionem, & hæc vltra ea, quæ supradicta sunt de discernendis mortalibus a venialibus.

Modus

Digitized by Google

Modus proceedendi in audiendo confessiones.

QVAESITVM CCXXII.

SVMMARIVM.

1 *Modus edocetur, qui seruari debet à Confessarijs in audiendis confessionibus.*

Quo modo potest procedi in audienda confessione, & hoc pro iunioribus?

1 DIC. Quod debet prius (regulariter loquendo) genuflexo pœnitente, & eo crucis signo munito, recitato per eũ Cõfiteor, vulgari, vel latina lingua, vel per ipsum Confessorem pro eo, debet Confessor benignè exhortari, vt eius peccata confidenter confiteatur cum eorum circumstantijs, & postquam pœnitens aliqua confessus fuerit, sequatur Confessor eũ interrogare, secundum eius statum, si eum nouit, sin minus, interroget de eius professione, & secundum illam formet interrogatoria, & si fecit examen conscientiæ, etsi non feciſſet debet eum benignè monere ad faciendum, nisi periculum esset in mora, vel nisi esset nimis docta, quæ potest recordari sine examine, quod est difficile, & periculosum, prout expedire videbit, deinde poterit prosequi interrogando super decem præceptis Diuinæ legis, super septem peccatis capitalibus, super operibus misericordiæ, & quinque sensuum exteriorũ, & quãtum poterit prudens Confessor adiuuet pœnitentem ad confitendum, vel quæ verecundia impediretur dicere, vel quæ lapsu memoriæ, videat reticeri, vel aliàs, prout eius prudentiæ videbitur.

Super primo Præcepto.

SVper primo Præcepto Decalogi, poterit interrogari, an adorauerit aliquam creaturam, vel ad eam suam orationem direxerit. An

Digitized by Google

An adorauerit Dæmonem, etiam si illi apparuerit sub forma Angeli lucis.

An inuocauerit Dæmones, pactum cum eis iniendo.

An vsus sit Magicis artibus, sortibus, & incantationibus ad quemcunque finem, & voluerit scire futura per vanum aspectū creaturarum,

An si occurrerit alicui animali, credit præsagiū alicuius futuri.

An si mulier prægnans, per ignem, aut aliquid aliud tentauerit scire futura.

An vsus sit literis punctis, astrolabio, apertione libri ad diuinanda futura, vel ad hunc finē obseruauerit somnia.

An adorauit Deum secundum ritum, & cæremonias Iudæorum, vel gentilium.

An pro tuenda, vel recuperanda, aut danda sanitate, vsus sit characteribus, aut Breuibus, vel si gestet anulum, aut fecerit cū obseruatione temporis, aut loci, vel coloris, aut formæ, & simil. vel si vsus sit arte notoria, aut docuerit, vel didicerit eam, vel si vsus sit herbis superstitiosè contra Dæmones, aut si incantauerit animalia, aut commendauerit, vulgo stellare, ne deuorentur ab alijs.

An carminauerit infirmos, & si fecerit celebrari missas, vel orari, vt quis moreretur, vel si collegerit herbas cum obseruatione loci, vel temporis, vt ante ortum Solis, vel in die Sancti Ioannis Baptistæ, & simil.

An operatus sit aliquod ad sciendum alicuius infortunium.

An maleficium maleficio destruxerit, quod quomodo liceat extat quæsitum particulare.

An crediderit faminas, vulgo Strigas conuerti in animalia, & si apud se retineat libros de huiusmodi superstitionibus, vel aliàs prohibitos, quia vltra peccatū mortale est excōmunicatio.

An in aliquo opere obseruauerit dies, vel si dederit poculū amatorium.

An crediderit, hominem cogi ex constellatione, & si abusus sit sacramentis, vel sacramentalibus.

An vsus sit ferro candenti, vel alio medio illicito pro manifestanda veritate.

An

Digitized by Google

An sit hæreticus, vel hæresis, seu hæreticorum fautor, aut dubius in fide, vel si apostatauit a fide, vel si cõmisit actum infidelitatis, etiam metu mortis, vel si portauit vestes infidelium, vel si nimiam practicam habuerit cum Iudæis, vel infidelibus, plus, quam negotium requirebat, vel si balneum cum eis intrauit. Hæc, & alia possunt interrogari, prout prudenti confessario videbitur.

Super secundo Præcepto.

An iurauit Deum, aut Sanctos sine debitis conditionibus.

An non impleuit vota legitimè facta, seu distulit nimis, etiam si votum fuerit indeterminatum quo ad tempus, vel si non adimpleuit vota parentum, ad quæ tenebatur, vel si absque causa legitima petijt dispensationem, vel si vouit sciens ad malum finem, vel de eo, quod non poterat, vel de re mala.

An apostatauit ab aliqua Religione, vel Ordine.

An blasphemauerit Deum, vel Sanctos, vel eis maledixerit, nominando illorum membra verecunda scienter.

An receperit Sacramentũ in peccato mortali, vel dederit, aut irreuerenter tractauerit, vel si iurauerit falsum, etiam credens esse verum, & è contrario, vel si scienter iurauerit in confirmationem mendacij, vel si iurauerit se aliquod malum perpetraturũ, vel si iurauerit sine deliberatione, vel per verbum credo, quod non credebat, vel si iurauerit falsum ex metu, vel si iurauerit contrauenire iuramento, vel si induxerit aliquem ad iurandum fraudulenter, quem sciebat falsum iuraturum.

An non compleuerit, quod iurauit in casu, quo tenebatur, vel si non iurauerit secundum intentionem dantis, vel si absolui se fecerit a juramento absque legitima causa.

An simulauerit Sanctitatem, vel si voluntariè se distraxit, cũ tenebatur orare, vel si adiurauerit creaturas.

Super

Digitized by Google

Super tertio Præcepto.

AN fecit, aut mandauit, aut concessit fieri opus manuale. An vacauit Deo,& missam integram audiuit,nisi excusatus esset causa legitima,vel si non interfit prædicaioni,cum possit, & contempsit,vel si vacauit choreis,& ludis.

Et circa violationem festi,poterit confessor formare interrogatoria, & examinare per omnes modos, per quos festum de præcepto violatur, pro quo videat Summistas,& interroget pænitens de peccatis in diebus festiuis, &maximè sollemnibus, quia etsi circumstantia festi secundum aliquos non est necessaria,est tamen ad bene esse quia aggrauat, licet non infinitũ.

Super quarto Præcepto.

AN dilexit parentes, etiam spirituales, & non ostendit eis signa dilectionis,vel si eis indigentibus non subuenit,vel non seruiuit,vel seruiri fecit in eorum infirmitatibus, vel eis nõ obediuit, vel eis maledixit, vel non sit exequutus voluntates eorum,possidens bona ipsorum parentum carnalium.

Super quinto Præcepto.

AN occiderit, vel habuerit animum offendi proximum in persona,vulnerando,mutilando,verberãdo, vel talia fieri faciendo per alium,aut in carcerando,vel in carceri faciẽdo.

An procurauit abortum mulieris.

An tenuerit infantulos tenellos in lecto iuxta se,vel suffocauerit,vel si cõmiserit spirituale homicidium, quod est inducere aliquem ad peccandum, vel si exercuerit periculosa spectacul.

Super sexto Præcepto.

AN commisit adulterium, vel alia peccata carnis, vt fornicationem,sacrilegium incæstum,sodomiam,aut pollutionem, & similia. An

Digitized by Google

An morosè delectatus est super quacunquè specie luxuriæ, etiam mortaliter.

An peccauit cum soluta, quia est fornicatio, sicut est adulterium cum coniugata, incęstus cum consanguinea stuprum cum virgine, sacrilegium cum persona Deo dedicata, siue muliere, siue viro raptum rapiendo à domo parentum, siue extra vas, quia est peccatum innominatum, siue in alijs speciebus, quas pudet me enarrare, videantur Summistæ.

An peccauit cum infideli.

An fecit, vel dixit aliquod ad finem luxuriæ, etiam si opus nõ fuerit sequutum, vel si inordinatè respexit mulierem, aut illam tangit, & si mulier inordinatè se ornauit, vel calida commederit ad finem malum, vel si lasciuia loquuta sit, vel loquutus. Vel si fuerit mediator actuum peccatorum carnalium, & ij tenentur quantum possunt reducere ad bonum, & obligantur restituere quicquid lucrati sunt ex lenocinio.

An passus sit pollutionem nocturnã ex sua causa, vel de illa complacentiam habuerit.

An voluntariè proposuit, & desiderauit perpetrare aliquod prædictorum, nam toties quis peccat mortaliter, quoties deliberatè cogitat committere ex diuersis interuallis temporum, vel personarum, siue etiam respectu eiusdem personæ interruptis actibus, quia sunt diuersæ auersiones; ideo diuersa peccata. Vide in 2. sent. dist. 24. hanc materiam.

Quoniã vero cautè procedere debet confessor in huiusmodi interrogationibus, maximè cũ mulieribus iuuenibus, ne (vt vt aliqui imprudentes) doceant, quæ pœnitentes non commiserunt, vel importunis interogationibus verecundia turbata pœnitens à confessario discedat, vel cum confessore flebili voce rixetur, vt accidit annis præteritis, cum interroganti cõfessori quandam juuenculam, si (vt vulgo dicitur) hà fatto l'amore con nessuno, flebiliter respondens, l'hò fatto con te bella faccia d'homo, discessit magno ipsius rubore, & confessoris confusione, & quæ circumaderant scandalo.

Ad euitandum ergo euitanda poterit Confessor circa prædicta

Digitized by Google

dicta,vel interrogare, si commisit aliquod peccatum inhonestatis opere,vel voluptate,& si dixerit quod non, & confessor ex signis aliquibus considerabit pœnitentem posse esse in aliquo inuolutam adiuuet illam interrogando, si habuerit delectationem in cogitationibus carnalibus, vel poterit ab hac interrogatione incipere, quia si respondit, quod non, & conjiciat Confessor bene intellexisse pœnitentem,quod quærebatur,maximè si pœnitens est mulier simplex,& honesta,non est amplius quærendum,sed postea alijs interrogationibus faciendis,leuiter etiã & artificiosè redeat ad eandem interrogationem diuersis verbis & apertioribus,vocabulis tamen, quantũ fieri potest honestioribus: Si responderit, quod sic, sequatur Sacerdos honestis verbis scire, quomodo fuerit delectatio, vt si fuerit morosa,circa lasciuia,vt si fuerit audiendo, loqui,vel videndo,vel tangendo, & huiusmodi, & si ex tali cogitatione sequuta sit pollutio, vel deuenit ad aliam cogitationem peccandi actualiter. Cum vero pœnitens confitetur liberè se commisisse aliquod prædictorum, tunc poterit Confessor interrogare de circumstanti s, vt verbi gratia, respondente ipsa pœnitente, peccaui peccato inhonestatis,subiungat Confessor,cũ quo, & illa cum quodã Religioso,tunc confessor,quoties,tunc pœnitens ter,vel quatuor, tunc Confessor,erat ne tibi coniunctus consanguinitate, vel affinitate, vel spiritualitate,quia sicut primum est sacrilegium, sic est etiam incæstum, & debet etiam interrogare de gradu in peccato cognationis carnalis,vt species specialissima innotescat, nã omnes quatuor gradus ex sententia Nauarri mutant speciem, licet affinitas,& consanguinitas non mutent,sed gradus mutant earum quia gradus solum aggrauant in huiusmodi: Deinde poterit Confessor interrogare de loco, vt si in loco sacro, aut profano, & quoties in loco sacro, vt sciatur numerus sacrilegiorũ deinde poterit interrogare de alia circumstantia, C V R, vt sciatur, si commisit sacrilegium ad finem committendi aliud sacrilegium, puta, vel auferendi oleum sanctum ab Ecclesia, quia mutatur species,& si responderit pœnitens,quod sic, tunc subiungat Confessor interrogare de circumstantia; QVOTIES,

hæc

Digitized by Google

hæc circumstantia denotat consuetudinem,& numerum diuersorum actuum interpellatorum, & successiuè, ideſt quoties cõmisit vnum sacrilegium propter alium,vt sciatur numerus,deinde descendat Sacerdos ad circumstantiam QVOMODO, scilicet modo naturali, aut contra naturam, & si dixerit vtroque modo,tunc etiam quærat de numero. Et hic sciatur, quod tactus libidinosi citra seminis effusionem, sunt vnum peccatum, sed grauius ob diuturnitatem, & delectationem, sed cum seminis effusione, essent duo peccata distincta, & tactus non mutãt speciem, in quacunque parte corporis fiant, siue seminis effusione,siue fuerit actiuè, siue passiuè.

Et si erit vir, qui peccauit, vt supra,poterit Confessor interrogare de raptu,quia mutat speciem, vt si rapuerit mulierem a domo parentum, & tunc de QVOTIES, vt sciatur numerus, ac excommunicatio, si fuerit in aliqua Diœcesi contra raptores, deinde de voto castitatis, vt si qui peccauit, vel cum qua peccauit habeat votum castitatis, vel si fuerit eius filia spiritualis in baptismate, aut confirmatione, aut confessione, quia hoc peccatum mutat speciem. Poterit etiam hic Confessor prudens interrogare de alijs huc pertinentibus, vt de promissione facta virgini,se ducturum illam in vxorem,si partus suppositus fuerit si proles fuerit transmissa ad hospitale,sed in hoc vltimo casu excusaret paupertas.

Hic nota, quod circumstantia PER QVOS, dicit per quos mediatores ad malum, vel eum quibus peccatum est perpetratum, vel contra quos, & numquam debet nominari persona huius circumstantiæ, nisi quantũ sufficiat ad agnoscendum peccatum,vel ad sciendum numerum,quando non dicit speciale peccatum, quia non fuit data occasio,vt quis peccaret, non paratus ad peccandum, non est necessario explicanda, licet semper aggrauet peccatum, & sic circumstantia per Quos est explicanda,quando inducti sunt alij ad peccandum per peccatum pœnitentis, vt Petrus peccauit cum illa, vel illa per alios, & si occasionaliter, vel efficaciter est causatum peccatum mortale ab alio, alias non parato ad illud. Et hic aduertendum,quod

licet

Digitized by Google

licet peccatum carnis commissum cum Religiosa professa, vel cum Religioso, seu Clerico seculari in sacris constituto mutet speciem.

His præmissis prudens Confessor poterit interrogare, si peccauerit in alijs speciebus carnalibus, desiderio, vel tactibus, quando tamen desideria, & tactus fuerint seorsum consumata, & non fuerit deuentum ad peccatum ipsum carnale, quia tunc sunt etiam peccata mortalia distincta, & etiam interroganda circumstantia QVOTIES, ad sciendum numerum, vbi nota desideria carnalia habita in Ecclesia, non mutare speciē, si non fuerint habita specialiter pro Ecclesia, licet aggrauent, sed mutant speciem, si fuerint habita extra Ecclesiam, cum intentione tamen committendi in Ecclesia; sed intellige non de omni desiderio, sed de illis peccatis, quæ mutant ratione loci, & in abstractione alicuius ab Ecclesia, quando violatur illius immunitas, sed quantitas furti, siue in desiderio, siue re ipsa non mutat speciem, licet ad bene esse posset exprimi.

Et quoniam in peccato carnis, solent interuenire sortilegia, & consequenter censuræ, poterit de his, prout ei videbitur, cōsiderata personæ qualitate, prudens Confessor ad alias interrogationes procedere.

Deinde descendat ad circumstantiam QVANDO, vt si in diebus festiuis, vel jeiunorum, & quanto tempore perseuerauerit, licet hæc circumstantia non mutet speciem secundū doctrinā. D. Thom. sed tamen aggrauat, & mutaret speciem, si interuenerit specialis intentio violandi festum, semper tamen erit bonum, vt explicetur.

Has tamen circumstantias, non est necesse, vt quis omnes confiteatur, sed tantum illas, quæ muant speciem, quæ, licet non mutent, tamen notabiliter aggrauant secundum sententiā aliquorum, vt furtum ducentorum est grauius furtum viginti, & simil. & hoc ob restitutionem, & permanere in odio proximi, vel in desiderio carnali per annum est grauius, quam per vnum diem.

Digitized by Google

Sed nota, quod iteratio actus, siue interna, siue externa in re mortali est necessario explicanda in cõfessione, propter sciẽdum numerum, & cum dicitur, quod non est necessario explicanda circumstantia, quæ non mutet speciem, non intelligat Confessor de circumstantia Quoties, quia numerus de iure Diuino est necessario explicandus. Et hæc obiter addita sint hic vltra ea, quæ alibi posita sunt de circumstantijs.

Super septimo Præcepto.

AN commiserit aliquod furtũ, aut rapinam, aut si exegerit pedagia iniusta, aut indebitas talias, aut exactiones, aut si acceperit bona naufragantium, aut si iuerit ad bellũ iniustum, aut si inuenerit aliquod, & non restituerit.

An præscripserit aliquod mala fide, vel si cõmiserit vsuram.

An vsus sit pignore, & fructus illius nõ cõputauerit in sortẽ.

An vendiderit carius propter dilationem solutionis, vel vilius emerit anticipata solutione.

An fecerit cambia ficca, vel aliàs illicita.

An receperit in cambijs interesse lucriceſſantis, quia hoc est prohibitum per Bullam Pij V. & si dederit pecuniam in societatem cum lucro, & sine periculo, vel si dono acceperit ab eo, qui donare non poterat, vel si acquisiuerit per ludum illicite.

An per simoniam aliquod perceperit, vel participauerit in damno proximi quocunque modo efficaciter.

Super octauo Præcepto.

AN dixerit falsum testimoniũ in iudicio, vel extra in præiudicium sui, vel proximi, vel si productus in testem noluerit testimonium veritatis perhibere, vel si dixerit pecunia corruptus, vel dixerit obscurè, & ambiguè, & ita astutè, vt veritas non eluceſcat.

Super nono Præcepto.

AN desiderauerit rẽ proximi illicitè, & iniustè, & pro alijs modis remitto confessorem ad interrogationes septimi præcepti.

Super

Digitized by Google

Super decimo, & vltimo Præcepto.

AN concupiuerit inordinatè vxorem proximi, & pro alijs interrogationibus videatur super sexto Præcepto, vt infra de peccato luxuriæ.

Super septem peccatis capitalibus, quæ comprehenduntur hoc versiculo.

Vt tibi sit vita, cautus SALIGIA vita.

Super Superbia.

AN inordinatè amauerit propriam Excellentiã, & propter talem amorẽ transgressus sit Diuina præcepta, aut præcepta Ecclesiæ, vel Superiorum.

An spreuerit proximũ, vel crediderit bona ei data à Deo propter eius merita.

An putauerit habere bonum à se, & non à Deo.

Et quia ex hac Superbia prouenit ambitio, præsumptio, curiositas, ingratitudo, judicium temerarium, adulatio, irrisio, tentatio Dei, & pertinacia. Interrogabitur pœnitens, an desiderauerit honorem, vel beneficia indignum se sciens, & beneficia principaliter propter honorem, vel si præsumpserit supra suas vires, vel facultates aliquid facere, vel si exposuerit se periculis peccatorum, vel exercuerit officium, quod nesciebat, vel præsumpserit de Diuina misericordia, vel si voluerit addiscere vel audire, quæ fieri nequeunt sine mortali, vel attendens circa curiosa neglexerit necessaria saluti, vel si de beneficijs acceptis gratias Deo non retulerit, imo potius despexerit, vel si pro gratijs intulerit iniuriam, si vsurpauerit judicium, vel male iudicauerit, si fuerit adulator, vel adulatione aliquem procurauerit ad superbiam, vel si irriserit Religiosos, vel alium proximum, vel si exposuerit se periculo mortis sine necessitate, vel si fuerit pertinax in suo sensu, vel si aliquod nimis arroganter operatus sit. Hæc omnia comprehenduntur sub superbia, & illius dependentibus supra enumerata.

Super Auaritia.

AN furatus sit, an fraudauerit iustas Gabellas, aut pedagium iustum positum.

An desiderauerit diuitias inordinatè, & alia bona tẽporalia, contradicta tamen rectæ conscientiæ, vel acquisiuerit antedicta per modos illicicos.

An retineat bona aliena inuito Domino, vel si per auaritiam subtraxerit sibi necessaria, tam substentationi corpori, quã quo ad salutem animæ, vel si propter amorem diuitiarum falsificauerit monetam, vel aliquam scripturam, vel occultauerit, vel falsificauerit mensuras, aut pondera, vel si vendiderit vnum pro alio, vt vinum limphatum pro puro.

Super Luxria,

AN habuerit cogitationes fœdas, carnales, & morosas, & si fuerit in eis delectatus.

An perpetrauerit aliquam speciẽ luxuriæ supra enumeratam vel si vsus sit verbis lasciuis, aut actibus libidinosis, ad se, vel alios prouocandũ ad libidinẽ, vel actus, ex quibus probabiliter alij possent prouocari ad luxuriam, per turpiloquia, scurrilitates, & similia.

Super Gula.

AN nimium guloſè comederit vsque ad nauseam, vel effrenato appetitu, & si nimium studuerit in præparando, aut nimis lautè comederit, vel si præuenerit horam solitam(nisi ex necessitate) præcipuè tempore jeiuniorum, si inebriauerit se, & deuenerit in mentis hebetudinem.

An ex nimio potu, & cibo deuenerit in multiloquium, turpiloquium, vel scurrilitatem, cum scandalo, aut incurrerit in immunditiam, vel pollutionem.

An in diebus jeiuniorum non obseruauerit jeiunia, vel prohibita comederit.

An exquisitè comederit, & biberit, vel causa nimiæ voluptatis, vel vt posset facilius luxuriari.

Digitized by Google

Super

Super Inuidia.

AN iratus sit contra proximum præter, & vltra debitum, quia dicitur, Iraſcimini, sed nolite peccare, vel si appeterit vindictam proximi, & noluerit illi reconciliari, neque remittere rancorem particularem.

An irrogauerit iniuriã, contumeliam, aut conuitium, aut opprobriũ proximo, vel cum eo habuerit rixã, aut mouerit contra ipsum seditionem, aut bellum iniustum.

An partialitates tenuerit, vel sequutus sit, vel clamauerit inordinatè contra proximum, vel cõtra ipsum indignatus sit præter rationem.

An murmurauerit contra Deum, vel proximum, nolens eũ audire cum scandalo aliorum, aut ira commotus proruperit in blaſphemiam Dei, aut Sanctorum, vel si inflatus iracundia contempserit proximum, & miniſtros iustitiæ nõ timuerit, quia hoc vocatur tumor.

Super Accidia.

AN ex accidia, & pigritia prætermiserit, ad quæ tenebatur, vt audire missam, prædicationem, &c. aut si pœnituerit se de officio charitatis, & ex tædio incurrerit infirmitatẽ, vel si amans otium, corpori, & animæ damnoſum, fugit labores quoscunq;, & si tepidè egerit in quibus oportebat feruenter se exhibere, vel si ex accidia, & pigritia incurrerit in torporẽ humanarum actionum, & maximè neceſſariorum ad ſalutem.

Nunc ſequuntur interrogationes ſuper operibus miſericordiæ, ad quæ habita ratione loci, & temporis quisque fidelis tenetur.

Spiritualia.

Conſule, caſtiga, ſolare, remitte, ſer, era, doce.

Digitized by Google

SVper his interrogabitur pœnitens, an docuerit ignorantes, præcipuè vero si ad id tenebatur ex officio, quia Curatus, Magister, & simil.

An negauerit consilium petenti in concernentibus salutem, vel in se, ex qua posset notabile damnũ proximo euenire, si tamen posset, vel si ex officio ei incumberet, vel si non correxerit delinquentes, quos debuit ex officio corrigere, quia tunc plus peccauit ipse in tacendo, quam alius in committendo.

An consolatus sit tribulatos, præcipuè cum ex tribulatione quis incidit in disperationem, & ipse sine ipsius detrimento posset consolari.

An non remiserit proximo iniurias sibi illatas, iniurians ipsũ reddens pro malo malum, vel si non remiserit rancorem particularem.

An nõ orauerit pro proximo, præcipuè, si tenebatur ex officio, quia viuit ex eleemosinis fidelium, vel ex beneficio.

Operã misericordiæ spiritualia.

Visito, cibo, poto, redimo, tego, colligo, condo.

AN visitauerit pauperes infirmos, & carceratos in periculo constitutos.

An esurientes cibauerit, & præsertim in casu necessitatis, de quo dicitur, si non pauisti occidisti.

An dederit potum sitientibus in casu necessitatis.

An vacauerit, vt captiuos redimeret, & iniustè oppressos, si tamen poterat, & ei incumberet ex officio.

An sepeliuerit mortuos, præcipuè pauperes, vt tenebatur ex officio, similiter, & domesticos.

An hospitatus sit pauperes, & peregrinos, saltem in casu necessitatis, & non cooperuerit pauperes nudos, si imminebat necessitas, & ipse poterat.

Super

Digitized by Google

Super ſenſibus exterioribus.

AN vacauerit potius videre vanitates, quam ſpiritualia, & & quæ poterant eum mouere ad pœnitentiam.

An potius audiuerit murmurationes, & ſimil. quã prædicationes, & ſermones pios.

An vacauerit inordinatè odoribus allicientibus ad laſciuiam.

An procurauerit inordinatè delectationem in cibo, & potu, ad mouendam luxuriam.

An tetigerit pudenda extra caſum neceſſitatis, vel non tangenda, vt res ſacras, cum eſſet laicus, vel ſi veſtiuerit molles ſibi veſtes, & dormiuerit in lectibus mollibus, quare luxuria excitata eſt, vel ſi laſciuè oſculatus ſit mulieres alienas, vel etiam ſuam ad malum finem, & non ad actum matrimonialem, ſed ad malum finem vetitum inter coniuges.

Has, & alias prout ei videbitur, poterit diſcretus & prudens Confeſſor formare ad ſciendum peccata, ſed aduertat, vt habeat rationem perſonarum, quia cum perſonis doctis, pijs & ſuperioribus eſt aliter procedendum. Et reuoluat ſummas pro cognitione cæterorum neceſſariorum pro exercendo eius officio in eo, quo lucerna hæc illum non illuminabit. Hæc ex Nauar. P. Antonuc. in ſua Chatech. Neap. & alij.

Pro cęteris videãtur Summiſtæ.

Digitized by Google

DE

SACRAMENTO EXTREMAE VNCTIONIS.

QVAESITVM I.

SVMMARIVM.

1 *Rationes tres assignantur, quare hoc sacramentum dicatur Extremæ Vnctionis.*

Quare hoc sacramentum dicatur Extremæ Vnctionis.

1 DIC. Ob tria. Primum, quia extremæ laborantibus datur. Sot. 4. sent. d. 23. q. 1. art. 3.

Secundum, quia cum sint tres vnctiones, quas Ecclesia adhibet suis fidelibus, prima in Chrismate; secunda in Vnctione Chatechumenorum, quæ fit simplici oleo benedicto. Tertia hæc dicitur infirmorum, quæ, quia est vltima, vocatur extrema, idest, vltima. Vgo. 2. de Sacram. 15. c. 1. & hanc opinionem approbat Cathech. Rom.

QVAESITVM II.

SVMMARIVM.

1 *Sacramentum extremæ Vnctionis non est necessarium, nec necessitate præcepti citra contemptum.*

2 *Vnctiones in Baptismo, & Ordine sunt sacramentalia; sed in extrema Vnctione, & Chrismate sunt sacramenta.*

3 *Definitio Sacramenti extremæ Vnctionis assignatur.*

4 *Explicatur an infirmus recipiat gratiam, si moriatur non expletis quinque Vnctionibus.*

Digitized by Google

An hoc sacramentum sit necessarium ad salutem?

1 DIC. Quod non, nec necessitate medij, nec necessitate præcepti citra contemptum, Sed qui non haberet copiã recipiendi alia sacramenta, & dubitat probabiliter de sua contritione, tenetur ex charitate recipere, vt fiat contritus, qui vero contemneret, peccaret mortaliter.

2 Hinc sequitur aliàs vnctiones, quæ fiunt, vt in capite baptizati, & ordinandi non esse sacramenta, sed sacramentalia, sed solum sunt sacramenta extrema Vnctio, & Chrisma. Sot. 4. sent. d. 27. q. 1. art. 1. & 2. D. Anton. 3. p. tit. 14. c. 15. §. 10.

3 Sacramentum igitur extremæ Vnctionis est sacramentum, quo Presbyter vngit certas partes corporis in infirmo probabiliter periclitante cum debita intentione. Nauar. c. 22. nu. 12. vel est sacramentum institutum ad salutem animæ, & corporis. & in hoc sacramento Vnctiones quinque sensuum sunt necessariæ necesitate sacramenti, reliquæ duæ sunt de consuetudine & de præcepto Ecclesiæ. D. Thom. 4. sent. d. 25.

4 Et si moriatur infirmus non absolutis vnctionibus quinque sensuum, nullam sortiretur gratiam, quia gratia confertur in vltima vnctione, & totale applicatione materiæ. Sylu. verb. Extrem. §. 13. nisi quantum Deo inuisibiliter placuerit conferre deuotioni suscipientis.

Sed alij dicunt, quod, vel in singulis Vnctionibus conferatur gratia particularis, vel totalis in prima vnctione, quando tamen cæteræ vnctiones sequuturæ sunt.

QVAESITVM III.

SVMMARIVM.

1 *Christus instituit sacramentum extremæ Vnctionis.*

2 *Vsus, & promulgatio huius sacramenti fuit relicta Apostolis.*

Quãdo hoc sacramentum fuit à Christo institutũ?

1 DIC. De hoc non esse expressum locum in sacra scriptura, sed quod sit mentio Marc. 6. licet vnctio Apostolorum

Digitized by Google

rum non fuerit Sacramentum, sed præparatio ad Sacramentum post Christi resurrectionem vim habituram, aliqui dicunt quod tunc fuit institutum hoc sacramentum.

2 Itaque Christus instituit, sed vsus, & promulgatio huius sacramenti fuit relicta Apostolis. D. Thom. 4. sent. d. 43. q. 3. D. Anton. 3. p. tit. 14. c. 15. & est comunis opinio. Vgo tenuit hoc sacramentum fuisse ab Apostolis institutum. lib. 2. de Sacram. p. 15. Idem Magister sent. 4. d. 23. & D. Bonauent. ibidem art. 1. q. 2. Sed prima opinio est vera, & hi Authores sentientes contrarium, sunt intelligndi de vsu, & promulgatione, nam aliàs eorum opinio non est tenenda.

QVAESITVM IIII.

SVMMARIVM

1 *Materia huius sacramenti est oleum oliuarum.*
2 *Si sit admixtum alio liquore, vt ammiserit formam olei non potest esse materia.*
3 *Necessario debet esse ab Episcopo consecratum.*
4 *Si quis oleo non consecrato inungeret non conficeret sacramentum.*

Quæ est materia huius Sacramenti?

1 DIC. Quod est oleum oliuarum per Episcopum consecratum, vt habetur Iacob 5. Hinc sequitur quodcunque aliud oleum non esse materiam huius Sacramenti, & intellige de materia remota, nam materia propinqua est vnctio.

2 Quod oleum oliuarum si est commistum alio liquore, ita, vt fuerit ingrossatum ammistione, aut amiserit formam, non est decens materia. D. Thom. 4. sent. d. 23. q. 1. D. Anton. 3. p. tit. 14. c. 15. §. 10. Nauar. c. 22.

3 Et est de necessitate, vt hoc oleum oliuarum sit ab Episcopo consecratum, quia est de essentia sacramenti. D. Thom. lo. ci. & est cómunis sententia, licet Caiet. tenuerit contrarium in 3. p. q. 72. art. 7.

Et

Digitized by Google

4 Et qui vngeret oleo non consecrato, non esset sacramentum. D. Thom. loc. cit. D. Anton. lo.ci. & alij. Sylu. in verb. Vnctio. num. 1. Sed Victoria tenet esse de præcepto, non autem de essentia sacramenti num. 217. de Confirmatione. Sed prima opinio est melior, hoc autem oleum pro materia huius sacramenti de commissione Papæ, posset etiam simplex Sacerdos consecrare, licet Sot. dubitat, & malè 4. sent. d. 23.

QVAESITVM V.

SVMMARIVM.

1 *Si admisceretur oleo consecrato oleum non consecratum oliuarum totum erit consecratum, dummodo non sit in maiori quantitate quam oleum consecratum.*

An si huic oleo consecrato admisceretur oleum nõ consecratum oliuarum fiat consecratum totum?

1 DIC. Quod sic. D. Anton. 3. p. tit. 14. cap. 15. §. 1. Sylu. Extrem. Vnct. num. 1. & habetur extra de consec. Sed dummodo admixtio non sit in maiori quantitate olei non consecrati, quia si oleum consecratum in minori quantitate admisceretur, neutrum erit consecratum, sed si guttatim fieret mistio non consecrati consecrato, tunc esset consecratum. D. Thom. 4. d. 12 q. 1. art. 2. q. 6. Sylu. verb Vnct. extrem. §. 1. qui remittit lectorem ad verbum Aqua bened. §. 3. licet Rosell. & Angel. teneant contrarium.

QVAESITVM VI.

SVMMARIVM.

1 *Forma huius sacramenti sunt illa verba deprecatiua, Per istam sanctam Vnctionem, &c.*

2 *Hæc forma, licet non sit expressa in scriptura, implicite tamen habetur*

Digitized by Google

habetur in D. Iacob. in Epist & est de fide, D. Petrum Ecclesiæ tradidisse.

Quæ est forma huius sacramenti?

1 DIC. Quod sunt verba illa deprecatiua, scilicet, Per istã sanctam vnctionem. &c. Et hæc sola forma inter formas sacramentorum est deprecatiua, quia tũc infirmus indiget aliorum precibus ad inclinandum Deum pro salute animæ infirmi, ac etiam corporis, si expediat.

2 Hanc formam quis per vsum instituerit, nam Christus Dominus primo loco formam instituit, licet non habeatur certus locus sacræ scripturæ, tamen implicitè habemus à D. Iacobo loc. cit. & de fide est D. Petrum tradidisse Ecclesiæ Romanæ sicut, & alia multa, quæ in sacra scriptura non habentur explicitè. D. Thom. 4. sent d. 23. q. 1. art. 4. D. Anton. loc. cit. & alij, quæ forma si vitietur per diminutionem, vel additionẽ, an conficiatur sacramentũ? dic, vt de forma Baptismi responsũ est.

QVAESITVM VII.

SVMMARIVM.

1 *In hoc sacramento verba in nomine Patris, &c. non sunt de essentia.*

An sit de essentia formæ dicere in fine cuiuscunqe vnctionis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Amen?

1 DIC. Quod non est de essentia, vt in Baptismo. Sylu. verb. Vnctio n.. 2. Sed alij tenent, quod sic, & D. Ant. 3. p. tit. 14. c. 15. §. & alij, qui dicunt fieri cum additione Trinitatis huiusmodi vnctionem. Parochus in hoc se gerat, prout in Rituali, vel Baptisterio.

QVAE-

Digitized by Google

QVAESITVM VIII.

SVMMARIVM

1 *Forma huius ſacramenti debet eſſe ſub modo deprecatiuo, ſi enim modo indicatiuo exprimeretur, nõ conficeretur ſacramentum niſi illa verba eſſent præambula ad formam deprecatiuam.*

An teneret ſacramentum, ſi quis vteretur forma indicatiua, puta, vngo hos oculos oleo ſanctificato in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, vt fit in aliquibus Eccleſijs referente D. Antonino 3. p. tit. 14. c. 15. §. 3. Et vt Palud. teſtatur ita fuiſſe vſum D. Ambroſ. Mediolan. Epiſc. Riccard. opinatur, quod ſi talis modus eſſet in aliquibus Eccleſijs, & toleraretur, vtrum deprecatiuo modo, vel indicatiuo forma exprimaretur non eſſet de eſſentia. 4. ſent. d. 13. art. 1. q. 1. ad ſecundum?

1 DIC. Reſolutè debere exprimi formam modo deprecatiuo, vt fit in Eccleſia Romana, & vſum per modum Indicatiui forſan apud alias Eccleſias, dic illa verba indicatiua eſſe præambulũ ad formam deprecatiuam, & addebatur formæ deprecatiuæ, & ita feciſſe D. Ambroſium, & alios, vt ſupra ſentiendum eſt, vt exempli gratia, vngo hos oculos oleo ſanctificato, & c. vt per iſtam ſanctam vnctionem, &c. & aliter faciendo non eſſet ſacramentum. D. Thom. 4. ſent. d. 23. qu. 1. art. 4. q. 2. ad 3. D. Anton. 3. p. tit. 14. cap. 15. §. 2. & 3. Sylu. verb. Vnctio extrem. §. 2. & alij.

QVAESITVM IX.

SVMMARIVM.

1 *Vnctio huius ſacramenti fit in oculis, auribus, naribus, ore, manibus*

Digitized by Google

manibus, & in aliquibus Ecclesijs fit etiam in renibus, & pedibus.

2 *Vnctio in locis quinque sensuum, est de necessitate sacramenti, consuetudo vngendi renes, & pedes est seruanda, sed non in fœminis.*

3 *Carens oculis, vel manibus, &c. debet fieri vnctio in locis proximioribus.*

In quibus corporis partibus facienda est vnctio?

1 DIC. In locis quinq; sensuum quibus peccatur. Hinc fit in oculis propter visum, in auribus propter auditum, in naribus propter odoratum, in ore propter gulam, in manibus propter tactum, & fit in pulpis digitorum, quia ibi maximè viget sensus tactus, tanquam in partibus tenerioribus, quæ vnctio an etiam facienda sit in interiori, vel exteriori parte manus, standum est consuetudini Ecclesiæ Romanæ.

2 Quę vnctio in dictis locis quinque sensuum est de necessitate sacramenti, vnctio autem renum, & pedum, vt fit apud aliquas Ecclesias, non est de necessitate sacramenti, & vnctio renum posset excusari ob pudorem, maximè in fœminis, sed quæ fit in pedibus potest decenter fieri. D. Thom. 4. sent. d. 23. q. 2. art. 3. qu. 2. D. Anton. 3. parte. tit. 14. cap. 15. §. 7. Vict. de extrem vnct. num. 223.

Alij tenent esse vngendos etiam renes. Nauar. c. 22. num. 13. Angel. verb. vnctio. §. 5. Riccard. 4. d. 23. art. 2. q. 8.

Sed tu dic resolutè, quod vnctio in locis quinque sensuum est de necessitate, & essentia sacramenti. Vbi autem esset consuetudo vngendi etiam renes, & pedes esset seruanda, sed non in fœminis, D. Anton. loco citato.

Et hac forma in omni vnctione vtendum est, mutato tantũ nomine sensus super quo fit vnctio. Nauar. cap. 22. num. 13. Riccard. 4. d. 23. art. 1. q. ad tertiam.

3 Et cum quis non haberet oculos, vel pedes, vel manus, vnctio facienda est in locis proximioribus, etiam si essent, cæci à natiui-

Digitized by Google

natiuitate, & ſurdi, vel manchi, quia licet non peccauerunt per illa organa extrinſecè peccare tamen potuerunt per potentias internas, quibus reſpondent illa organa exteriora. D. Thom. 4. ſent. d. 23. q. 2. art. 3. q. 3. D. Anton. 3. p. tit. 14. c. 15. §. 7. Vict. de extrem. vnct. num. 223.

QVAESITVM X.

SVMMARIVM.

1 *Vnum conſtituitur ſacramentum extremæ vnctionis, etiam quod forma illa repetitur in ſingulis ſenſibus, & vnaquæq; vnctio eſt pars ſacramenti*

2 *Si quis vnica vnctione omnes ſenſus exprimeret, non conficeretur hoc ſacrnmentum.*

3 *Si moreretur presbyter antequam omnes partes inungeret poſſet ſuppleri per alium presbyterum.*

4 *Infirmns decedens antequam omnes partes inungerẽtur, recipit effectum ſacramenti.*

5 *Effectus huius ſacramenti ſunt remiſſio peccatorum, collatio gratiæ, aliquando recuperatio ſanitatis, diminutio pœnæ pro peccatis, interior lætitia. &c.*

An cum ſint plures formæ huius ſacramenti conſtituant plura ſacramenta?

1 DIC. Quod non, nam omnes formæ tendunt ad conſtituendum vnum ſacramentum perfectione, vt domus, quæ licet conſtet pluribus materijs eſt vnum perfectione, & forma: Itaque omnes illæ vnctiones tendunt ad vnum perfectũ & vnaquæque vnctio eſt pars ſacramenti. D. Thom. 4. ſent. d. 23. q. 1. art. 1. q. 2. Sot. 23. q. 1. art. 1.

2 Vbi nota non eſſe ſacramentũ, ſi quis vnica vnctione omnes ſenſus exprimeret dicendo. Per iſtam ſanctã vnctionem parcat tibi Deus quicquid oculorum, oris, manuum, &c, D. Anton. 3. p. tit. 14. c. 15. §. 6. Et

Digitized by Google

Et si moreretur Præsbyter actis aliquibus vnctionibus,& nõ omnibus, posset suppleri per alium Præsbyterum, qui partes vnctas non iterum vngat. D. Thom. 4. sent. d. 23. qu. 1.art. 1. q. 2. ad tertium. & alij. Summa Conf. lib. 3.tit. 14. q.149.

Et si non adesset alter præsbyter,summus Sacerdos acceptat & supplet, & nihil nocet infirmo bene p̃parato defectus huiusmodi ministri, licet sacramentum perficiatur in prolatione vltimæ formæ. Sot. 4. sent. d. 23. q. 2. art. 1. Infirmus tamen si vna tantum vnctione sit inunctus ante complementum aliarum vnctionum,& moriatur,recipit effectum sacramenti, & minister debet desistere, quia non debet dari mortuo. D. Anton. 3.p. tit.14.c.15.§.6. Sed si non moriatur,reciperet effectũ in vltima prolatione formæ partialis, & essentialis. Et vbi esset institutũ, vt vngerentur etiam renes, & pedes, tunc reciperet in vltima horum vnctione. Sot. 4. sent. d. 23. qu. 2. art. 3. & prius D. Thom. vbi supra, & ideo, si in prima vel alijs vnctionibus infirmus non esset bene præparatus, & in vltima esset attritus saltem fieret contritus, & reciperet gratiam virtute sacramenti. Sot. vbi supra.

5 Et hic sciatur effectum huius sacramenti esse remissionem peccatorum, nam potest infirmus per receptionem ipsius fieri ex attrito cõtritus virtute, & valore eius cum prius non habuerit copiam Confessoris, & si moritur obtinere remissionẽ peccatorum. D. Anton. 3. p. tit. 14. cap. 15. §. 4. Nauar. c. 22. num. 13. & si vnctiones fierent inuerso ordine, valeret sacramentum, sed malitiose faciens peccaret mortaliter, secus si inaduertentia.

Est etiam alter effectus huius sacramenti cum remissione peccatorum collatio gratiæ, qui dicitur effectus principalis, & tertius effectus minus principalis est collatio sanitatis corporalis, quando ita expedire cælesti medico videtur. Conc. Trid. sess. 14. c. 2. de sacra extrema vnctione, & est communis opinio. Et prius Conc. Flor. de hoc sacramento.

Operatur etiam hoc sacramentum diminutionem pœnæ debitæ pro peccatis, interiorem lætitiam robur contra hostes illius

Digitized by Google

lius horæ, & calcanei vitæ, actritionem Diabolicæ potestatis, quia non potest tentare infirmum post sumptum sacramentum quantum tentabat, operatur patientiam ad sustinendam infirmitatem, & tandem operatur protestationem fidei infirmi, qui decedens cum hoc sacramento monstrat mansisse in Ecclesia militanti, & lætum inde cum hoc signo transire ad triumphantem. Angel. verb. Extrema Vnctio. §. 6. Ab. dicit, Dæmonem in illa hora non posse quæcunq; vult infirmo repræsentare, nisi quantum Deus permiserit.

QVAESITVM XI.

SVMMARIVM.

1 *Hoc sacramentum principaliter est ordinatum pro remissione peccatorum venialiũ, & ad tollendas reliquias peccatorũ.*

Pro quibus peccatis principaliter fuit ordinatum hoc sacramentum Vnctionis extremæ?

1 DIC. Pro peccatis venialibus remittendis, ac pro tollendis reliquijs peccatorum, quæ dicuntur etiam peccata, quia ducunt ad peccata, & sunt debilitas potentiarum, tristitia, & ineptitudo illa, quam relinquit peccatum mortale, vel originale, prauæ habitudines, & pronitas ad peccandum, & sic intelligenda sunt verba Apostoli Iacobi. Quos effectus semper consequitur infirmus, nisi ponat obicem.

QVAESITVM XII.

SVMMARIVM.

1 *Hoc sacramentum tantum infirmis est administrandum, non sanis, & si sanis daretur, non esset sacramentum.*

2 *Debet etiã dari infirmis quando sunt in sensu, nec est expectã-*

Digitized by Google

dum, quod sensu careant, & omnino sit disperata illorum vita.

3 *Debet etiam dari adultis, & sanæ mentis.*

4 *Potest dari amentibus habentibus dilucida interualla.*

5 *Non est dandum ei, qui non monstrauit deuotionem.*

6 *Non est denegandum hominibus pijs, etiam quod ex aliquo accidente effecti sint amentes.*

An hoc sacramentum sit administrandum omnibus, & si potest dari sanis

1 DIC. Quod est administrandum infirmis tantum, & non esset sacramentum, si daretur sanis, & est communis. D. Thom. 4. sent. d. 23. quæst. 2. art. 2. D. Anton. 3. p. tit. 14. c. 15. §. 6.

2 Sed aduertendum est non esse expectandum, quando infirmus omni quasi sensu caret, & omnino desperatur de eius salute, sed debet dari, quando est in sensu, & aliqua est spes salutis. Sot. 4. sent. d. 23. qu. 2. art. 2. Nam non ideo vocatur vnctio extrema, quia expectanda sit extremitas vitæ in illius administratione, vt dictum est, sed quia cum sint, & aliæ vnctiones, quibus Ecclesia vtitur erga suos fideles, hac extrema, & vltima illos etiam adiuuat.

3 Nec dandum est omnibus infirmis indifferenter, sed tantum adultis, & sanæ mentis. Hinc excluduntur pueri non habentes vsum rationis, amentes, furiosi à natiuitate, & qui numquam habuerunt lucida interualla, quia non sunt capaces effectuum ipsius.

4 Sed si aliquando habuissent lucida interualla, & petijssent tacitè, vel expressè deberet his dari, etiam si postea phræneſi concipiantur, nisi timeretur indecentia aliqua sacramenti, & est communis. D. Thom. loco citato. Nauar. c. 21. num. 13.

5 Diuus Thom. addit non esse dandum hoc sacramentum ei, qui non monstrat, aut monstrauit deuotionem ad illud. Itaque requirit deuotionem actualem, vel saltem virtualem, dummodo

Digitized by Google

dò non timeatur irreuerentia ſacramenti in deuotione virtuali. 4. ſent. q. 1. art. 2. q. 2. Angel. extr. vnct. num. 6.

6 Eis qui ex accidenti euaſerunt amentes, ſi fuerunt homines pij, etiam ſi ante numquam petierint, poteſt etiam dari, quia qui pius eſt implicitè omnia ſacramenta deſiderat, ſecus de his qui fuerunt male vitæ, & numquam oſtenderunt ſigna contritionis. D. Anton. 3. p. tit. 14. c. 15. num. 7. Nauar. c. 22. §. 13.

Nec eſt dandum peccatoribus obſtinatis, & qui ſunt in actuali peccato, vel occaſione proxima peccandi, vt concubinam domi tenentibus. D. Bonauent. 4. ſent. d. 23. & ibi Riccard. art. 2. q. 4. Poteſt dari ſenibus morientibus ex ſenio. D. Tho. loc. cit. & Summ.

QVAESITVM XIIII.

SVMMARIVM.

1 *Hoc ſacramentum poteſt dari infirmo, etiam antequam ſit confeſſus, & communionem receperit, vel ſit confirmatus dūmodo ſit in ætate diſcretionis, & ſufficit confeſſio in voto.*

An poſſit dari antequam infirmus confeſſus fuerit & communicauerit, vel antequam ſit confirmatus?

1 DIC. Quod ſic, dummodo ſit in ætate diſcretionis, etiã ſi alia ſacramenta non receperit. D. Anton. lo. ci. Nec requiritur in ſuſcipiente actualis confeſſio, ſed ſufficit in voto, & ætas debita eorum, quibus poteſt dari hoc ſacramentum, poteſt iudicare Confeſſor cum reputat illum dignum communione. Sot. loco citato.

QVAESITVM XIIII.

SVMMARIVM.

2 *Extrema vnctio non debet dari condemnatis ad mortem, vel intrantibus turbatum mare, vel Periculoſum bellum, vel duellum.*

Digitized by Google

An sit danda vnctio extrema condemnatis ad mortem, iam iam morituris, vel intrantibus turbatũ mare, vel periculosum bellum, vel duellum, quia sunt in euidenti periculo mortis?

1 DIC, Quod non, sed debet dari constitutis in periculo mortis ex causa intrinseca prouenientis, vt ex infirmitate, & non ex causa extrinseca, vt in antedictis, potest dari vulneratis, maximè si superueniret febris ipsis vulneratis, & conduceretur in periculum mortis. Ita etiam potest dari mulieribus prægnantibus, quando iudicio medici adest periculum mortis, quæ vt plurimum nascitur ex ægritudine, vel ob doloris magnitudinem, quæ necessario inducunt febrim.

QVAESITVM XV.

SVMMARIVM.

1 *Hoc sacramentum non debet dari de recenti mortuo, & si detur ei, de quo dubitatur, an sit viuus, vel mortuus debet dari sub conditione.*

An possit dari de recenti mortuo, vel ei, de quo dubitatur, an sit viuus?

1 DIC. Quod nõ est dandum mortuo, & datum esset nullum, imò minister esset pœna dignus, sed cum dubitatur an sit viuus, vel mortuus, debet illi dari sub conditione, vt si non es mortuus, per istam sanctam vnctionem, &c. Sed est dãdum sine conditione, subito morbo correpto periculoso, etiam si non petat, nam non requiritur petitio suscipientis, dummodo constet eum non esse in peccato mortali, & sit vir pius, quia implicitè petit hoc, & alia sacramenta.

QVAE-

Digitized by Google

QVAESITVM XVI.

SVMMARIVM.

1 *Hoc ſacramentũ non debet dari à pluribus Sacerdotibus, vno vnam partem, alijs alias partes inungentibus, ſed ſi fieret, eſſet ſacramentum.*

2 *Vnctio debet eſſe ſimul cum prolatione verborum.*

3 *Pluries poteſt dari in eadem infirmitate, dũmodo pluries ſubeat periculum mortis, nec ſit ſemper in eodem ſtatu, vt ſunt diu agonizantes.*

An poſſit conferri hoc ſacramentum à pluribus Sacerdotibus, vt vnus vngat vnam partem, & alter alteram, ambo dicentes verba?

1 DIC, Non eſſe hoc faciendum, quia contra communem vſum Eccleſiæ, ſed ſi de facto fieret, ſacramentum teneret, maximè vbi eſſet neceſſitas, vel eſſet conſuetudo.

2 Et aduertendum, quod in caſu adminiſtrandi huius ſacramẽti debet vnctio concurrere ſimul cum prolatione verborum, ſolum enim in confeſſione admittitur, vt poſt materiam, etiam interuallo horæ, vel diei detur forma. D. Anton. lo. cit. Nau. c. 21. num. 12. Armil. §. 7. de extr. Vnctio.

3 Et non eſt prohibitum pluries dari in eadem infirmitate, quotieſcunque infirmus in periculum mortis iterum deuenit, vt ſi recepit, & poſtea bene, vel melius ſe habuit, & deinde iterum ſubit periculum mortis, ex qua reiteratione pietas ſuſcipientis apparet, vt maximè laudanda ſit pietas Domini Scipionis Maſcambroni patritij Beneuentani, qui in terminis habilibus vt ſupra ter fuit vnctus ad ipſius petitionem.

Secus eſſet, ſi infirmus eſſet in eodem ſtatu infirmitatis in periculo mortis, vt ſunt diu agonizantes. D. Thom. loc. cit. D. Anton. lo. ci. Summiſt. verb. Extrema Vnctio. Sylu. §. 8. Vict. 224. Armil. §. 9.

Digitized by Google

De Ministro huius sacramenti.

QVAESITVM XVII.

SVMMARIVM.

1 *Solus Sacerdos est Minister huius sacramenti.*
2 *Imò, & proprius debet esse Sacerdos, sed in casu necessitatis quilibet Sacerdos.*
3 *An Religiosus possit esse minister huius sacramenti latè explicatur.*
4 *Recipiens hoc sacramentum non à proprio Sacerdote ponit obicem eius effectui.*
5 *Minister non debet esse excommunicatus suspensus. &c.*

Quis est Minister huius sacramenti?

1 DIC, Quod est solus Sacerdos, nec quisquam alius non Sacerdos, etiam in articulo mortis. Conc. Trid. sess. 14. c. 4. de sac. ext vnct. & est communis sententia. Et si ab alijs, etiam Diaconis, vel Subdiaconis administraretur esset nullum, & illi peccarent, & essent puniendi ab Ordinario.

2 Nec omnis Sacerdos, sed solum qui est proprius Parochus, vel illius Capellanus, & coadiutor potest administrare, & est communis sententia.

3 Sed in articulo necessitatis absente proprio Sacerdote, vel illius Capellano potest quilibet Sacerdos conferre, confisus proprium Parochum ratum habiturum, & est communis sententia, & præcipuè D. Antonini loc. cit.

Nec possent administrare hoc sacramentum, etiam in articulo mortis Sacerdotes regulares, quia subirent sententiam excommunicationis, quod etiam de Eucharistia eis prohibitum est sine licentia. D. Anton. lo. ci.

Alij dicunt in articulo mortis posse regulares administrare cum

Digitized by Google

ſpè ratihabitionis proprij Parochi, Imò ſine etiã hac ratihabitione dummodo non in contemptum illius, ſed tantum pro ſalute infirmi. Sot. 4. ſent. d. 13. q. 2. art. 1. Caiet. verb. extrem. vnct. c. 26. Et hæc ſecunda opinio eſt magis pia, ob periculum animæ Infirmi ad illum iuuandum.

Imò ſi Religioſus crederet poſſe facere ex priuilegio, vel ignoraret illam pænam excommunicationis citra contemptum, ſed ſolum ad iuuandum infirmum non incurreret excommunicationem. Caiet. verb. excõmunicatio c. 65. Tabien. excom. 5. Caſu. 11. §. 7. Vbi vero regularis, vel ſecularis Sacerdos ſine licentia, & ſine neceſſitate adminiſtraret, peccaret mortaliter & teneret ſacramentum.

Sed Religioſus poteſt dare alij Religioſo exempto à iuridictione Parochi, quia Clemen. loquitur de Cler. & laic. ſubditis Parochi.

Et hic nota, quod recipiens hoc ſacramentum à non proprio Parocho, licet recipiet ſacramentum, tamen non recipit effectũ, quia ponit obicem ſic recipiendo, nam peccauit, ſi ſine debita licentia recepit. Anton. 3. p. tit. 14. cap. 15. §. 5. Sot. 4. ſent. d. 23. qu. 2. art. 1. Sed crederem hunc excuſari à peccato, ſi ignoranter, ſed ex deuotione petijt ab alio.

Hoc autem ſacramentum non poteſt adminiſtrare proprius Sacerdos ſuſpenſus, vel excommunicatus, aut aliàs inhabilis, ſed debet alteri id demandare.

Sed ſi eſſet ſuſpenſus tantum ab ingreſſu Eccleſiæ poſſet adminiſtrare hoc ſacramentum infirmo ab altero tamen portatũ ei extra Eccleſiam, id tamen non poſſet exequi, ſi eſset ſuſpenſus etiam ab officio, idem dic de quocunque alio Sacerdote in articulo mortis adminiſtrante.

QVAESITVM XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Solus vnus Sacerdos cum Clerico, vel laico, ſi ſciat reſpondere ſufficit pro hoc ſacramento imo in caſu neceſſitatis ſolus Sacerdos.*

Digitized by Google

An sit necesse, vt adsint plures sacerdotes in administratione huius sacramenti?

DIC. solum vnum Sacerdotem sufficere cum Clerico, vel etiam laico, si sciat respondere, imò in casu necessitatis, & defectus dictorum sufficit solus Sacerdos. D. Anton. lo. cit. Sylu. §. 4. Tabien. §. 6. Armil. §. 4. Summ. Confes. lib. 3. tit. 24. q. 144. & habetur in c. quæsiuit extra de verb. signif.

Et licet (vt verum est) solius Sacerdotis sit administratio huius sacramenti, quod legitur sanctos viros, vel sanctas vnxisse oleo infirmos, & illos fuisse sanatos, dicas non fuisse sacramentum, sed miraculum, namque vncti illo oleo recipiebant sanitatem ex eorum deuotione per gratiam sanitatum ipsos vngentium, non autem per vnctionem sacramentalem. D. Thom. 4. sent. d. 23. q. 2. art. 1. ad secundum.

Digitized by Google

DE SACRAMENTO ORDINIS.

QVAESITVM I.

SVMMARIVM.

1 *Quid sit sacramentum Ordinis definitur.*
2 *Ordines sunt septem.*

Quid est sacramentum Ordinis? vel quid est Ordo sacer?

1 DIC. Quod est signaculum quodam, per quod traditur ordinato potestas spiritualis circa Corpus Christi, vel est sacramentum Ordinationis sacræ ad mysteria Diuina, est communis Theolog. in 4. d. 24.

2 Et Ordines sunt septem, quatuor minores, nempe Ostiariatus, Lectoratus, Exorcistatus, & Acolytatus. Et tres maiores, nempe Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus. Canonistæ addunt octauum, nempe Episcopatum. Et Theologi addũt nonum, nempe primam tonsuram, sed hæc non est propriè ordo, sed præparatio, & dispositio ad Ordines. vide Nauar. cap. 22. num. 18. Et sacramentum Ordinis imprimit characterem, & ideo irreiterabile.

QVAESITVM II.

SVMMARIVM.

1 *An omnes Ordines sint verè, & propriè sacramentum, diuersa opinio.* 2 *Ordo*

Digitized by Google

a Ordo Episcopalis, quomodo distinguatur à Sacerdotali, explicatur.

An sacramentum Ordinis verificetur de omnibus ordinibus, ideſt, quod omnes ordines ſint verè, & propriè Sacramentum à Chriſto Domino inſtitutum ?

1 DIC. Quod Epiſcopatus, Presbyteratus, Diaconatus, & Subdiaconatus communis ſententia eſt eſſe ſacramentum, ſed minores eſſe ſacramentalia. Alij dicunt etiam minores eſſe ſacramentum. Alij dicunt ſolum Sacerdotium eſſe ſacramentum. Vict. num. 226. Duran. 4. ſent. diſt. 25. qu. 2. Caiet. Thom. 1. opuſc. tract. 11.

2 Et hic ſciendum ordinem Epiſcopalem diſtingui ab ordine ſacro Sacerdotali jure Diuino, quia multa poſſunt exercere Epiſcopi, quæ prohibentur ſimplicibus Sacerdotibus, & ideo aut ponendus nouus character in ordine Epiſcopali diſtinctus à charactere Sacerdotali, aut dicendum caracterem Sacerdotalem dilatari, & extendi in Epiſcopo, & hæc eſt optima ſententia.

QVAESITVM III.

SVMMARIVM.

1 *Materia remota ſingulorum Ordinum ſunt ipſa inſtrumenta quæ traduntur tangenda ordinandis.*

2 *Materia proxima eſt traditio, & moralis contactus inſtrumentorum.*

Quæ ſit materia Ordinis ?

1 DIC. Quod materia remota ſunt inſtrumenta ipſa, quæ traduntur tangenda ipſis ordinatis, quibus ſignificatur poteſtas eis tradita in ordinatione. Vt Oſtiariatus ſunt claues Eccleſiæ: Lectoratus, liber: Exorciſtatus, liber exorciſmorum, ſiue liber Pontificalis: Acolytatus vrceoli vacui, vel candelabri aut

Digitized by Google

aut ceroferarium: Subdiaconatus, Calix vacuus cum Patena, vel vt alij liber Epistolarum, & posset concordari, vt character imprimatur ex traditione libri Epistolarum, & perficiatur, & dilaretur in traditione aliorum vt supra: Diaconatus, liber Euangeliorum: Presbyteratus verò materia est Patena cum Hostia, & Calix cum vino, aliqui dicunt esse impositionem manuum Episcopi post consecrationem, sed melior est prima opinio. ex Conc. Florent.

Materia autem Episcopatus, aut est impositio manuum, & Euangeliorum super caput Episcopi, aut vnctio, quæ fit in ipsius capite, non autem dicas materiam esse traditionem Mitræ, aut baculi, aut anuli, aut libri Euangeliorum, quia hæc sunt potius signa denotantia potestatem prius traditam, & hæc est materia Ordinum remota.

Propinqua verò materia, aut proxima est traditio, & contactus verus, & moralis antedictorum instrumentorum. D. Tho. 4. sent. d. 24. qu. 1. art. 1. q. 5. Caiet, verb. Ordinatio. Armil. Ordinatio. num. 4. quæ traditio in maioribus ordinibus est facienda ab ipso ordinante, sed in minoribus satis est, si ab alio de mandato ordinantis fiat. Riccard 4. sent. d. 24. art. 4. q. 3. Angel. ordo 1. num. 5. Sylu. ord. 2. q. 1.

Et hic contactus instrumentorum sufficit, si sit contactus moralis, & satis erit, etiam si instrumenta porrigantur, & ab ordinando fiat signum externum manibus illa tangendi, & recipiēdi, vt eleuatio manuum, & bracchiorum, extentio ad tangendum, & quo ad eos, qui tenent necessario requiri tactum ex parte ordinatorum? Dic sufficere, si vel vno digito tangant, sed prima opinio est probabilior, vide Angelum, & alios.

Idem dic ex parte Episcopi ordinantis, quod signum tangendi caput ordinandorum impositione manuum sufficit, etiam si non tangat. D. Anton. 3. p. tit. 14. §. 1. Angel. Ordo 1. §. 8. Sylu. Ord. num. 5.

QVAE.

Digitized by Google

QVAESITVM IIII.

SVMMARIVM.

1 *Contactus continentium sufficit pro materia Ordinis Presbyteratus.*

An sit necesse, vt tangatur Patena, & Hostia, Calix, & Vinum?

1 DIC, Sufficere contactum continentium, non requiri contactum contentorum. Sot. 4. sent. d. 24. q. 1. art. 2. Et hic contactus sufficit ad perfectionem sacramenti, si fiat tantum vnius instrumenti, quia etsi Calix, & Patena sint instrumenta naturaliter distincta, tamen moraliter se habent tanquam vnum, & inuicem se tangunt, & simul porriguntur tanquam vna totalis, & integra materia Ordinis. Angel. Ordo 1. S. 8. Sylu. Ordo 2. num. 5. & alij.

QVAESITVM V.

SVMMARIVM.

1 *Singulorum Ordinum officium explicatur.*

Quod est officium singulorum Ordinum?

1 DIC, Ostiarij tria esse officia, vt in Pontificali, scilicet percutere cimbalum, & pulsare campanas, aperire Ecclesiam, & Sacrarium, & aperire librum ei, qui prædicat. Olim custodiebat Ianuas Ecclesiæ excludendo infideles, cathechumenos, & pœnitentes.

Lectoris munus est legere ea, quæ prædicantur, lectiones cantare, benedicere panem, & nouos fructus, vel legere lectiones, & prophetias in Ecclesia.

Exorcistæ est abijcere Dæmones à fidelibus, & imponere manus super energumenos, & dicere populo, vt qui non communicat

Digitized by Google

nicat, det locum communicantibus, & aquam mynisterio fundere.

Acolyti est ferre Ceroferarium, vel luminaria in Ecclesia accendere, & aquam ad Eucharistiam ministrare.

Subdiaconi est aquam sacrificio Altaris ferre, ministrare Diacono, lauare corporalia, Calicem cum Patena celebranti offerre, & Epistolam legere, seu cantare, & recitare Diuinum officium, & an teneatur recitare totũ in die, quo promouetur, vel incipere ab ea hora, qua ordinatur, varia est sententia, ego recitaui totum, licet alij teneant non obligari, nisi ad partem incipientem ab hora, qua ordinetur.

Diaconi est assistere celebranti, porrigendi illi materiam cõsecrandam, legere Euangelium, & prædicare. Nota secundum Caietanum, quod peccat mortaliter prædicator, si existens in peccato mortali, & sine præuia contritione prædicat, quia dicit ipse, est officium omnis Diaconi prædicare, & in hoc retractat se ipsum Caietanus. vide 3. p. q. 64. num. 6.

Præsbyteratus (quatenus distinguatur ab Episcapatu) est de jure Diuino consecrare Eucharistiam, sed de iure Ecclesiastico pertinet ad hunc ordinem benedictio nuptiarum, benedictio aquæ benedictæ, & nouorum fructuum, & ministratio sacramentorum, sed multa ex his non possunt exercere sine facultate Superioris. Nota hic, quod Clericus contrahens matrimonium, statim amittit Beneficium, etiam non secuta copula, vt decis. 1. de Cler. contrahen. c. si notus. & in decis. 21. de probationibus. Imo amittit etiam pensiones regulariter. decis. caput. q. 313 p. 2. Imo procedit etiam, si vxor ingrediatur monasterium, antequam fuerit cognita. Decis. cui. c. 49. vide alia, quæ infra dixi de matrimonio.

Sed ad Præsbyterum, vt est Parochus, pertinet ius administrandi quinque sacramenta, nempe Baptismum, Eucharistiã, Pœnitentiam, Extremam Vnctionem, & Matrimonium. Habet denique ius conuocandi populum sibi commissum ad missas, & Conciones diebus festiuis, & sepeliendi mortuos, habet exigẽdi decimas, & primitias, & oblationes a fidelibus inter missarum solemnia.

Sed

Digitized by Google

Sed Episcopi est administrare omnia sacramenta, benedicere sacras vestes, consecrare Calices cum Patenis, Altaria, Ecclesias, prædicare, condere leges, & præcepta, prout saluti Subditorum expedire videbitur. dist. 21. c. Cler. & 25. dist. c. perlectis, & Chatechis. de Sacram. Ord.

De formis singulorum ordinum.

QVAESITVM VI.

SVMMARIVM.

1 *Forma ordinis Ostiariatus assignatur.*
2 *Item Lectoratus*
3 *Item Exorcistatus*
4 *Item Acolytatus.*
5 *Item Subdiaconatus.*
6 *Item Diaconatus.*
7 *Item Presbyteratus.*

Quæ sunt formæ singulorum ordinum?

1 DIC. Ostiarij esse illa verba Episcopi ordinantis, cum tradit clauē Ecclesiæ ordinandis, dicens; Sic agite, quasi reddituri Deo rationem pro his rebus, quæ his clauibus recluduntur.

2 Lectoratus sunt illa verba, Accipe, & esto memor verbi Dei, lector habiturus, si fideliter, & deuotè impleueris officium tuum partem cum his, qui verbum Dei ab initio ministrauerunt. dist. 23.

3 Forma Exorcistatus est hæc: Accipe, & commenda memoriæ & habeto potestatem super energumenos, siue baptizatos, siue Catechumenos d. 23. §. Exorcist.

4 Forma Acolytatus est hæc, Accipe vrceolum ad effundendum vinum, & aquam in Eucharistiam sanguinis Christi, & in datione vrceoli imprimitur caracter secundum Thom. 4. d. 23. qu. 2. art. 3. in fine. & habetur dist. 23. C. Acoly.

5 Forma Subdiaconatus est hæc: Vide cuius ministerium tibi traditur

Digitized by Google

traditur, & ideo si vsque nunc fuisti tardus ad Ecclesiam amodo debes esse assiduus, & cætera verba, quæ dicuntur in traditione instrumentorum illius ordinis.

Forma Diaconatus est hæc; Accipe potestatem legendi Euãgelium in Ecclesia Dei, tam pro viuis quam pro defunctis in nomine Domini, & in datione libri Euangeliorum imprimitur Caracter. D. Thom. loco citato.

Forma Presbyteratus est hæc, Accipe potestatẽ offerendi sacrificium Deo, missamque celebrãdi, tam pro viuis, quam pro defũctis, & imprimitur Caracter in traditione Patenæ, & Calicis præparati, licet Petrus de Tarantasio dicat characterem imprimi in impositione manuum, sed primum est verius. Tho. 4. dist. 23. q. 2. art. 3. Et ideo si fuisset omissa præparatio Calicis cum Patena præparatis, deberet totum iterari, quia nihil esset factum, sed si hoc fuisset obseruatum, licet de alijs aliqua fuissent omissa, non est iteranda ordinatio. D. Anton, de for. ordi. in tract. defect.

QVAESITVM VII.

SVMMARIVM.

1 *Incapaces ordinum sunt non baptizati, omnino inuiti, mulieres, qui etiam si ordinentur non recipiunt characterem.*
2 *Si amentes, pueri, cæci, & quicunque ineptes ordinentur, vere sunt ordinati.*
3 *Puer ordinatus postea non tenetur obseruare castitatem.*
4 *Aliqui sunt incapaces ordinum iure Ecclesiastico, vt sunt omnes irregulares.*
5 *Irregulares aliqui sunt ex defectu corporis.*
6 *Alij ex defectu animæ.*

Qui non possunt ordinari, & sunt incapaces?

1 DIC. Incapaces Ordinum esse non baptizatos, omnino inuitos, mulieres, qui si ordinarentur de facto, nihil fieret

Digitized by Google

fieret, possunt ordinari omnes masculi cuiuscunque ætatis, etiã amentes, & pueri ante vsum rationis, etiam cæci, & similiter inepti ad ordines, si de facto ordinentur, tenet factum, & imprimitur Character, sed non debet fieri, & est communis sententia Theologorum. 4. sent.

3 Sed infans de facto ordinatus, non tenetur postea seruare votum castitatis, sed potest prohiberi ab administratione officij sui. Idem dic de ordinato per metum cadentem in constantem virum, aut similem vim.

4 Sed aliqui sunt incapaces ordinum iure Ecclesiastico, & sunt irregulares, aut defectu significationis sacramenti, vt Byghami

5 qui non significant vnionem Christi, & Ecclesiæ, aut defectu aliquo corporis, per quem non possunt administrare sine scandalo, vt corpore vitiati, deformes, abstemij, idest omnino abhorrentes vinum, laborantes fœdo morbo, & hic etiam lepra includitur, vxurati, illegitimi, serui, & obligati ad ratiocinia, & similes.

6 Aut defectu animæ, vt neophiti, illiteranti, infames ratione criminis, rebaptizantes, seu rebaptizati, & qui exercent ordinem, quem non habent malitiose, & qui habent defectum perfectæ lenitatis, vt occidentes, mutilantes, & similes, omnes isti prohibentur ordinari iure Ecclesiastico.

Hic scias non confirmatum non debere ordinari, sed si de facto ordinetur, teneret factum, ex Concil. Trid. sess. 23. c. 4. & citra contemptum non peccaret, nec venialiter, quia Concilium non imponit pœnam, & in pœnalibus est facienda stricta interpretatio, vt iuris clari est.

Excommunicatus, vel suspensus, si de facto ordinatur, verè suscipit ordinem.

QVAESITVM VIII

SVMMARIVM.

1 *Recipiens ordinem superiorem non recepto ordine inferiori, ab illius exercitione suspensus, donec recipiat ordinem inferiorem.*

Digitized by Google

An quis reciperet ordinem Superiorem, non recepto prius ordine inferiori?

1 DIC, Quod sic, sed est suspensus ab illius exercitio, quousque suscipiat omissum ordinem. Sylu. Ord. 2. qu. 2. Nauar. c. 25. num. 75.

Sed ad Episcopatum necessario requiritur saltem ordo Sacerdotalis, & est communis opinio.

Et hic scias in susceptione ordinum non requiri per se confessionem, nisi ratione communionis, sed sufficere contritionem ne ponatur obex gratiæ, vel attritionem, quæ fiat contritio valore sacramenti.

De ætate ordinandorum.

QVAESITVM IX.

SVMMARIVM.

1 *Quoad ordines minores nulla statuta est ætas.*
2 *Debet tamen quis ordinari, ex ætate qua possit exercere officium suum.*
3 *Pro ordinatione Subdiaconatus requiritur ætas annorum viginti, & duorum.*
4 *Pro ordinatione Diaconatus viginti trium.*
5 *Pro ordinatione Presbyteratus viginti quinque, sed sufficit in his omnibus, quod prædicti anni attingantur.*
6 *Pro Episcopatu anni viginti quinque completi.*

Qua ætate debent esse ordinandi

1 DIC. Quo ad minores, nullam esse statutam, & ideo posse conferri, etiam ante pubertatem. 77. dist. c. in singulis, & c. quicunque.

2 Et Conc. Trid. sess. c. 6. de refor. prohibet dari beneficiũ ante ante annum quartumdecimum, & constitutis in minoribus

Digitized by Google

vnde colligitur non esse statutum de ætate; sed debet quis ordinari ea ætate, qua possit officium suum, vt decet, exercere, & conferens primam Clericalem tonsuram infanti, peccaret, & esset suspensus per annum à collatione dictæ Clericalis tonsuræ c. vltim. de temp. ordin in 6. Ætas primæ tonsuræ sufficit septem annorum. Felin. in c. cum vigesimum. de off. delegat.

3 Sed quo ad ætatem ordinandorum in sacris ordinibus, dic, in Subdiacono requiri annum vigesimum secundum, & sufficere si sit inceptus etiam per vnum diem, & similiter in Diacono
4 annum vigesimum tertium, & similiter in Presbytero annum
5 vigesimum quintum, scilicet, vt attingatur. Naua. c. 21. num. 125. & qui ordinaretur ante ætatem, esset suspensus, & si celebraret, vel exerceret, esset irregularis, & remedium expectare ætatem.

6 In Episcopatu requiritur ætas viginti quinque annorũ completorum. c. cũm in cunctis de electione. Ad Canonicatum in Cathedralem, vel Golleg. sufficit ætas quatuordecim annorũ. Glos. in c. si eo tempore. de rescript. in 6.

De temporibus ordinationum.

QVAESITVM X.

SVMMARIVM

1 *Ordines sunt conferendi in Sabbatis quatuor temporum.*
2 *Ordines minores possunt conferri omnibus diebus festiuis.*
3 *Prima tonsura potest conferri quolibet die.*
4 *Possunt conferri in Ecclesia commodiori.*

An possint Ordines conferri quolibet die?

1 DIC. Quod non, sed sunt conferendi in Sabbatis quatuor temporum anni, & in Sabbato sancto, & in Sabbato ad sitientes. c. de eo de temp. ordi.

2 Sed minores possunt conferri in diebus dominicis, & festiuis

Digitized by Google

uis, quolibet anni tempore. c. 1. & 2. de temp. ordi. Non tamen fieri ordinatio generalis.

Aliqui volunt posse etiam conferri in ferijs 4.& 6. quatuor temporum, Sed hoc non probant Sylu. & Aug.

3 Sed prima tonsura potest conferri, quolibet die, & in quolibet loco, imò à prandio, & non ieiunis, sed decentius esset ante prandium, sed maiores sunt conferendi ieiunis necessario propter commoditatem Armil. Ordo num. 7. Sylu. Ord. num. 2. q. 96. dub. 2.

4 Et ordines sacri de iure communi sunt conferendi in Ecclesia Cathedrali ex Concil. Trid. sess. 23. c. 8. & habetur dist. 63. c. 1. sic & minores.

4 Sed in Diœcesi possunt conferri in Ecclesia digniori presente Clero, sed hodie vsus obtinuit, vt conferantur in Ecclesia commodiori Episcopo, publicè tamen, & coram populo.

De interstitijs ordinum.

QVAESITVM XI.

SVMMARIVM.

1 *In conferendis ordinibus minoribus debent obseruari temporũ interstitia, nisi aliter Episcopo videatur, nam simul omnes possunt conferri.*

2 *In maioribus ordinibus debent interstitia obseruari, in Subdiaconatu est vnus annus pro Diaconatu, & alter in Diaconatu pro Presbyteratu.*

3 *Poterit tamen dispensari ab Episcopo iuxta vtilitatem, vel necessitatem Ecclesiæ.*

An minores ordines debeant conferri per temporũ interstitia?

1 DIC. Quod sic, nisi Episcopo aliud videatur. Conc. Tri. c. 11. sess. 23. de refor. Hinc si videbitur, poterit conferre,

Digitized by Google

ferre, & omnes quatuor simul eodem die maximè si est consuetudo eius Ecclesiæ. c. 2. de eo, qui fuerit ord. susc ip. Glos. in c. de eo de temp. ord. imo, & primam tonsuram, si est consuetudo. Arm. re ord. 2. q. 7. Dispensat super interstitijs Episcopus ordinans, & non alius, etiam irregularibus, vt infra habetur.

2 Sed de maioribus, dic, quod non debet quis ordinari Subdiaconus, nisi post annum à susceptione Acolytatus, nisi necessitas, aut vtilitas Ecclesiæ judicio Episcopi aliud expoſcat. Cõc. lo. ci. Nec Subdiaconus ad Diaconatum, nisi saltem per annũ se exercuerit in eius officio, nisi aliud Episcopo videbitur. cap.

3 13. Idem dic de ordinando ad Presbyteratum, nisi Episcopus dispensaret. Conc. vbi supra.

De sufficientia ordinandorum.

QVAESITVM XII.

SVMMARIVM.

1 *Ordinandus ad primam tonsuram debet scire legere, & scribere prima fidei rudimenta.*

2 *Ordinandus ad ordines minores, debet saltem intelligere linguam latinam.*

3 *Ordinandus ad Subdiaconatum, & Diaconatum, debet scire pro eorum ordine exercendo.*

4 *Ordinandus ad Presbyteratum, debet scire eá, quæ sunt necessaria ad officium suum, pro administrandis sacramentis, & docendo populum.*

5 *Maior scientia requiritur in Parocho.*

Quæ sufficientia requiratur in ordinandis?

DIC. Ordinandos ad primam tonsuram debere scire legere, scribere, & prima fidei rudimenta. Concil. Trid. sess. 23. c. 4.

Ad

Digitized by Google

2 Ad minores ordines debere intelligere saltem linguam latinam. c. 11.

3 Ad Subdiaconatum, & Diaconatum, debere scire ea, quæ sunt necessaria pro eorum ordine exercendo. c. 13.

3 Ad Presbyteratum debere scire, quæ pertinent ad exercendum eorum officium, vt administrare sacramenta, docere populum fidei erudimenta.

4 Si vero ordinandus esset Parochus, maior requiritur scientia, nam præcipuè debet callere, quæ pertinent ad exercendum sacramentum pœnitentiæ, & cætera sacramenta pertinentia ad ipsum, & scire pascere populum verbo, & exemplo, & in Parocho maior scientia, & cognitio requiritur ob eminentiam dignitatis gradum. Conc. Trid. sess. 24. c. 2. &c. cum in cunctis de elect.

De dimissorijs ordinandorum.

QVAESITVM XIII.

SVMMARIVM.

1 *Proprius Episcopus siue ratione originis, siue domicilij potest concedere literas dimissorias ad ordines.*

2 *Vicarius generalis Episcopi, si habeat in commissis.*

3 *Capitulum Sede vacante in duobus casibus.*

4 *In Monachi ordinatione quicquid sit de iure antiquo obseruatum, sunt ordinationes Apostolicæ.*

5 *Episcopus non impeditus debet per se ordinare, impeditus autem approbatos ad alios Episcopos dimittere ordinandos.*

6 *Requiritur examen ordinandorum, etiam si sint Religiosi.*

Quis potest concedere dimissorias ad Ordines?

1 DIC. De jure nouo solum Episcopum proprium ordinandi, siue ratione originis, siue domicilij, in quo habitauit ordinandus animo comorandi. Conc. Trid. sess. 7. c. 10. &

Digitized by Google

12. seſſ. 23. c. 8. & 10. de reform. ſiue etiam ratione beneficij Abbas in cap. cum iam dudum de præben. col. penul. & facit tex. in cap. nullas de temp. ord. in 6. Sed ego numquam vidi dimiſſorias conceſſas ratione benificij hoc modo, quo quæritur. Sed Monachus poteſt ordinari de jure antiquo ab eo Epiſcopo, in cuius Diœceſi natus eſt licet monaſterium ſit alterius Diœceſis. Abbas. in cap. poſtulaſti de foro competenti hodie extant conſtitutiones Sũmorum Pontificorum, quæ obſeruandæ ſunt.

3 Vicarius generalis Epiſcopi, ſi habeat ſpecialiter in comiſſis, poteſt concedere dimiſſorias ad ordines aliàs ſecus.

4 Capitulum Sede vacante, poteſt concedere in duobus caſibus; primo, quando Sedes vacauerit per annum: ſecundo, quãdo quis ordinaretur ratione beneficij obtenti, vel obtinendi. Conc. Trid. ſeſſ. 7. num. 10

Alijs omnibus, qui antiquitus poterant concedere ſublata eſt facultas, niſi haberent poſt Conc. Trid. ex Priuileg.

5 Hic nota, & proprium Epiſcopum debere per ſe ordinare ſuos ſubditos, ſed ſi ipſe legitimè impeditus fuerit, approbatos debere dimittere, & ſaltẽ implicitè exponere cauſam dimiſſionis in literis conceſſis. Conc. Trid. ſeſſ. 23. cap. 3. Qui dimiſſi poterunt ab ordinante iterum examinari. Mos etiam eſt, vt dimittens oneret conſcientiam ordinantis, quo ad ſufficientiam, & hoc tutius eſt, & prudentius fit.

Hinc ſequitur in ordinandis requiri examen, etiam ſi ſint Religioſi ex Conc. Trid. ſeſſ. 23. c. 12. niſi aliàs eſſent notæ Doctrinæ Clem. 1. de jureiur. & in hoc examine includitur etiam proceſſus de vita ætate, & moribus ex dicto Concil. & quoad regulares requiritur approbatio Superiorum, niſi eſſet notum Pontifici de ordinandi requiſitis.

Nota hic, quod licet Epiſcopus in ordinatione excommunicet omnes non legitimè accedentes, ſi tamen inter ordinandos accedit excommunicatus, vel inhabilis adhuc ille eſt ordinatus, quia Epiſcopus cõſenſit in illo indiuiduo, licet videatur diſſentire ſpecie. In antiquo Pontificali aderat benedictio poſtea, quæ in moderno dicitur non adeſſe. Nota

Digitized by Google

Nota etiam hic, quod etiam mortuo Episcopo, qui concessit dimissorias, valent dimissoriæ. Nauar. in cap. placuit. de pœnit. d. 16. num. 163. Idem dic de literis dimissorijs concessis à Capitulo Sede vacante, nisi Successor reuocauerit illas ante exceptionem.

De Titulo ordinandorum.

QVAESITVM XIIII.

SVMMARIVM

1 *Ordinandus ad ordinem Subdiaconatus debet habere beneficium Ecclesiasticum sufficiens pacificè possessum, ne possit resignare, nisi habeat aliunde viuere.*

2 *Potest quis ordinari ad titulum Patrimonij, vel pensionis.*

3 *Regulares ordinantur ad titulum paupertatis professæ.*

An ordinandi debeant habere titulum?

1 DIC. Quod ordinandus ad ordinem Subdiaconatus, licet aliàs habilis, & ideoneus debet habere beneficium Ecclesiasticum victui sufficiens, & illud pacificè possidere, aliàs non est ordinandus, quod beneficium non potest resignare, nisi habeat aliud vnde viuere possit, & facta mentione se ad illius titulum fuisse promotum.

2 Et qui non habet beneficium, potest ordinari ad titulum patrimonij, vel pensionis, dummodo Episcopus iudicauerit assumendum talem pro necessitate, seu vtilitate Ecclesiæ suæ, & hoc patrimonium non potest vendi, nisi sit adeptus sufficiens beneficium ad victum, idem dic de pensione, quod non potest extingui. Concil. sess. 21. c. 20.

3 Regulares ordinantur ad titulum paupertatis professæ.

Ordinandi in minoribus sunt adscribendi ab Episcopo seruitio alicuius Ecclesiæ (nisi absint causa studiorum) vt ibi

Digitized by Google

inſeruiant in habitu, & tonſura, vel ſint in ſeminario Clericorũ, vel in alia Schola, ſeu vniuerſitate de licentia Epiſcopi, vel habeant beneficium Eccleſiaſticum, & ſecus non gaudent priuilegio fori. Conc. c. 3.

Nota, quod Clericus pauper, ſed doctus poteſt ordinari, etiam poſt Concil. absque alio titulo, quia veriſimile eſt illum poſſe commode viuere cauſa ſuæ doctrinæ. Rodriq. in Summ. p. 2. c. 15. de ordin.

QVAESITVM XV.

SVMMARIVM.

1 *Exiſtens in mortali, aliqui dicũt, quod peccat peccato ſacrilegij, ſi ordinatus ad illum ordinem ſolemniter adminiſtrat dummodo illa actio ſit ſacramentalis.*

2 *Alij dicunt ſolum peccare Miniſtrum exiſtentem in peecato mortali, ſi adminiſtrat in illa actione ſacramentali, qua confertur vel conficitur ſacramentum.*

An miniſtrans in ſuo ordine debeat eſſe in gratia?

1 DIC, Quod ſic, aliàs peccat peccato ſacrilegij, ſed vt peccet requiritur, vt ſit ordinatus ad illum ordinem, & ſolemniter adminiſtret, & vt actio, quam facit ſit ſacramentalis, puta, adminiſtrare ſacramenta in Presbytero, legere Epiſtolam in Subdiacono, & in Diacono cantare Euangelium, & ſic de alijs ordinibus.

2 Alij dicunt ſolum peccare, ſi non ſit in gratia, in actione ſacramenti, & hanc eſſe ſolum illam, qua confertur, vel conficitur ſacramentum, vt baptizare conſecrare, abſoluere, &c. & in Epiſcopo cõfirmare, aut ordinare, & in huiusmodi actionibus peccari mortaliter ab exercente non in gratia, cæterũ in alijs actionibus, nec Presbyterum peccare, nec cæteros inferiores in eorum officio, etiam ſi ſolemniter, vt ſi Subdiaconus, vel Diaconus ſolemniter cantet Euangelium, quia in huiusmodi actionibus

Digitized by Google

bus non conficitur, nec confertur sacramentum. Sot. 4. sent. d. 9. q. 5. art 6. & alij. Nota, quod Presbyter non obediens suo Episcopo, peccat mortaliter, quia facit contra iuramentum Presbyteratus.

De ordine ordinatorum.

QVAESITVM XVI.

SVMMARIVM.

1 *Ordinati in maioribus ordinibus, tenentur ad recitandum Diuinum officium.*
2 *Item debent obseruare castitatem.*
3 *Item incedere in habitu & tonsura.*

An ordinati debeant recitare diuinum officium?

1 DIC. Ordinatos in maioribus debere recitare officium Diuinum, siue etiam in minoribus ratione beneficij Ecclestastici, aut pensionis, alias peccant mortaliter, nec faciunt fructus suos. Nauar. c. 15. num. 10.

2 Debent etiam constituti in sacris obseruare castitatem, idest, quod non possunt ducere vxorem, nam aliàs etiam in minoribus debent castè viuere, quia ordinibus factus est annexum votũ solemne castitatis, sed cum Græcis Ecclesia dispensauit, vt vnicam ducant virginem.

3 Debent etiam ordinati in sacris necessario incedere in habitu, & tonsura. Conc. Trid. sess. 14. c. 6. & sess. 27. c. 1. de reform. Ita etiam habentes beneficium Ecclesiasticum. Conc. loco citato. Ita etiam ex constitutiõne Sixti V. habentes pensionem vltra sexaginta ducatos.

In minoribus constituti debent, & ipsi incedere in habitu, & tonsura, si volunt gaudere priuilegio Clericale fori, & quo ad Clericos coniugatos, vide Couar. lib. pract. qu. c. 31. art. 3. & 7. & Conc. Trid. sess. 13. c. 4.

De

Digitized by Google

De pœnis male promotorum.

QVAESITVM XVII.

SVMMARIVM.

1 *Adſciendum pœnas malè promotorum, remittitur lector ad Bullam Sixti V. & Silu.*

An ſit pœna contra malè promotos, & quæ?

1 DIC. Ad ſciendum pœnas male promotorum, remitto lectorem ad Conſtitutionem fel. rec. Sixti V. ad Sylu. v. Ordo num. 25. & quis poteſt male promoueri, aut per ſimoniam, aut extra tempora ſine diſpẽſatione, vt ante legitimam ætatem, aut ſine literis dimiſſorijs ſui Epiſcopi, aut ſine ſufficienti titulo. Sylu. vbi ſupra.

Nota hic, quod Epiſcopus ordinans abſque dimiſſorijs nõ Subditum, eſt ſuſpenſus, niſi excuſaretur ex ignorantia probabili, adhibita debita diligentia, & niſi etiam proprius Epiſcopus ratificaſſet. vide Dominum Ricium in collect. 885.

De Miniſtro ſacramenti Ordinis.

QVAESITVM XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus eſt ordinarius Miniſter ſacramenti Ordinis.*
2 *Sed debet eſſe proprius Epiſcopus.*
3 *In tribus caſibus alienus Epiſcopus poteſt licitè ordinare.*

Quis poteſt conferre ordines?

DIC. Quod Epiſcopus eſt ordinarius Miniſter Ordinis, ſiue habeat jurisdictionem, ſiue non, ſiue ſit declaratus, ſiue excommunicatus præuius, ſiue etiam hæreticus; ſiue ſit tantum

Digitized by Google

tantum titularis, quia, posse conferre ordines, est ordinis Episcopalis, non iuridictionis.

2 Sed non licet cuilibet posse conferre, quia oportet, vt sit proprius Episcopus ordinandi, vel alius de eius licentia, & de licentia Superioris ordinandi. cap. de temp. ord. in 6.

3 Nec titularis posset conferre licitè in loco alterius Diæcesis. Conc. Trid. sess. 12. c. 2.

Sed Episcopus alienus in tribus casibus potest licite ordinare, primo, ex Priulegio Summi Pontificis. Secundo, si ordinat suum familiarem triennalis seruitij. Si sint regulares exempti, ij cum dimissorijs suorum Superiorum poterunt ordinari à quocunque Episcopo. vide Constit. fel.rec. Clem. VIII. circa regulares ordinandos.

QVAESITVM XVIIII.

SVMMARIVM.

1 *Simplex Sacerdos ex commissione Papæ potest Ordines minores conferre.*
2 *Vbi est consuetudo possunt Presbyteri Cardinales.*
3 *Ordines sacros non possunt Abbates conferre.*
4 *In consecratione Episcopi debent tres concurrere Episcopi.*

An posset simplex Sacerdos conferre ordines minores?

1 DIC. De inferioribus ex commissione Papæ posse, vt faciunt aliqui Abbates habentes vsum mitræ, & baculi, & anulum. c. cum contingat de ætate, & qualitate. & c. requisit. de ordinat. & hæc potestas in Subditos tantum extenditur, imò olim conferebant Archipresbyteri Ceruinariæ, & Montis Herculis, ex Priuilegio, vt asserebãt in literis collationis Apostolicæ, & antiqua obseruata, & approbata consuetudine, prout vidi ego in multis Bullis antiquis. Sed post sacrum Con. Trid. cessauit

Digitized by Google

cessauit hic eorum vsus, ex quo forsan procedebant multi abusus.

2 Possunt etiam, vbi est consuetudo conferre minores Presbyteri Cardinales. Vict. de ord. num. 144. Sylu. verb. Ordo 3. qu. 2.

De ordinibus sacris, dic, etiã posse committi à Summo Pontifice Abb. in c. quantum de consuetud. vbi Innoc. Angel. v. Ordo num. 7.

3 Atque ita fuisse concessum Abbatibus Sancti Benedicti, & Sancti Bernardi. testatur Victoria, qui dicit vidisse Bullas collationis ordinum lo. ci. num. 235 licet cõtrariũ sentiant aliqui Theologi, & Canonistæ, cum quibus tenendum est.

4 Et hic nota in consecratione Episcopi debere concurrere de iure Ecclesiastico tres Episcopos, de iure Diuino autem sufficeret vnus. D. Thom. 4. sent. art. 2. q. 3. ad tertium, & vsus est, vt tres concurrant.

Casus aliquos, in quibus possent peccare examinatos infideles (quod non est credendum quia eliguntur, & eligi debent viri ab omni suspectione immunes) videat lector sub tit. de simoniac. qui si approbarent non approbandum, peccarent mortaliter, & communicarent peccatis alienis, quæ peccata sunt periculosa, quia de eis minus cogitatur, à quibus rogat Ecclesia, vt parcat Deus, Et ab alienis (inquit) parce seruo tuo. Et Apostolus inquit, Nec communicabis peccatis alienis. ad Thimoth. 4.

QVAESITVM XX.

SVMMARIVM.

1 *Promotus ad sacros ordines ante legitimam ætatem, est ipso iure suspensus.*

2 *Qui si præsumpserit ministrare in eo ordine efficitur irregularis.*

3 *Hæc suspensio durat vsquo ad absolutionem.*

4 *Ordinans vero est suspensus a collatione ordinum, & si celebrat est irregularis.*

Digitized by Google

An

An qui promouetur ante ætatem in omnibus ordinibus, & qui ordinat incurrant aliquam pœnam?

1 DIC. Quod qui promouetur ante ætatem, est ipso jure
2 suspensus, & si præsumpserit ministrare in eo ordine incurrit irregularitatem, Bulla Pij 2.

3 Et hæc suspensio non durat solummodo vsque ad superuenientẽ legitimam ætatem, sed quousque absoluatur. Tolet in Summ. lib. 1. c. 61. Rebuff. in praxi benef. p. 2. tit. de cler. ordinat. malè promot. Nec contrahitur suspensio hæc, nisi in susceptione ordinum sacrorum, non autem ordinum minorum & est communis opinio dicta constitutione Pij 2. Et ita etiam ex lectura præfationis colligitur. Tolet. loc. cit. Rebuff. l. c. Nauar cap. 25. num. 70.

4 Ordinãs vero est suspensus à collatione ordinũ, & si celebrat incurrat irregularitatem, vide Rebuff. l.c. de sent. & re iud. in 6.

QVAESITVM XXI.

SVMMARIVM.

1 *Ante legitimam ætatem promotus, & tonelcebrans cum Episcopo ordinatore, licet sit suspensus, non tamen fit tunc irregularis.*
2 *Contrarium tenet Nauarrus.*
3 *Sed prior sententia est tenenda*
4 *Quo pacto Episcopus non potest ordinare non sibi subditum ratione domicilij.*

An incurrat hanc suspensionem, & simul irregularitatem Presbyter, qui ante ætatem promouetur ad Presbyteratum, quippe celebrat cum Episcopo ordinatore?

1 DIC. Quod est sine dubio suspensus, sed non incurrit ob hoc irregularitatem celebrando. Suarez. de cens. disp.

21. sect.

Digitized by Google

31. sec. 1. Sayrus lib. 4. thes. cas. c. 16. num. 27. ac etiam
2 lib. 6. c. 12. num. 11. licet Nauar. teneat, quod concelebrãdo incurrat irregularitatem. Conc. de cler. ex. ministrante in antiquis, & iuxta hanc sententiam incurreret etiam in irregularitatem, qui promouetur ad ordinem Subdiaconatus, vel Diaconatus, ille solus, qui canit solemniter Euangelium, vel Epistolam, quia exercet actum ordinis, dum promouetur ante ætatem, stante suspensione antedicta, sed prior sententia est dignior, & cum ea tenendum, pace tanti doctoris Nauarri. & quot modis probetur ætas est videndus. Mascar. Tom. 2. Conc. 667. de probatione.

4 Notá hic, quod Episcopus non potest ordinare non sibi Subditum ratione Domicilij ad Diaconatum, si esset à suo Superiore primo ordinatus ad alios ordines, dico ab Episcopo originis ad titulum beneficij requirentis residentiam, vel titulum patrimonij pro necessitate Ecclesiæ, vel ipsius vtilitate, nisi audito primo Episcopo originis, sed ratione domicilij contracti, vt sacri Canones volunt debet Episcopus incipere à principio, nempe a prima tonsura, & sic ascendere ad alios ordines gradatim concurrentibus, & verè requisitis

QVAESITVM XXII.

SVMMARIVM.

1 *Ratione domicilij posse aliquem ordinari, si solum se transferat ad aliquem locum, animo ad ibi perpetuo habitandum, secundum aliquos.*

2 *Secundum alios debet esse comigratio cum translatione maioris partis bonorum, & animo perpetuo permanendi.*

3 *Quis potest litteras dimissoriales habere, vel promoueri ratione originis suæ, non patris, & ratione beneficij.*

4 *Potest quis ordinari ab Episcopo non suo, ratione seruitij triennalis, dummodo sine fraude ei conferat beneficium, & hoc explicatur.*

5 Ex-

Digitized by Google

5 *Episcopus ordinans non subditum sine literis dimissorialibus, est suspensus.*

6 *In aliquibus casibus excusatur Episcopus a tali suspensione.*

7 *Si delictum sit occultum potest Episcopus dispensare super irregularitate.*

8 *Quomodo potest Episcopus dispensare in irregularitate proueniente in ordinato ex defectu ætatis.*

9 *Pœnas supradictas etiam incurrunt regulares.*

Quomodo acquiratur domicilium, vt quis possit suscipere ordines ab Episcopo non suo, ratione domicilij?

1 DIC. Quod aliqui tenuerunt sufficere, vt quis se transferat in aliquem locum ad habitandum, declarando animũ suum esse ibi ad habitandum in perpetuum, itaque secundum hos potest acquiri in vno momento absque vlla expectatione temporis, quorum sententia non placet Rotæ Romanæ. decision. 150. diuers. p. 2. num. 8. quia dicit requiritur etiam aliquis actus significans animum ipsius vltra declarationem, nempe si emeret domum. Soc. cap. fin. de for. compet. num. 2.

2 Admodum R. P. Marius magister meus tenuit in pnblica lectura, quod sufficit, quando quis commigrauerit in aliquo loco habendo ibi, vel transferendo maiorem partem bonorum animo ibi perpetuo permanendi, qui animus iuramento declarari potest, vel si in eo loco domum emerit, & per aliquos annos ibi habitauerit, si vero non habet bona requiri habitationem per decennium cum animo perpetuo permanendi iuxta text. l. 2. de incol. lib. 10. C. intellige concurrentibus alijs requisitis.

3 Potest etiam quis promoueri ratione originis suæ, non patris. D D. in cap. cum nullus de temp. ad. in 6. nec non ratione beneficij, & triplex potest esse ordinarius ad hunc effectũ sed circa ordinarium ratione beneficij, vide inter alios Henriquez

Digitized by Google

quez in Summ. lib. 10. c. 22. de ordinis ſacramento, intelligę ſemper vt beneficium ſit ſufficiens ad victum ordinati. nam ita videtur conſentire Conc. Trid. ſeſſ. 21. c. 2. de riform. & eſt arbitrarius Epiſcopus, quod redditus ſufficiant victui, ſecundum Regionis abundantiã, & morem. Bona ſufficerent, & minores reditus, quia ciuitas abundant omnibus humano victui neceſſarijs, attendenda eſt etiam qualitas perſonæ, & temporis.

4 Poteſt quis ſuſcipere ordines ab Epiſcopo non ſuo, ratione ſeruitij triennalis, dummodo ſtatim, & ſine fraude ei conferat beneficium Epiſcopus cui inſeruit. Conc. Trid. ſeſſ. 23. c. 6. dé refor. ſed aduertendũ hoc habere locũ in familiaribus præſentibus ſeruitio Epiſcopi, & cum eo commorantibus, non autem ſi ſint abſentes, etiam ſi Epiſcopus eis alimenta miniſtret Maiol. lib. 4. de Irregul. c. 2. num. etiam ratio eſſe poteſt, quia Epiſcopus non poſſet cognoſcere mores familiarium ſuorum abſentium, ſicut præſentium, intellige non ſolum quoad primam tonſurã, ſed quoad cæteros ordines, & requiritur collatio beneficij, vt cauſa ipſius efficiatur ſubditus, quia prius, ſine ſaltem prima tonſura erat incapax beneficij, nam ſi fuiſſet ordinatus Clericus, ſecurius eſſet conferre prius beneficium, & poſtea ordinare. Hic etiam Epiſcopus poſſet hunc ſuum familiarẽ per tres annos dimiſſorijs ad alium Epiſcopum ordinandum mittere, ſicut poteſt Epiſcopus originis domicilij, & beneficij, ſalua correctione, quia, qui poteſt ordinare ſuum ſubditum, poteſt (eo impedito) ad alium, cum ſuis commendatorijs mittere.

Nota hic, quod Epiſcopus titularis, non poteſt ordinare ſuum familiarem triennalem, quia non habet Diœceſim, vt etiam ſupra diximus.

Nota etiam, quod Epiſcopus, qui poteſt ordinare ſuum familiarem triennalem, non poteſt cum eo diſpenſare ſuper interſtitijs temporum, neque ſi eſset illegitimus, eum habilitare ad minores ordines. Nauar. Conſil. 27. num. de temp. ordina. in antiquis.

5 Nota etiam tertio, quod Epiſcopus ordinans non ſuum ſubditum

Digitized by Google

ditum ſine his dimmiſsorijs eſt ſuſpenſus per annum à collatione ordinum. Conc. Trid. ſeſs. 23. c. 8. de reform. Sed eſt dubium ſi in collatione eorum, quos male contulit, vel ſi ab omnium ordinum ſuſpenſus ſit. Io. And. in c. 2. de temp. ord. in 6. num. 2. & ſemin. num. 5.

6 Poſſet excuſari Epiſcopus ordinans, ſi Clericus alienus furtiuè ſe ingeſſerit, vel malitioſè, vel ex ſimplicitate in multitudine ordinandorum, vel ſi Clericus alienus falſas literas præſentaſſet, qui tamen Clericus eſſet ipſe ſuſpenſus, ab executione ordinum ſic ſuſceptorum, & in illis tantum delinquitur, & pœna incurritur, & ſi ſic exerceret actum ordinis peculiariter determinatum, & aſſignatum eſſet irregularis, cum qua ſolus Papa diſpenſat; hodie diſpenſat Epiſcopus quando eſt occulta, & hodie Conſtitutio Sixti V. reducta eſt ad terminos iuris. Nau. in Man. c. 25. num. 76. & c. 27. num. 63. & illud dicitur peculiaris, qui in ordinatione aſſignatur, id etiam, quo ad minores ordines intellige. Secus eſſet, ſi non exerceret ſolemniter, ſed tanquam laicus, vt ex loco conſuetudine fieri ſolet, qui laici interdum exercent officium minorum ordinum.

7 Sed notandum, quod ſi delictum eſt occultum, poteſt Epiſcopus diſpenſare in irregularitate contracta vigore extrauag. Cum ex ſacrorum, virtute Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 6. de refor. quando verò dicatur occultum iuxta terminos Concil. Nauar. c. 25. num. 24. Maiol. de Irregul. lib. 5. cap. 51. num. 4.

8 Sed aduerte, quod quoad diſpenſationem irregularitatis contractæ defectu ætatis, in ſuſceptione ordinum non poteſt Epiſcopus diſpenſare, niſi impleta ætate, & hæc eſt ferè communis opinio. Secundo, quando ſcienter ipſum ſic ordinauit in defectu ætatis, tunc non poteſt diſpenſare, argumen. te. in c. diuerſis fallacijs de Cler. coniug. Abb. in c. pen. de temp. ord. num. 4. Tertio non poteſt Epiſcopum ſibi ipſi in talibus caſibus diſpenſare, ſi ipſe incurriſſet, ſed neceſſe eſſet ei eligere ſibi Confeſſorem inferiorem, qui ſecum diſpenſat, & illum abſoluat, & hoc caſu ille Confeſſor habet vicem Superioris. Maiol. lib. 2. cap. 2. de Irreg. num. 12. & ita declaraſſe

Digitized by Google

sacram congregationem testatur. Tolet. in Summ. lib. 1. c. 89.

9 Aduertendum etiam pœnas, vt supra extendi, etiam ad Regulares, professos, & non professos, cum quibus in interstitijs temporum, etiam dispensat Episcopus ordinans, sed Superior Regularium illum rogat in literis, vt faciat exprimendo causam necessitatis, vel vtilitatis suæ Ecclesiæ. extat Constit. Pij V. ita censuisse sacram congrationem testatur Io. Baptista confectius in sua Collectione Priuileg. & quæ dicatur necessitas, vel vtilitas. vide Gloss. in Summ. dist. 74. Zabarell. & Abb. in c. quæris de essent. & qualit.

QVAESITVM XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus, qui aliquem ordinat sine titulo, tenetur illum alere de suo.*

2 *Si ille habet vnde viuat, non potest petere alimenta ab ordinatore.*

3 *Ordinatus si patefecit ordinatori se non habere titulum, excusatur a suspensione, & potest agere contra Episcopum per alimenta, &c.*

4 *Excusatur Episcopus, quando ordinatus fuit in aliqua culpa.*

5 *Si Ministri Episcopi fuerũt in culpa contra ipsos remanet actio.*

Ad quid teneatur Episcopus, Vicarius, Archidiaconus, vel examinator Synodalis, qui vidit processum ordinandi sine titulo?

1 DIC, Quod Episcopus tenetur alere de suo, imò si ipse moritur tenetur successor, c. accepimus. de ætat. & qualit. in 6. sed si ipse Episcopus ordinator adhuc viueret, & esset translatus ad alteram Ecclesiam, ille teneretur; & non successor. Henriquez. in Summ. lib. 10. cap. 17. de sacram. ordin. §. 4. Imò si capitulum, sede Episcopali vacante dedusset dimissorias capitulum teneretur, vel si non restituerit eius Vicario in ordine

Sed

Digitized by Google

pauperis sine titulo.

2 Sed si hic habet vnde viuere posset, vel habere, vel habet patrimonium diuitem, non potest petere alimenta ab ordinatore. c. Episcopus. de præben. vide Nauarrum de eo Clerico, qui se ordinare fecit cum vero titulo sibi donato, sed ære alieno oppresso plus quam valet. Consil. 13. de temp. ord. in antiq. & in noui. vide Consil. 18.

3 Nota hic, quod ex doctrina P. Marij ordinatus excusatur à suspensione ob carentiam tituli, quando ordinatus patefecit Episcopo se non habere titulum, & adhuc ordinatus fuit, vel quando patefecit se non habere sufficientem, & potest agere contra Episcopum per complemento. Franc. in c. si Episcopus de temp. ord. num. 3. quo supplemento non habito, non potest ascendere ad ordines Superiores, sed si deficeret parum pro sufficienti titulo, non esset suspensus ille ordinatus, quia parum pro nihilo reputatur, & in hoc non potest dari certa regula, sed est arbitrarium Episcopi, considerata persona, loco, & tempore, vt etiam supra dictum est. Nauar. pro hoc Clerico Consil. 18. de temp. ord. in antiq. & in nou. consil. 23.

4 Excusatur etiam Episcopus, quando ordinatus fuit in culpa exponendo patrimonium falsum, & decepit Episcopū per falsas probationes, quibus Episcopus verisimiler credere debuit & in hoc casu ipse ordinatus est suspensus, & ordinator ad nihil tenetur. Nauar. consil. 14. & consil. 47. de temp. ord. in antiq. Sed in hoc Toletus contradicit.

5 Quando verò Episcopus commisit diligentiam faciendam suo titulo eius Vicario, vel alijs, vt supra, nempe Archidiacono, vel vni ex examinatoribus, & illi, vel non fecerunt diligentiam, vel deceperunt Episcopum, & sic fuit ordinatus quis sine titulo, tunc actio pro alimentis est contra ipsos, & in Subsidium contra Episcopum. Gloss. in cap. ad hæc. de offic. Archid. Sylu. verbo Archidiaconus q. 8.

Digitized by Google

QVAESITVM XXIIII.

SVMMARIVM

1 *Qui retroceſſit donationem antea factã, præcedente ordinem eſt ſuſpenſus ab ordine, & donatio fuit facta ad finem ſuſcipiendi ordinem.*

2 *Idem dic de Clerico, qui ſimpliciter retrocedit donationem, & poſtea facit ſe ordinare.*

3 *Alij dicunt quod iſte non eſt ſuſpenſus, quia illa retroceſſio nulla eſt.*

4 *Licet ſit ſuſpenſus, qui fictè fecit ſibi donari, &c.*

5 *Sic ordinatus ſuſpenſus, & irregularis, & his abſolutus non poteſt ad ſuperiores ordines aſcendere, niſi ſibi prouideat de nouo titulo.*

6 *In his delictis, ſi ſint occulta, Epiſcopus diſpenſat.*

7 *Pauperes Clerici poſſunt ordinari ad titulum ſeruitii perpetui alicuius Eccleſiæ.*

An incurrat ſuſpenſionem, qui ex pacto prius, vel ante inito retroceſſit donationem ſibi factam tituli, & poſtea ſe fecit ordinare?

1 DIC, Quod ſi pactum de recrocedendo, vel reſtituendo, vel de non petendo, præceſſit ordinem, incurrit ſuſpenſionem ab ordine, vt habetur in c. per tuas el. 3. de ſim. Nau. in Man. c. 27. num. 154. Sayr. lib. 4. theſ. cap. 15. num. 23. & hoc intellige, quando donatio fuit facta ad finem ſuſcipiendi ordinem, ſecus quando fuiſſet facta ſimpliciter, & quod pactum ſit factum cũ donatione, & non cum alijs, quia pænæ ſunt reſtringendæ, & non ampliandæ, vt clari iuris eſt, & in hoc caſu non fit extenſio.

2 Sed ſi donatio fuiſſet facta ſimpliciter, & Clericus, ſiue ex pacto, ſiue voluntariè retroceſſerit illã ante ordinationẽ ſecreto, & poſtea nulla facta mentione de retroceſſione iam facta, ſe fecerit

Digitized by Google

fecerit se ordinari, hic incurrit suspensionem, quia titulo facto, imò nullo, suscipit ordines.

3 Sed aliorũ sententia est, quod qui renunciat donationem, seu retrocedit, non incurrit, quia illa retrocessio nulla est. ex Conc. Trid. sess. 21. c. 1. c. de reform. quia sine licentia Episcopi. non potest alienari titulus, cuius vigore quis ordinatus
4 fuit. Sed qui fictè fecit sibi donari ad finem, vt donatores essent immunes à Gabellis, & ipse Clericus haberet tantum nudum nomen, & re vera donatio facta esset, & ipse nil de ea perceperit vtilitatis, si postea ad illius titulum ordines suscepisset absque donatorum consensu ipse Clericus incurreret suspensionem, quia sine titulo, vel cum eo ficto. Adde, quod, qui Clericus cum ficto titulo, & literis dimissorijs subreptitijs se fecisset ordinari, duplicẽ incurreret irregularitatem, & ratio est, quia cum habeant titulum, vt patet, literæ dimissoriæ fictæ sunt quia Episcopus in cõcedendo eis se fundat super titulo, & hic est fictus.

5 Nota hic, quod qui ordinatus sine titulo, & suspensus, & Irregularis, si est absolutus ab hac censura, & macula, si postea non prouideret sibi de nouo titulo, non posset ascendere, ad ordines Superiores, quia quilibet ordo, requirit titulum, vt ex sac. Conc. Trid. dicit, Nequis ad sacros Ordines promoueatur. Sed Henriquez in Summ. l. 10. de ordin. sacram. cap. 17. tenet, posse Episcopum cum hoc dispensare, vt ascendat ad superiores ordines ne cogatur mendicare, cum ad sæculum redire non possit præsuppositio, quod sit ordinatus ad primum ordinem sacrum, sed Suarez tenet omnino hunc talem debere sibi prouidere de nouo titulo, aliàs non posse ad superiores ordines ascendere. de cens. dist. 31. sect. 1. num. 39.

6 In omnibus his delictis, si sint occulta, Episcopus dispensat, ex Conc. Trid. c. si quis esset iam offertus Sacerdos sine titulo & cum eo dispensat vigore Concil. si est occultum delictum. Adde, quod in pactis antedictis de retrocedendo titulum donationis factæ, vel de non petendo, & stante hoc pacto clericus ordinatus fuit nullum interuenit (strictè loquendo) simoniæ

Digitized by Google

labes, nec illa, quæ vocatur confidentialis, & D D. qui dicunt contrarium, sunt intelligendi de simonia large dicta. Butrius in c. per. de sim. & in eo Anani.

7 Adde hic pro pauperibus Clericis, posse, qui non habent, nec beneficia, nec bona, promoueri ad titulum seruitij perpetui alicuius Ecclesiæ certè, cui inseruiat, & de eius redditibus sibi sufficientibus viuat, & talis Clericus dicitur deuinctus illi Ecclesiæ. Armil. lib. 4. de irreg. c. 16. num. 2. & hic certè Ecclesiæ assignatus à nullo Episcopo est recipiendus, quia illi Ecclesiæ seruito defraudaretur, ita testatur Paris censuisse Sacr. Congreg. 2. de resig. qu. 6. num. 34. & extat Breue Sixti V. directum Patriarchæ Veneto. Et pro horum confirmatione in Diœcesi Beneuentana in Ecclesijs receptitijs, quæ multæ sunt in partæ Vallis fortoris, multi ordinantur ad titulum portionis Ecclesiæ, sed quia in aliquibus non sufficit, additur etiã patrimoniũ. Steph. Qunanta quater decies laudandus in suo Sum. Bull. de sacram. ord. testatur de bona praxi Curiæ Episcopalis Neapolit. quæ est, vt in instrumentis huiusmodi pro sucipiendis sacros ordines apponatur clausula iuramento, tam per donatorem, quam per Clericum recipientẽ vallata, quod illa donatio non est ficta, sed vera, &c. & quod non præcessit, nec subsequetur pactum de retrocedendo, & ego alibi, quod si præcessit, vel subsequetur ex nunc, pro vt ex tunc dant pro Cassо. & irri. &c.

Meminerint tandẽ Reuerendissimi Episcopi, vt bene aduertant, quæ sit vera vtilitas, vel necessitas pro dispensandis interstitijs, quod sit delictum occultum irregularitatis, pro ea etiam dispensanda, & quod in titulo patrimonij requiritur ipsius Episcopi dispensatio, & quod non relaxent ius sine bona causa, & nemini cito manus imponant, cum Apostoli dictũ, ne communicent peccatis alienis, vt supra etiam dictum est, à quibus rogat eum, vt Deus parcat seruis suis.

DE

Digitized by Google

DE EXAMINE

QVOD FIERI POTEST, ET SOLET TAM initiandis ad primam Tonſuram, quam promouendis ad Ordines, & approbandis ad audiendum ſacras confeſſiones, & aſſumendis ad Parochiales.

Circa initiandos prima tonſura.

AN ſint confirmati, & qui fuerunt eorum Patrini, & ſint nè de legitimo matrimonio procreati, de quo fidem aſſerant, ſi ſciunt fidei rudimenta, & accedunt ad diſcendum ſingulis diebus feſtiuis in ſcholam, vel in Eccleſiam vbi leguntur, & legi debent, ſi ſciant orationem Dominicalem, Angelicam, ſalutationem, præcepta Decalogi, & Antiphonam, Salue Regina, & ſi ſciant inſeruire miſſæ, ſi ſciant ſcribere, legere competenter, & de ſupra quæſitis fiat experimentum, ſi fiant Clerici ad euitandum forum ſæcularem, & ſæculares functiones, & ſi intendant perſeuerare in via, quam elegerunt, ſi ſint ætatis legitimæ, & cui Eccleſiæ volunt adſcribi pro pro ſeruitio, & ſi deferant habitum, & tonſuram, vt tenentur.

Circa promouendos ad minores ordines.

SI habeãt ſuperpelliciũ, & veſtem Clericalem gerant, & tõſuram, ſi confiteantur ſemel in menſe, & vbi, ſi ſciant doctrinam Chriſtianam, vel ediſcant, vel doceant alios coadiuuado Parochum, ſi intelligant linguam latinam, de quo fiet experimentum, ſi inſeruierunt Eccleſiæ, cui fuerunt aſcripti, & afferant fidem, ſi habeant annos requiſitos, ſi ſciant quot ſunt ordines, & officium cuiusque, & fiet experimentum. Si teneantur recitare horas Beatæ Virginis, poſt ſuſceptos ordines, vt imponatur ab Epiſcopo. Si eſt alterius Diœceſis, & habent literas

Digitized by Google

dimissoriales, & hi poterunt examinari iterum, & si fuerint dimissi approbati ab eorum Superiore.

Circa promouendos ad ordines Subdiaconatus, & Diaconatus.

SI videbitur Domino examinatori poterit interrogare, etiã super aliquibus ex antedictis, & deinde ad quem titulum volunt promoueri Diaconi, de quo constare faciant, quod sit sufficiens illorum victui, & si promouentur ad titulum beneficij illud postea resignare non possunt, nisi constet aliunde posse viuere, sed si ad titulum patrimonij, requiritur dispensatio Episcopi, nec illud possunt alienare, vt supra, si sint irregulares, aut quomodocunque inhabiles, si habent ætatem requisitam, de quo offerant authenticam fidem, si se exercuerint in ordine inferiore, & quanto tempore, si saltem semel in mense confessi sint, & communicauerint, in habitu, & tonsura Ecclesiæ, cui fuerunt ascripti, de quo afferant fidẽ, & si habeant superpellicium iuxta constitutiones aliquarum Ecclesiarum, si habeant possessum de vita, & moribus, & natalibus post publicationem in Ecclesia de eorum desiderio, iuxta dispositionem sac. Conc. post hæc fiet experimentum de eorum sufficientia, & literatura super declaratione alicuius collectæ ex difficilioribus Missalis postea etiam Chatechismi Ecclesiæ, Homilias Breuiarij, & nisi saltem latine, & Grammaticaliter intelligant, & construere sciant, haud admittendos censerem.

Deinde examinentur. de numero sacramentorum Ecclesiæ, quomodo inter se differant, quot sint ex eis irreiterabilia, & quare, quid sit ordo, quot sint ordines, quomodo distinguantur, an sint plura sacramenta, vel vnum, & ordo susceptus, quẽ effectum operetur in anima promoti, interrogentur de officio Subdiaconi, vel Diaconi, & de materia singulorum ordinum, & an imprimant characterem, & quid sit character an sciant recitare officium Diuinum, & non recitans, quod peccatũ committeret, an sciant in quam pœnam incurrunt, si promoueantur

Digitized by Google

tur ante ætatem, & vtrum sint ipso iure suspensi, & ministrantes sint irregulares, an operam dederint Cathechismo Romano, an vacent literis humanioribus, ex quo magistro, quos libros spirituales legendos retinēt, & qualis debeat esse vita, & partes Clerici Deo dicati, & an post susceptum primum sacrum ordinem redire possit ad sæculum, quod intimetur illi, nō posse, & ideo cum ordinandis ad sacrum Subdiaconatus ordinem exactior, diligentia adhibenda est super eorum sufficientia, quia ianua ad sacros ordines, à qua retrocedere non licet.

Promouendi ad sacrum ordinem Presbyteratus interrogandi sunt.

QVot sint sacramenta Ecclesiæ, quis author eorum, quomodo differant à sacramentis veteris legis, quæ requirantur de essentia in quolibet sacramento, Et quis effectus sacramentorum, quæ administrare habeat Parochus, quæ materia, & quæ forma Baptismi, Eucharistiæ, Pœnitentiæ, & extremæ Vnctionis, & an sit necessarium ad salutem sacramentum Vnctionis extremæ, & à quibus administrari possit, & à quibus nequaquam. Quæ sint sacramenta reiterabilia, & quæ non possint reiterari, & quare, & vtrum omnia septem sint de necessitate salutis, & vt definient vnumqnodq; sacramentum, & quæ regulariter pœnitentia imponenda sit pro peccatis, & qualis, & quo ordine poterit procedi in faciendis interrogationibus in confessione, & in qua ætate videatur eis posse pueros admitti ad communionem, & qui non sint sepeliendi in Ecclesia, & an sciant præcepta Decalogi, & quæ pertinent ad cultum Dei ex eis & quæ respiciant proximum, quomodo differant præcepta negatiue ab affirmatiuis, quæ sint præcepta Ecclesiæ, quibus temporibus interdicuntur nuptiæ, & quid præcipuè tunc censeatur prohibitum.

Interrogentur deinde de articulis fidei, de virtutibus, de donis Spiritus sancti, de operibus misericordiæ, interrogentur quæ contineantur sub vna, & altera specie Eucharistiæ, & an

ipsa

Digitized by Google

ipsa Eucharistia sit sacramentum, & sacrificium, & quando sacramentum, & quando sacrificium.

Interrogentur super aliquibus defectibus, qui accidere solent celebranti, & de significatione vestimentorum Sacerdotalium, & an oporteat celebrantem esse ieiunum, & an possit comedere statim post missam, aut statim saliuam emittere, & an omnes Sacerdotes ineorum promotione recipiant potestatem clauium, & quales sint claues, & in quo consistant, & quod sit peculiare, & proprium officium Sacerdotum, & ad quem finē celebrare debeant, saltem in diebus festiuis, & ante omnia interrogatoria exhibeant literas testimoniales, de ætate, vita, & moribus, de confessione, de perceptione Eucharistiæ, de seruitio præstito Ecclesiæ, cui fuit ascriptus, & de alijs requisitis, & notandum, quod futuri Sacerdotes debent esse idonei ad instruendum populum ea, quæ scire necessarium est ad salutem omnibus, & quæ faciunt ad rectam administrationem sacramētorum.

Sciant hic Clerici, quod non possunt in testes recipi coram iudice laico, sine licentia Superioris. Abb. in cap. Si quis testium. & in cap. cum. Nuncius de testibus, fallit, si Clericus laborat morbo pestilentiali, vel esset in loco infecto, quia tunc absquē licentia sui Superioris potest in testem produci. Ripa. in tract. de peste sub rub. de Priuileg. Iudic. num. 45. Et quod si Clericus suadet mutari testamentum, est excommunicatus. Clem. p. de priuil.

Circa futuros Parochos.

SCiant futuri Parchi, quod eis conuenit decimarum exactio in territorijs ejus Parochiæ, & habeant intentionem fundatam in iure exigendi, imò possunt prohibere, vt non colligātur fructus sine eorum præsentia, vt in decis. Balb. 59. imo possunt apponere custodes in agro p custodia fructuū subiectorū decimæ. Capp. in decis. 432. in addit. fallit, quando non adesset talis consuetudo Guidon. Papæ decis. 283. Sed si hæc consue-

Digitized by Google

consuetudo esset occasio furti nõ esset obseruanda. Rot Rom. in vna segobien. 1583. In Regno Neapolitano obseruatur, vt apponantur custodes de Franc. in decis. 217. & Anna. in allegat. dccis. 90. & ideo rigorosa examinatione sunt examinandi.

Primo poterunt interrogari de proprio eorum munere, de simonia, & quot modis comittatur circa beneficia, & de pœnis simoniacorum, & vtrum liceat Curatis ruralibus sine prævia confessione celebrare, cum non habent copiam confessoris, & in quo casu, & si teneantur restituere ipsi Curati, cum bona Ecclesiæ dilapidant, & si distrahant, aut malè alienant, in quod incurrant, & an teneantur eleemosinas amplas erogare ipsi beneficiati, & si teneantur reparare fabricam Ecclesiæ, & augere pertinentia ad cultum Diuinum, an teneatur Parochus prædicare populo, & si sciat exponere Euangelium, de quo fiet experimentum, an itendant residere, & videatur, an sit habilis ad residendum, & interrogentur de pœna non residentium, & de pœna permittentium occupari jura Ecclesiæ, à quocunque, interrogentur, si intendant per se, seu per alium exercere curam animarum, & de praxi in administratione sacramentorum, quæ pertinent ad Parochum.

Interrogentur, quomodo se gerere debeant, quando puer defertur ad Ecclesiam baptizandus, & quid primo interrogare debeat, & an puerum baptizatum domi debeat à Parocho sub conditione baptizari, & in quo casu debeat sub conditione baptizari, & quomodo, Interrogetur de materia, forma ministro ordinario, & extraordinario baptismi, de eius effectu, quid sit Chatechismus, & exorcismus in Baptismo, & de impedimentis quæ causantur in matrimonio, quid Baptismus, & quotuplex, quot debeant esse patrini, an baptismus possit esse nullus interruptione, seu variatione, seu alteratione, aut subtractione, vel additione verborum ad formam, quid faciendum cum puero inuento in nemore, si nullum appareat inditium fuisse baptizatum, & hæc super sacramento Baptismi.

Interrogentur super sacramento Eucharistiæ, an debeat in pixide sæpe renouari, & quare, & quando, quæ materia, quæ forma

Digitized by Google

forma, qui minister,& qui effectus principalis huius sacramenti, vtrum essent consecratæ omnes Hostiæ,si Sacerdos intenderet consecrare vnam partem Hostiæ continue, sine altera, an possit celebrare coram excommunicato, vel prosequi eo adueniente, & quid faciendum, si nollet exire, quid faciendum, si in sumptione aduertat loco vini fuisse positam aquam, vtrum possit eidem infirmo in eadem infirmitate pluries dari communionem,& vtrum possit dari infirmo non ieiuno, & quibus cæremonijs debeat deferri Eucharistia ad infirmos, & quæ obseruanda.

Interrogentur super sacramento Matrimonij, & primo vtrū sit verum Matrimonium sine Parocho, & testibus, etiam si fiat coram multis personis,de impedimentis, quot, & quæ dirimāt vel non dirimant contractum, in quibus impedimentis possit Episcopus dispensare, intra quem gradum non possit contrahi ratione impedimenti consanguinitatis, vel affinitatis, contractæ per fornicationem, vel per publicam honestatem, & vtrum hodie sponsalia per copulam subsequutam transeant in matrimonium, & vtrum contrahentes in gradu prohibito sint excommunicati, & qui ritus, & cæremonie sint obseruandæ in celebratione matrimonij.

Interrogentur deinde super sacramento pænitentiæ,vt quot sint partes pænitentiæ, & quæ integrales, & essentiales, quot partes confessoris, et quæ, et quanta debeat esse eius scientia, quæ forma vtatur in absolutione, quos libros habeat pro hoc munere obeundo, vtrum habeat apud se casus reseruatos Episcopo, et in Bulla Cænæ Domini. & an legerit edicta Sanctæ Inquisitionis, per quæ solet publicari reseruatio casuum in aliqua Prouincia. Quot, & qui sint casus Papales in Cæna Domini,& alibi reseruati,& de differentia inter se,& in quo casu possit Sacerdos absoluere à reseruatis, etiam Papæ,& quem ritum obseruare debeat in absolutione, in articulo mortis, an absoluat pænitentem, quem aduertit non esse contritum, nec sufficienter attritum, quid sit contritio, quid attritio, quid confessio, quid satisfactio, & eius partes, quam imponat pænitentiā,

pro

Digitized by Google

pro blaſphemia, & alijs grauioribus criminibus, an aliquando legerit Conones pœnitentiales, an ſit vtile, vt quis ſæpè confiteatur eadem peccata, quo tempore quis tenetur confiteri ex præcepto Eccleſiæ, & an teneatur aliquando ſæpius, in quibus caſibus debeat reiterari confeſſio, & quæ ſint eius conditiones, & circumſtantiæ, & quæ circumſtantiæ ſint neceſſario explicandæ, & vtrum ſit explicandus neceſſario peccatorum numerus, et quomodo explicandæ ſint circumſtantiæ peccatorum cordis, et ſi quis incidit in idem peccatum, quomodo debeat explicare, ſi non confiteatur eidem confeſſori, ſed alteri.

Deinde quid ſit peccatum interrogentur, et quotuplex, quot peccata capitalia ex genere, et quæ peccata in ſpiritum ſanctum & quomodo interrogabit pœnitentes ſuper præceptis Decalogi. In quibus caſibus eſt facienda reſtitutio, quid ſit vſura, & quomodo differat ab intereſſe, an vſura mentalis obliget ad reſtitutionem, an qui non reſident in beneficijs requirentibus reſidentiam, vel non recitantes Diuinum officium beneficiati, vel ſimoniacè adepti beneficia, teneantur reſtituere fructus, & reſignare beneficia ipſi ſimoniaci, an Gabellarum prohibitarum exactores teneantur reſtituere, & quibus, & an teneantur reſtituere, qui defendunt vſurarios in Iudicio, niſi reſtituerint ipſi vſurarij parti læſæ.

Interrogẽtur ſuper cenſuris, quid ſit excõmunicatio, quotuplex, & quæ prohibeantur excommunicato, & quæ concedãtur, & an omnes ſint euitandi, quid operetur interdictum Eccleſiaſticum, quid ſuſpenſio, & num ſi moriatur quis in interdicto, poſsit ſepeliri in Eccleſia, & an pœnitentia remittat ſemper omnem pœnam, & an fiat quis de attrito contritus, & an abſolutio data à Superiore ſuper reſeruato, ſit ſacramentalis, & ſi dicatur confeſsio illa integra, & an poſsit dari abſolutio ſub conditione.

Interrogentur ſuper decimis, tam prædialibus, quam perſonalibus, & mixtis, & quid ſit ius decimandi, & quomodo decimetur in hac futura Parochia, & ſi decima ſit de iure Diuino, vel poſitiuo, & hic notent Parochi, quod ſi quis Parochus exi-

git

Digitized by Google

git decimam prædialem, & eius Parochianus seminat porros, seu alios fruges, quæ transplantari solent in vna Parochia, deinde plantat in alia, debetur decima vtrique. Ioannes Andreas extra de Reg. Iur. c. qui prior lib, 6. quem refert Iohan. Fab. in §. si Titius. num. 2. Instit. rerum diuis. Intellige, quando decimæ soluuntur omnium fructuum, et eo casu debentur etiã de palea, nisi aliter declarauit consuetudo. Guido Papa singul. 703. grauet consil. 21.

Notet hic etiam Parochus, quod habens domum amplam, cuius vna pars est in vna Parochia, & altera est in alia Parochia, & domus est vnica, vt puta, si facta esset ex pluribus domibus, Dic, quod decima debetur illi Ecclesiæ, vbi opera facit habitator, vt vbi recipit sacramenta. Rotfredus Beneuentanus in titulo de libellis super iur. Pontif p. 4. de diuis. decim. num. 3. Quando autem hæc domus haberet duas portas, vt est domus mea, debetur decima Parocho illius portæ, per quam intratur, & exitur, nisi aliter consuetudo vellet, quæ plurimum valet in decimalem solutionem.

Interrogentur deinde super sacramento extremæ vnctionis, de materia, forma, ministro. effectu, institutione, de partibus infirmi inungendis, & num debeant simul concurrere verba, & inunctiones, num debeant vngi amentes furiosi, pueri, suspendendi, aut vulnerati, vel qui non petierunt, & num posset iterari in eadem infirmitate, si ad eundem articulum deuenerit infirmus, quare forma huius fiat deprecatiua inter omnes alias formas sacramentorum.

Multa ex his poterunt pœnitentes habere ex hac lucerna in locis proprijs, cæterum videant Summ. in verb Confessor. per totum in verb. confessio. tertio in verb. contritio, confessio, & satisfactio. Quarto in verb. pœnitentia. Quinto in verb. peccatum, Sexto, in verb. præceptum. Septimo, in verb. vsura. Octauo, in verb. restitutio. Nono, in verb excommunicatio. Decimo, in verb. interrogatio. Vndecimo, in verb. suspensio, & interdictum. Duodecimo, in verb. matrimonium. Decimotertio, in verb. absolutio. Decimoquarto, in verb. nuptiæ. Decimo-

Digitized by Google quinto,

quinto in verb. beneficium. in verb. simonia. Secunda, in verb. Clericus. in verb. Baptismus. in verb. residentia. verb. simonia. verb. superstitio, &c.

Et hic notandū, quod peracto examine renuncientur quot quot nisi fuerunt idonei ætate, moribus, doctrina, prudentia, & aliis rebus ad Ecclesiam gubernandam necessarijs, & ex his Episcopus eligat, quem iudicauerit magis idoneum, quia ad ipsum spectat eligere, nam Concilium dicit, quem cæteris magis idoneum iudicauerit, sess. 24. c. 18. Examinatores autem tantum habeant proponere, & renunciare vnum, vel plures idoneos, & à mala electione Episcopi datur appellatio per reiectos ad Metropolitanum, aut aliàs ad sedem Apostolicam iuxta Bullam in conferendis Pij V.

Hic vero notum volo esse benigno lectoti, non proposuisse me hunc ordinē interrogandi DD. examinatoribus. Scio enim non eligi ad tale munus exercendum, nisi peritissimos viros, & per se satis sufficientes, & expertos, in interrogationibus, vt in congregatione examinum huius Metropolitanæ Ecclesiæ Beneuentanæ, in qua spatio ferè triginta annorum (licet immeritò) connumeratus fui, sed examinandis prodesse mentis meæ fuit, hoc enim modo poterunt materias reuidere, tam in hac Opera, quam in notatis locis Summistarum, & sciatur non esse præscriptum DD. Examinatoribus hunc, vel illum modum seruasse in interrogationibus faciendis, dummodo non transcendant materiam, de qua agitur, sed interrogare posse ad libitū, pro decegenda sufficientia approbandi.

Notet hic obiter, quod Rector Ecclesiæ Parochialis officio probationis sumitur. c. Tua nos. de Cler. ægrot. dicitur medicus animarum. Abb. in cap. omnis vtri. de pœnit. & remiss. dici potest Pastor Archidiac. & pœnit. cap. licet Canon. de elect. in 6. Et quilibet Clericus habens Ecclesiam, potest dici maritus ipsius. Abb. in c. dudum. de electione il 2.

Poterit etiam interrogari, quot libros habeat, & præcipiatur vt saltem habeat Sacram Bibliam, aliquam Summam casuum conscientiæ, Concilium Tridentinum, & Chathechismum Romanum

Digitized by Google

manum, & aliquam expositionem super ceremonijs, & mysterijs missæ. Placuit etiã hic inferere, quod Parochus solitus dispensare Candelas in festo purificationis B. M. V. recusare non potest. Fed. de sen. cons. 155. Rolan. Cauagl. in decis. consult 76. lib. 2. num. 14. & audiui adesse etiam ordinem sacræ Congregationis, quem non vidi. Sed ita docuit Illustrissimus D. Maximilianus Archiepiscopus Beneuentanus fel. mem.

Imponatur futuro Parocho, vt habeat librum, in quo notet Baptizatos cum nominibus, & cognominibus patrinorum, quẽ librum penes se retineat, nec alteri facilè credat, sic etiam librũ matrimoniorum, item librum confirmatorum, librum mortuorum, & librum status animæ suæ Parochiæ, quos libros exhibebit Visitatori in visitatione, & si per alium baptizari contigerit, manu illius describantur, & non manu clerici, vel alterius priuatæ personæ.

Placuit hic inferere Canones pænitentiales, pro instructione futurorum Parochorum in generali, in impositione pænitentiæ sed in particulari relinquitur totum arbitrio prudentis Confessoris, quæ pænitentiæ pro publicis criminibus secundum aliquos imponebantur.

CANONES PAENITENTIALES.

PRIMVS est, Presbyter, qui commisit fornicationem, permaneat decem annos inclusus in aliquo loco, & indutus sacco, & humi prostratus misericordiam imploret, & hoc primis tribus mensibus vtens tantum ad vitam sustentãdam pane, & aqua, exceptis Dominicis, & Festis præcipuis, in quibus licebit vti modico vino, piscibus, & leguminibus, post dictos tres menses licebit exire de loco, in quo fuerat inclusus, non tamen in publicum, hinc intellige, q̃ huiusmodi pænitentiæ de publicis peccatis imponebantur, postea

Digitized by Google

ſtea expleat vtens tantum pane, & aqua vnum annum cum dimidio, exceptis Dominicis, & feſtis, in quibus licebit vti vino, ſanguine, caſeo, ouis, & ſimilibus, & finito anno admittebatur ad communionem, & ad pacem, & ad intereſſendum Choro cum alijs Fratribus, ſed in vltimo loco, nec permittebatur accedere ad cornu Altaris, ſed tantum exercere officia minorum ordinum: deinde vſque ad cõplementum ſeptem annorum debebat ieiunare tres legitimas ferias, ſcilicet diem lunæ, mercurij, & veneris, exceptis diebus paſchalibus, & hoc in pane, & aqua, & die lunæ poterat redimere, dicendo vnum pſalterium, vel elargiri pauperi denarium, nempe decimam partem aurei, & ita complere ſeptem annos in pœnitentia, poſtea vero poterat Epiſcopus eum remittere in priſtinum gradum, cum hoc tamen pacto, vt tribus annis ſequentibus ſemper ieiunet in ſexta feria in pane, & aqua.

Quæ pœnitentia imponenda eſt Presbytero de omnibus alijs peccatis, quæ depoſitionem mærentur, & ſic intellige non ſolum de ſimplici fornicatione, ſed ſecundum Raymundum etiã de adulterio, vel inceſtu.

2 Secundus, Presbyter, qui cognouit filiam ſpiritualem, vel ex Baptiſmo, vel ex confirmatione, vel ex confeſſione, debet pœnitere duodecim annis, & debet deponi, ſi crimen eſt manifeſtum, & debet peregrinari quindecim annis, & poſtea finire vitam in monaſterio, & ſi eſſet Epiſcopus, debet pœnitere quindecim annis, & ipſa mulier debet omnia bona dare pauperibus, & conuerſa finire in Monaſterio 30. q. 1. Si quis Sacerdos, & cum debet.

3 Tertius Qui cognouit filiam ſuam ſpiritualem, vel matrem, ſeptem annos itidem ei conſentientes. 30. q. 3. c. Si oportet.

4 Quartus, Qui contrahit cum deſponſata alij per verba de præſenti, ieiunet quadraginta diebus in pane, & aqua, & ſeptẽ annis ſequentibus pœniteat, & hoc dimiſſa deſponſata, extra. ſponſ. duor. c. accepiſti.

5 Quintus, Qui cognoſcit duas commatres, vel ſorores, ſiue vxor viuat, ſiue non, pœniteat ad minus ſeptem annis 30. q. 4. c. Si Pres-byter.

Digitized by Google

6 Sextus, qui cognouit monialem, siue deuotam, pœniteat decem annis, & totidem ipsa, prout habetur in causa 27. q. 1. c. de filia, & deuota.

7 Septimus, Qui ignoranter cognouit duas sorores, vel matrem, & filiam, vel amitam, & nepotem, pœniteat septem annis, si autem scienter, priuetur perpetuo coniugio. 34. q. 1. c. Si quis cum duabus.

8 Octauus, qui duxit vxorem eam, quam polluit per adulterium, pœniteat quinque annis. 31. q. 1. c. Si qua vidua.

9 Nonus, Qui peccauit contra naturã, si est Clericus debet deponi, vel tradi Religioni, si appareat corrigibilis, & in monasterio in pœnitentia vitam finiat, si est laicus fiat alienus à consortio fidelium, vsque ad condignam satisfactionem, extra de excess. prælat. & Clerici, & peccare contra naturam ex sententia Augustini est, vt si vir vtatur membra mulieris ad vsum non concessum, quod quidem vitium est maius, quam cognoscere matrem, vt habetur in causa 32. qu. 7. c. adulterij. vbi dicitur, quod adulterium vincit fornicationem, adulterium verò, cum est incestus, & incestus vincitur à concubitu cum matre, sed hoc vincitur à peccato contra naturam, vt supra, quod quidem secundum Raymundum vocatur etiam Sodomiticum, & secundum aliquos peccatum innominatum.

10 Decimus, qui coiuerit cum brutis pœniteat septem annis, sicut etiam, & qui incestum commisit 32. q. 2. c. hoc ipsum.

11 Vndecimus, qui presbyter interest clandestinis nuptijs suspẽdatur per triennium, & si culpa exegerit, grauius puniatur. c. responsa extra de clandest.

12 Duodecimus, Qui violauerit votum simplex, tribus annis pœniteat. c. Si vir. 27. destin.

13 Decimustertius, Qui celebrauerit in excõmunicatione, pœniteat per tres annos, & secunda, quarta, & sexta feria à vino abstineat, & carne. 11. q. 3. c. de his, & si degradatus celebrauerit. vide pœnam in cap. accedens. distin. 50.

14 Decimusquartus, Homicida voluntarius deponatur sine spe restitutionis, & pœniteat septem annis c. miror. 50. distin.

Deci-

Digitized by Google

15 Decimusquintus, Homicida casualis, si culpa casum præcesserit, pœniteat quinque annis aliter non nisi ad cautelam. cap. eos, & c. duobus, & c. sequentibus. dicta dictin. 50.

16 Decimussextus, Quod homicida propter necessitatem euitabilem, pœniteat duobus annis. c. de his. dist. 50. sed si esset ineuitabilis, licet in nullo sibi imputaretur, quo ad culpam tamen, bonum esset pœnitere ad cautelam ad ostendendam innocentiam c. 2. extra de homicid. & in hoc potest distingui, si culpa præcesserit necessitatem, vel non, & qui occidit latronem occultum, quem viuum capere potuit, quadraginta dies priuetur ingressu Ecclesiæ, & pœniteat iuxta notata. extra c. 2. de homicid.

17 Decimusseptimus, Qui matrem occidit, pœniteat decem annis, secundum formam traditam. 33. q. 2. c. latorem. Qui vxoricida est, grauiori pœna pœniteat, nec mireris, quod pro maiori delicto, quod est matricidium minor pœna imponitur, quam pro vxoricidio, quia homines sunt promptiores ad occidendũ vxores, & sorores, quam matres, & ideo hæc pœnitentia est etiã præseruatiua in futuris, licet Durandus teneat in repertorio esse maius peccatum vxoricidium, quam matricidium, sed melior est sententia D. Bonauenturæ in 4. sent. & aliorum, qui tenent oppositum.

Hic nota, quod qui interficit filium scienter debet imponi ei maior pœnitentia, quod pro alio homicidio. argum. extra de homicid. c. vltimo, & si pater sit Clericus, debet ei imponi grauior pœnitentia, quam laico, non tamen publica, nisi casus sit publicus. extra eod. tit. c. quæsitum. Sed si ignoranter interfecerunt, & casu fortuitò in nullo tenentur, & in dubio debet iudicari casu fortuitò contingisse, sed si culpa præcessit casum, tunc debent pœnitere, & tanto plus, quanto grauis fuit culpa, vt si parentes posuerint in medio eorum infantulum in lecto, & oppresserint, tunc ad arbitrium pœnitentiarij quinque annis, vel septem pœniteant. c. si qua fœmina. dist. 50. & si res sit publica, publicè pœniteant, si occulta occultè, & maior si in lecto, quam si in cunis suffocetur, pœnitentia imponatur, &

Digitized by Google

maior Presbytero græco, quam latino, vt habetur in dicto cap. quæsitum. extra de pœnis, & cum culpa fuit leuis, leuior pœnitentia imponatur, monendi sunt ergo parentes, vt infantes in eorum lecto non collocent. vt 11. q. 5. c. consuluisti.

Hic nota exponentes pueros grauiter peccare, & moniatibus expositis esse homicidas, & grauis pœnitentia consideratis circumstantijs imponenda est, sequuta morte.

18 Decimusoctauus, Qui occidit Presbyterum, pœnitentiam agat duodecim annis extra de pœnit. & remiss.

19 Decimusnonus, Qui iniustè accusat proximum ad mortem, pœniteat quadraginta diebus in pane, & aqua, & septem annis ieiunet si occidatur accusatus, si verò mutiletur triennio pœniteat.

20 Vigesimus, Qui commisit periurium ieiunet quadraginta diebus in pane, & aqua, & septé annis sequentibus pœniteat, & semper sit in pœnitentia interiori. 9. q. 1. c. quicunque.

21 Vigesimusprimus, Qui persuasus à Dæmonio cõmisit periurium scienter, si liber sit, ieiunet quadraginta diebus in pane, & aqua, & septem annis sequentibus pœniteat, si vero sit seruus pœniteat tribus quadragesimis, nempe ante Natalem Domini, ante sanctissimum Pascha Resurrectionis, & ante festum Sancti Ioannis, & legitimis ferijs, nempe feria secunda, quarta, & sexta.

22 Vigesimussecundus, Qui periurat in manu Episcopi, vel in Cruce consecrata, pœniteat tribus annis, si verò in cruce non consecrata, ideſt non benedicta, vno anno, & si coactus, & ignorantia iuris, vbi cognoscit, pœniteat tribus quadragesimis. 22. quæst. 5.

23 Vigesimustertius, Presbyter, qui mortuum Clericum inuoluit in palla Altaris, pœniteat decem annis, & mensibus quinq; de conse. d. p. & qui canit missam, & non communicat, pœniteat vno anno, & interim non cantet. de conse. d. 5. Relatum, & qui frangunt pœnitentiam solemnem, à communione suspenduntur, & pœniteant decem annis. 33. q. 2. De his vero, & de pœnit. dist. 5. quis vero, & qui mensurat in falsa mensura, ieiunet

Digitized by Google

iunet in pane, & aqua triginta diebus. extra de contrahen. can. vt mensuræ, & qui scienter falsum iurat, vel alium iurare cogit ieiunet in pane, & aqua quadraginta diebus, & septẽ sequentibus annis numquam sit sine pœnitentia, scilicet interiori, & cõscij similiter pœniteant, 22. q. 5. Si quis conuictus. Et qui pro vita redimenda, vel qualibet causa peierat pœniteat tribus quadragesimis. 22. q. 5. Si quis coactus, alij dicunt tres annos, & vnum ex his in pane, & aqua.

24 Vigesimusquartus, Qui committit sacrilegium Ecclesiam violando, vel Chrisma, siue Calicem sacrum pollutis manibus accipiendo, & similia commisit, pœniteat septem annis, primo anno consistat extra cœmiterium, quod violauit, secundo anno ante foras Ecclesiæ, tertio anno in Ecclesia, & in his tribus annis abstineat à carne, & vino, nisi in Pascha, vel Natale, nec offerat, nec communionem accipiat. vide 10. 7. q. 4. Si quis, nã inuenis de pœna furis, raptoris, & effractoris. Et si qui parentes frangunt sponsalia filiorum, separentur per triennium à communione, similiter & filij, si fuerint in culpa, & qui blasphemauerint publicè Deum, vel aliquem Sanctorum, & maximè Beatam Virginem, Episcopus imponat ei, vt septem diebus Dominicis, dum missa cantatur, existat ante foras Ecclesiæ in manifesto, & in Dominica, depositio pallio, & calceamentis habeat corrigiam in collo, & septem præcedentibus ferijs ieiunet in pane, & aqua, nullatenus Ecclesias ingressurus, & quolibet die prædictorum reficiat tres pauperes, vel duos, vel saltem vnum, & si non potest, conuertetur in aliam pœnitentiam, & si renuit acceptare, interdicatur ei Ecclesia, & in morte careat sepultura Ecclesiastica extra de maled. statuimus. Item blasphemus mulctetur pœna pecuniaria, secundum eius facultates, & si diues fuerit, quadraginta solidos, vel triginta, vel viginti, nec ei pœna condonatur omnino, & si non habet nec quinque solidos, currat per ciuitatem, vel commutetur in aliam pœnam temporalem, intellige, quando ex mera malitia blasphemat. vide 2. q. 3. & qui iurat per caput, vel per ventrem, vel per corpus, vel per capillum, si facit hoc detestando, vel vituperando habet

Digitized by Google

locum dicta pœna, licet tiratus iurauerit, secus si affirmando, vel iurando, & hæc pœna debet imponi à iudice temporali, & ei applicari, quod si neglexerit potest exigi per Episcopum, sed in iudicio animæ discretus Confessor tutius aget 25. q. 6. pœnitentibus. Et si Clericus est blasphemus, maximè si est Presbyter, cogatur ad veniam petendum, & renuens degradetur. dist. 46. c. Si Clericus.

Hic sciendum blasphemum secundum leges esse decapitandum, est in authen. vt non luxu contra naturam colla. 6. Secundum verò antiquum vsum, si Clericus erat, degradandus, si laicus, excommunicandus. 22. q. 2. Hodie vero laicus agit pœnitentiam supradictam in Canone statuimus, si publice blasphemauerit Clericus corrigetur pœna arbitraria, & occulta, sed repetens blasphemiam, habebit locum lex, vt supra, scilicet, vt decapitetur, & Clericus degradetur. vide Ostien. in titulo de maledictis.

25 Vigesimusquintus, Presbyter, qui reuelat confessionem, de iure antiquo est deponendus, & condemnandus ad peregrinandum per omne tempus vitæ suæ cum maxima ignominia. c. Sacerdos de pœnit. dist. 6. Et qui in recitandis horis Canonicis, & alijs Diuinis officijs discrepat ab Ecclesia metropolitana ex contemptu, priuetur communione per sex menses. c. de his. 27. dist. c. Et Episcopus. qui sine iusta causa ordinat inuitum suspenditur vno anno. eadem dist. c. Et Episcopus. qui dissimulat simonias in venditione ministeriorũ, pœniteat duobus mensibus p. 1. q. 1. quicquid inuisibilis.

26 Vigesimussextus, quando mus corrodit, vel commedit Corpus Christi, habetur pœnitentia de conf. d. 2. in fine, & qui committit sortilegiũ, pœniteat quadraginta diebus, extra de sortilegijs requisiuisti, & qui videt furta in Astrolabio pœniteat tribus annis. eodẽ titulo ex tuæ. Et qui facit stillare cum eius culpa stillam stillam sanguinis Domini super terram, pœniteat quadraginta dies, si super pallio Altaris, quatuor diebus de consec. dist. 2. c. si per negligentiam, & qui euomit Eucharistiam causa ebrietatis, si est laicus, pœniteat quadraginta diebus,

Digitized by Google Clericus

Clericus Septuaginta, si Episcopus 90. & euomitura debet cõseruari, & reponi iuxta Altare, si vero ex causa infirmitatis, pœniteat septem diebus. c. si quis. de cons. dist. Et qui succendit voluntariè domum, vel aream, restituat damnum, & tribus annis pœniteat, extra de iniurijs, imo addit Canon, quod si ex odio id fecerit, debet excommunicari, & non absolui vsque ad satisfactionem cum iuramento quod amplius simile scelus non committat, & imponatur ei peregrinatio in Hierusalem, vel in Compostellã per vnum annum integrum ibi moraturo in Dei seruitio. 23. q. 8. hodie incendiarij denunciati absoluuntur à Summo Pontifice. extra de sent. excom. c. Tua nos. secundum leges ciuiles incendiarius voluntarius, si sit vilis persona subijcitur bestijs, si ciuilis decapitatur, vel in Insulam relegatur. ff. de incend. Recc. nau. l. fin. & qui hoc fecerit in Villis, & castris remissis comburetur, si est persona humilis, secundum Hostien. si vero non ex malitia fecerit debet restituere damnum.

97 Vigesimusseptimus, qui dederit, vel acceperit communionẽ ab hæretico, & nescit hoc esse prohibitum, vbi sciuit, pœniteat decem annos, vel vt alij volunt quinque, vel septem, & qui permittit hæreticum celebrare in Ecclesia Catholica per ignorantiam iuris, pœniteat quadraginta dies, si respectu ipsius per annum, si pro damnatione Ecclesiæ Catholicæ, proijciatur ab Ecclesia, vt hæreticus, si sit impœnitens, alioquin pœniteat decem annis. vide 14. q. 1. c. si quis dederit.

98 Vigesimusoctauus, qui domum suam magicis, & incantationibus lustrat, vel simile aliud facit, vel consulit, pœniteat quinque annis. 26. q. 5. c. qui diuinatores. & Patronus, qui bona Ecclesiæ dilapidat, vno anno pœniteat 26. q. 7. c. Filijs. & qui pacem cum proximo suo iurat non facere, pœniteat vno anno, 22. q. 2. c. qui sacramento. Pro huiusmodi autem peccatis, vt regulariter pro adulterio, pro periurio, vel homicidio, aut fornicatione potest dari pœnitentia septem annorum 22. q. 1. c. prædicandum. & 33. q. 1. c. hoc ipsum.

Vigesimusnonus, quod qui scienter rebaptizat, septẽ annis pœniteat, & feria quarta, & sexta in pane, & aqua ieiunet tres

Digitized by Google

quadrageſimas, ſi hoc intendens hæreſim fecit, ſi vero pro maiori mundicia corporis, tribus annis pœniteat de conſ. diſt. 4. & qui bis baptizatur, fit de foro Eccleſiæ, & eſt irregularis, diſt. 84. dictum eſt de pœna talium. vide diſt. 4. c. eos.

30 Trigeſimus, Qui vxorem adulteram cognouit, antequam pœniteat, tribus annis pœniteat 21. q. 2. & ſi cognouit etiam pœnitentem ante pœnitentiam peractam pœniteat duobus annis eadem quæſtione, c. ſi quis primus. vide pœnitentiam imponendam pro partu ſuppoſito. extra de pœnit. & remiſſ. c. officij, & hoc tam in ſupponendo, quam in concipiendo ex viro alterius.

Pro intelligentia ſciendũ circa dictas pœnitentias imponendas eſſe conſiderandas circumſtantias, & præcipue perſonarum qualitates, & quod aliquæ dictarum pœnitentiarum habebant locũ in peccatis publicis, & aliquæ in occultis, hodie tamen moderatur confeſſor, prout magis videbitur expedire pœnitenti conſideratis conſiderandis.

Hæ pœnitentiæ ſecundum earum rigorem fuerunt ad vnguẽ obſeruatæ antiquitus vſque ad Innocentium Papam I. videat benignus lector loca citata, & copioſiorem notitiam habebit.

Nota hic circa examẽ ad ordines, ſeu ad beneficia, quod ordinatus in ſacris ordinibus præſumitur habilis ad beneficia ſimplicia, nec indiget nouo examine. vide c. accepimus. de ætate, & qualitate. vide Boerium deciſ. 149. Nec Trident. diſpoſ. cõtrarium, vt ſacra congregatio cenſuit, fallit, niſi ſit pro forma examen, vel niſi noua cauſa poſt promotionem ad ordines ſuperuenerit. vide deciſ. Balb. 29.

Graduati etiam excuſarentur ab examine, quia fuerunt approbati ab vniuerſitatibus, hoc fallit in concurſu beneficiorũ, & in approbatione ad cõfeſſionẽ, quia Conc. requirit examẽ. Dic etiã quod aliquando approbatus ad ordines ſacros, non reputatur idoneus ad beneficiũ ſimplex in caſu. Say. dec. 2. de præb.

Nota etiam q̃ pœnitus illiteratus aliquãdo eſt habilis ad beneficium ſimplex, dummodo ſciat recitare diuinum officiũ, ſcilicet, quando beneficium non requirit induſtriam, & conſilium Prepoſ. in c. 1. diſt. 36.

Digitized by Google

DE SACRAMENTO MATRIMONII.

De Sponsalibus.

QVAESITVM I.

SVMMARIVM.

1 *Sponsalia quid sint, & vnde dicantur, explicatur*
2 *Sponsalia multipliciter dicuntur.*

Vnde dicuntur sponsalia, & quid sunt?

1 DIC. Dicta à spondeo, quia antequam coniuges contrahant, solent sibi aliqua spondere, seu promittere adinuicem se contracturos matrimonium & hoc siue per capitula matrimonialia inter eos stipulata, si per parentes, qui promittunt, vt fideiussores pro futuro matrimonio ipsis sponsis consentientibus tacitè, vel expressè. c. vnico de sponsalibus, quæ sponsalia contrahantur etiam per internuncium ipsorum. l. 1. ff. colibet. & c. 1. de sponsal. §. vltimo.

Et Sponsalia sunt promissio futurarum nuptiarum, & dicuntur sponsalia de futuro. l. 1. & 2. de sponsal.

2 Aliquando sponsalia accipiuntur pro muneribus inter futuros coniuges dari solitos, præcipuè à viro futuræ sponsæ. Aliquando pro matrimonio de præsenti contracto nondum consumato, quæ dicuntur sponsalia de præsenti, & matrimonium ratum. c. 1. & 2. de sponsal. & in hoc sensu fuit matrimonium B. Virginis, & Sancti Ioseph Luc. Sed propriè Sponsalia dicuntur de matrimonio promisso.

QVAE-

Digitized by Google

QVAESITVM II.

SVMMARIVM

1 *Ad Sponsalia contrahenda vltra actum internum requiritur actus externus futurorum coniugum.*

2 *Nec requiritur necessario scriptura, sed sufficit consensus mutuus, vel mutua promissio.*

3 *Possunt sponsalia contrahi per Procuratorem.*

An ad cõtrahendum sponsalia sufficiat actus internus, vel requiratur signum aliquod exterius?

1 DICO. Requiri aliquem actum exteriorem, & sensibilem, quia nemo potest se obligare, nisi actu exteriori, cum interiore, nam interior solus non sufficeret. Vict. de matrimonio. num. 259.

Et requiritur futurorum coniugum consensus mutuus, & reciprocus, vt fit in matrimonio. Sylu. verb. Sponsal. in principio. Nauar. cap. 22. num. 25.

Itaque non essent sponsalia, si promitteret ducere N. in vxorem illa non repromittente ducere illum in maritum, sed tantum acceptante promissionem, esset enim hæc simplex promissio, ex cuius vi non potest viro agere, licet ipse sit obligatus illam ducere. Nauar. loc. cit. Sylu. loc. cit. Sot. 4. dist. 27. q. 1. art. 1.

2 Nec necessario ad cõtrahendum sponsalia requiritur scriptura, nam sufficit mutuus consensus, vel mutua promissio futurorum sponsorum signo aliquo exteriori expressus, vnde sequitur non requiri stipulationem, nec iuramentum, nec fideiussores, nec quoduis obligatorium, sed si ex partium consensu, & conuentione hæc interueniant, non nocet.

3 Et hæc sponsalia possunt etiam contrahi per procuratorem, per literas, per nuncium, & omni alio modo, quo fit humana promissio.

Hic

Digitized by Google

Hic nota, quod iura loquentia de matrimonio non habent locum in ſponſalibus, vt ſi quis cognoſceret alicuius ſponſam de futuro non committeret propriè adulterium, nec peccatum mutaret ſpeciem, ita etiam, ſi quis percuteret Clericum inuentum cum ſua ſponſa de futuro, non excuſaretur ſicut cum ſponſa de præſenti.

QVAESITVM III.

SVMMARIVM.

1 *Sponſalia duobus modis contrahuntur tacitè ſcilicet, & expreſſè.*

2 *Tacitè contrahuntur tribus modis, ſcilicet per anulum, per arram, per contractum matrimonij de præſenti.*

3 *Requiritur ætas in vtroque contrahente ſeptem annorum completorum.*

4 *Hæc ætas tunc ſufficit cum contrahentes ſunt doli capaces, aliàs non.*

5 *Si ante ſeptennium eſſent doli capaces, etiam ſi malitia ſupleat ætatem, non eſſent valida ſponſalia.*

6 *Si ſponſalia fuerunt nulla defectu ætatis conualeſcent poſt ſeptennium, ſi non contradicant. &c.*

Quot modis contrahautnr Sponſalia, & quæ ætas requiratur?

1 DIC. Contrahi duobus modis, ſcilicet tacitè, & expreſſè Sylu. loc. cit. & alij. Tacitè tribus modis. Primo per a-
2 nulum. 27. q. 2. Secundo per traditionem arrarum. c. vltimo de ſpons. in pub. Tertio, per contractum matrimonij de præſenti inter inhabiles impuberes, quia in tali caſu lex interpetratur illos, quod poterant facere, voluiſſe. cap. à nobis. & c. vltimo de deſponſ. impub. & c. atteſtationes.

3 Et requiritur ætas in vtroque contrahente ſeptem annorum completorum. le. in ſponſal. ff. eod. tit. c. literas. & c. acceſſi.

de

Digitized by Google

de desponſ. impub, & habe regulam, quod quoties lex requirit certum tempus ad contrahendum ſemper intelligendum eſſe de tempore completo. Secus, quando promittit faciendū aliquod in aliquo anno, vel alio tempore, tunc ſufficit, ſi tempus ſit inceptum. Gloſ. in clem. vlt de ætat. & qualit. & in caſu ſponſaliorum ſatis eſſet, ſi vltimus dies anni ſeptimi deeſſet l. qua ætate. ff. de teſtam. Abb. in c. atteſtationes de desponſ. impub.

4 Et hæc ætas ſeptem annorum tunc ſufficeret ad ſponſalia cum contrahentes eſſent doli capaces, & peruenisſent ad vſum rationis, aliàs eſſent nulla, quia non adfuiſſet debitus conſenſus, & hoc in foro interiori, nam in exteriori præſumerentur valida, quouſque contrarium non conſtaret.

5 Sed ſi ante ſeptennium contrahentes eſſent doli capaces, & malitia ſuppleret ætatem, adhuc non eſſent valida ſponſalia ſecundum veriorem opinionem, quia quando requiritur certa ætas, non poteſt illius defectum prudentia, ſeu malitia ſupplere, & malitiam ſupplere in ſponſalibus eſt puerum peruenisſe ad vſum rationis, & ad diſcretionem boni, & mali, & hoc in ſponſalibus.

In matrimonio vero, vt ſuo loco dicetur, puer dicitur peruenisſe ad vſum rationis ante quartumdecimum annum, quando habet potentiam generandi, & ad ſeminandum, & ad generandum aptus.

6 Si tamen ſponſalia fuerint nulla defectu ætatis, conueleſcēt poſt ſeptennium, ſi non contradicant, vt ſi ſimul poſtea cohabitant, vel ſi ſeparatim, intercedunt inter eos ſolita amoris indicia, quibus non apparet de contraria voluntate, quin potius de approbatione. Gloſ. in c. literas de desponſ. impud.

QVAESITVM IIII.

SVMMARIVM.

1 *Sponſalia poſſunt contrahi, etiam per ſigna exteriora exprimentia conſenſum.*

2 Si

Digitized by Google

2 *Si verba fuissent dubia in foro interiori, inspici debet intentio, in exteriori verba sunt interpetranda iuxta communem vsum patriæ.*

3 *Quid faciendum sit, si alter contrahentium dubitaret se consensisse explicatur.*

4 *Item quid faciendum sit, quando verba contrahentium sunt dubia explicatur.*

An in sponsalibus inter futuros sponsos requirantur necessariò verba?

1 DIC. Posse contrahi, etiam per signa exteriora (vt per nutum) exprimentia consensuum interiorum ad interrogationem. duæ de spons. quæ signa, vel verba debent exprimere futuram actionem, vt accipiam te in vxorem, vel ita signo exprimat ad interrogationem, vt si dicatur promittis te accepturam talem in virum, & mulier signo capitis annuat.

2 Et cum verba fuissent ita dubia, vt discerni non possit, an fuerint sponsalia de futuro, vel de præsenti in foro interiori est inspicienda intentio contrahentium. Angel. verb. Spons. n. 8.

Sed in foro exteriori essent interprætanda verba illorum dubia, secundum communem vsum Patriæ, & loquentium conditionem. c. ex literis de sponsal. Et tunc si interprætatio indicat fuisse matrimonium, pro tali habeatur, & si contrahentes negent, & iurent, nam in hoc non est eis credendum. c. per tuas. de probat.

3 Et si alter dubitaret se non consensisse (licet alter non teneatur credere) non potest, nec petere debitum, nec reddere in conscientia. Angel. verb. matrimonium. num. 24. Ric. 4. sent. d. 27. art. 1. qu. 4. Et vbi alter dubitaret dubio leui, vel probabili de validitate matrimonij, tunc debitum reddere tenetur, non tamen petere. c. inquisit. de sent. excom. & c. Dominis de secundis nuptijs.

4 Adde quod quando verba contrahentium ita sunt dubia) & ipsis in foro exteriori non creditur, vt quocunque modo interpetren-

Digitized by Google

petrentur, adhuc restant dubia, & fuerunt prolata coram Parocho, & testibus, & alter asserat se consensisse matrimonio, alter vero sponsalibus, tunc iudicandum est pro matrimonio. c. vlt. de sent. & reiudicat. Sylu. verb. matrimonio 2. q. 9. & si vterque concordet acccepisse se in eadem significatione, & vsus verborum non contradicit eis credendum esset.

QVAESITVM V.

SVMMARIVM.

1 *Quando verbum volo additur rei, vel infinitiuo verbo, tunc censetur matrimonium.*

2 *Quando vero additur infinitiuo significante principium actus, vel additur particula significans tempus futurum, essent sponsalia.*

3 *Et si verba proferantur per modum futuri temporis sunt sponsalia.*

4 *Cum exprimuntur verba per modum futuri temporis, additis verbis exceptiuis, an sint sponsalia, vel matrimonium explicatur.*

5 *Non est necesse, vt sponsalia contrahantur coram Parocho, & testibus.*

6 *Sponsalia non possunt contrahi inter personas habentes impedimentum aliquod.*

An si consensus contrahentium exprimatur per vis, & verbo volo, censeantur sponsalia, vel matrimonium?

1 DIC. Quod aut verbum volo addatur rei, vt si dicat volo te in vxorem, tunc matrimonium censendum est, & est communis sententia. vide Couar. 2. c. 4. §. 1. num. 4.

Idem si verbum volo iungatur infinitiuo, vt volo contrahere tecum matrimonium, aut volo habere te in vxorem. Abb. in c. ex

Digitized by Google

c. ex literis ptimo. de ſponſal. Angel verb. matrimonium. 2. nnm. 12. Sylu. q. 9.

2 Et vbi verbum volo adderetur infinitiuo ſignificante principium actus, vel ſi adderetur particula denotans tempus futurum, vt volo deinde contrahere tecum, tunc eſſent ſponſalia, eſt communis opinio. Abb. loc. cit. & ibi Ioan. Andr. Et ſi dicatur, volo te in matrimonium, ſi volueris, & alter reſpondeat ego volo, tunc eſt matrimonium. Couar. lo. cit. Hinc ſi dicatur coram. Parocho, & teſtibus, volo tecum contrahere matrimonium, & alter conſentiat, dicitur contractum matrimonium.

3 Et ſi verba proferantur per modum futuri temporis, vt promittam, quod ducam te in vxorem, ſunt ſponſalia, ſed ſi addãtur cum particula denotante determinationẽ temporis, vt promitto, quod ducam te in vxorem, tunc eſt matrimonium, dummodo coram Parocho, & teſtibus. Sed vbi dicitur promitto, quod habebo te in vxorem, ſunt ſponſalia. Mag. ſent. diſt. 20. c. 2. licet alij dicant contrarium, & tunc eſſet verum, cum ex alijs coniecturis, & tractatu præcedenti apparet de contrario. Et ſi exprimarentur verba per modum imperatiuum, vt ſi dicatur, eſto vxor mea, & eſto vir meus, coram Parocho, & teſtibus eſſet matrimonium, licet alij ſentiant contrarium, ſed minus probabiliter.

4 Et cum exprimuntur verba per modum futuri temporis, ſed additis verbis exceptiuis; incipiendo à negatiua, vt ſi dicat cõtrahens, non habebo aliam in vxorem, niſi te, vel te ſolam vxorem habebo, vel niſi te habebo, erit verum matrimonium, ſed ſi dicatur, ducam te in vxorem, & non aliam præter te, vel non aliam, ſed te habebo vxorem, erunt ſponſalia. Andr. 4. ſent. q. 12. de matrim. Sot. 4. d. 29. q. 2. art. 3. Couar. 2. p. c. 4. §. 1. num. 8. Et cum præcederet oratio conditionalis, non erit nec matrimonium, nec ſponſalia, vt ſi dicatur, ſi ducam vxorem, ducam te, & non aliam. Et cum abſolutè dicitur non habebo aliam, niſi te, ſunt ſponſalia, & in dubio ſemper iudicandum eſt pro validitate ſponſaliorum fauore matrimonij. Ang. verb matri-

Digitized by Google

matrimonium. 2. num. 12. de Butrio, & Calderin. in c. ex parte de teſt. Abb. & Ioan. Andre. d. d. cenſent per verba, vt ſupra contrahi verum matrimonium. Palud. ſentit contrarium. 4. d. 27. q. 1. Sed alij aſſerunt, nec ſponſalia, nec matrimonium contrahi. Nauar. c. 22. num. 27. Sed contrahi ſolum ſponſalia ſub conditione, & hæc eſt communis opinio.

5 Et ſponſalia cum contrahuntur non neceſſe eſt contrahi coram Parocho, & teſtibus ante faciem Eccleſiæ, ſed ſufficit mutuus conſenſus vtriusq; contrahentis de præſenti, & inter præſentes, ſed qui contraheret ſponſalia clandeſtine ſine teſtibus, peccaret mortaliter. Abb. in c. cum inhibitio de clandeſt. de ſponſ. Caiet. verb. ſponſorum peccata. Armil. ſponſal. num. 2. & hoc procedit, quando adeſſet ſcandalum, ſecus ſine ſcandalo, aut periculo, vt in eodem cap. cum inhibitio.

6 Sed aduertendum non poſſe contrahi ſponſalia inter perſonas, inter quas ob aliquod impedimentum matrimonium contrahi non poteſt, quia ſponſalia ſunt præambula ad matrimonium, ſed eſſent ſponſalia, ſi adderetur conditio, vt ſi Pontifex diſpenſabit ſuper impedimentum. Et hic dubitant tàm Theologi, quam Canoniſtæ, ſi contractis ſponſalibus, & poſtea obtineatur diſpenſatio, requiretur conſenſus in ſponſalibus, adimpleta conditione appoſita. vide Vict. de Matrim. num. 259. & Canon. in c. ſuper eo de cond. appoſitis.

De obligatione ex ſponſalibus.

QVAESITVM VI.

SVMMARIVM.

7 *In contrahendis ſponſalibus neceſſe eſt, vt conſenſus feratur in perſonam determinatam.*

An in contrahendis ſponſalibus ſit neceſſe, vt conſenſus feratur in perſonam determinatam?

DIC.

Digitized by Google

1 DIC. Quòd sic, quia non essent sponsalia, si quis ita diceret, promitto me ducturam vnam ex sororibus, vel filiabus talis, qui plures habet, ipsis consentientibus, & mutuo promittentibus, & sic à nulla sorore, vel filia posset cogi, quia non nascitur in hoc casu mutua obligatio sponsaliorum, nec impedimentum publicæ honestatis. c. vnico p. 1. de sponsal. in 6. & Canonistæ in c. ex literis. c. 2. de sponsal. Sylu. verb. matrimonium 2. q. 12.

Nota, quod hodie sponsalia, quæ per verba de præsenti mutuo contrahentium consensu dissoluuntur, nullum inducũt impedimentum.

De obligatione ex sponsalibus.

QVAESITVM VII.

SVMMARIVM.

1 *Promissio sponsaliorũ obligat sub mortali ad obseruationẽ, & si sint facta absq. iuramento, & sit promissio vnius tantum, & si iuret in alijs sponsalibus, tenetur prima obseruare.*

2 *Si matrimonium subsequens sponsalia aliqua causa sit nullum, nõ propter hoc sunt liberi à cõtrãhendo valido matrimonio.*

An promissio sponsaliorum obliget sub mortali ad obseruationem?

1 DIC. Quod sic, quia est promissio de re graui. d. c. ex literis. & c. sicut. cap. requisitis de sponsal. quod est verum, etiam si sponsalia simplicia, & sine iuramento contracta fuerint. c. de illis. idest de desponsal. impub. D. Thom. 4. d. 27. q. 2. art. 1. ad secundum. Sylu. verb. sponsal. q. 4.

Imò procedit etiam, si promissio fuisset vnius tantum, & non mutuo acceptata, quia obligat promittentem, nam de iure naturæ

Digitized by Google

turæ est seruanda promissio, etiam simplex. Nauar. c.22. num. 25. Sot. 4.d.27.q.2.art.1.

Et cum quis contraheret primo sponsalia nõ iurata, & deinde cum altera sponsalia iurata, tenetur sub pena peccati mortalis obseruare prima sponsalia, & iuramentum in secundis sponsalibus fuit temerarium, & non tenuit, quia vergit ad damnum salutis, & est commune. in d.cap. de sponsal.

Imò, si quis contraxisset sponsalia, & promiserit contrahere de futuro si postea contraxit nulliter, non sunt propriè liberi à contrahendo matrimonio, quia eorum promissio fuit de matrimonio valido, & ita est intelligenda, secus, si ad inuicem promisissent se contracturos clandestinè, & non aliter.

Hinc sequitur post Conc. ex matrimonio contracto clandestinè, & sic nulliter, nullam nasci obligationem sponsaliorum ad nouum contrahendum in facie Ecclesiæ, quia ex actu inualido nulla oritur actio.

QVAESITVM VIII.

SVMMARIVM.

1 *Qui contraxerunt sponsalia, possunt cogi in foro exteriori ad contrahendum matrimonium.*

An qui contraxerunt sponsalia, possint cogi in foro exteriori ad contrahendum matrimonium?

1 DIC. Quod possunt, quia sponsi tenẽtur sub mortali stare promissis. d.c. ex literis, sed hoc est cautè faciendum ab Episcopis, nam quando timeretur malũ ex coactione, debent leuiter cogi, & ita intelligendus est tex. cap. requisiti de sponsal. & potius admonitio, quam coactio est adhibenda in tali casu.

QVAE

Digitized by Google

QVAESITVM IX.

SVMMARIVM

1 *Si pro obseruatione sponsalium apponatur aliquando pœna nulla esset promissio in foro conscientiæ, sed arræ possunt apponi quæ debent realiter tradi.*

2 *Arræ non sequuto matrimonio debent restitui.*

3 *Qui culpa sua non obseruauit sponsalia amittit arram, & qui fuit causa, vt non contrahatur matrimonium, debet reddere duplicatam.*

4 *Arræ possunt esse adeo prætiosæ, vt excedant dotem, in quarũ restitutione non expectatur Iudicis sententia.*

5 *Licet ex causa recedere à contractu sponsaliorũ peractis annis, & soluto interesse partis.*

An pro obseruatione sponsaliorum possit à contrahentibus apponi aliqua pœna?

1 DIC. Quod promissio huiusmodi, si fieret, nulla esset in foro conscientiæ. cap. gemma de sponsal. Sed Arræ possunt apponi, vt Arræ sunt, quæ inter sponsos traduntur in pignus futuri matrimonij. l. arris. l. vlt. de sponsal. & in d. c. gemmæ. & DD. in l. Titia. ff. de verb. signif. Et hæ arræ debent realiter tradi, non autem promissione in sponsalibus, & possunt dari, vel ab vroque contrahente, vel etiam ab altero. Baldus in l. Vict. c. de sponsal.

2 Et arræ, non sequuto matrimonio, debent restitui tradenti

3 Abb. in gemma. vt supra. Si tamen quis culpa sua non obseruauit sponsalia, amittit arram, sique fuit in causa, vt matrimonium non contraheretur, tenetur reddere arras duplicatas, vt iura supra disponunt, imò possent inter se contrahentes pacisci, vt quadruplicatas reddat, qui est causa, vt matrimonium non con-

4 trahatur, quæ arræ possunt esse quantumuis prætiosæ, & si excedant dotem. Couar. lo. cit. Et in restitutione arræ non expe-

Digitized by Google

standa Iudicis sententia, sicut absque Iudicis sententia potest retinere in casu contrauentionis,& ratio est,quia pœnæ conuentionales debentur ante sententiam Iudicis, secus de alijs pœnis Couar. Io. cit. licet Palud. teneat contrarium, sed melior sententia est Couar.

§ Et nota, quod licet ex causa recedere à contractu sponsaliorum, perditis arris, & soluto interesse partis, & est communis sententia. vide Glos. in l. contract. C. de fide Instrum. & possunt arræ computari in interesse.

QVAESITVM X.

SVMMARIVM

3 *Matrimonium contractum coram Paroco,& testibus, sed defectu ætatis, vel consensus nullum,si tollatur impedimentum remanet matrimonium, dummodo inter eos denuo adsit cõsensus affectu maritali.*

An si præsente Parocho, & testibus fuit contractũ matrimonium, sed nulliter defectu ætatis,vel cõsensus, & simil. remaneant sponsalia?

3 DIC. Quod si tollatur impedimentum, remanet matrimonium, dummodo ipsi denuo consentiant affectu maritali, nec est necesse iterum contrahi in facie Ecclesiæ coram Parocho, & testibus. Nauar. c. 22. num. 20.

Sed de modo consentiendi, aut requirendi talem consensũ cõsentit cum Nau. dictus P. Hyero. argute,vt solet,& multum mihi probabili ratione, loquendo de práxi in tali casu.

QVAESITVM XI.

SVMMARIVM.

1 *Sponsalia dissoluuntur mutuo consensu vtriusque partis.*

2 *Dissoluuntur etiam per subsequens matrimonium cum alio contra-*

Digitized by Google

contractum, dummodo sit validum.

3 *Dissoluuntur etiam per fornicationem alterius ex contrahentibus.*

4 *Non tenetur vir seruare sponsalia cum sponsa, etiam per vim ab alio cognita.*

5 *Nec etiam, si fornicatio præcessit, si postea ipse sciuit.*

Quomodo dissoluuntur sponsalia?

1 DIC. Dissolui mutuo consensu vtriusq; partis, quod procedit etiam si iuramento firmata fuerunt quouis modo, vel pro firmitate contractus, vel intuitu Dei, vt si quis iurasset ob Dei amorem se ducturum pauperem, vel meretricem, quia potest renunciare huic iuramento ille cuius fauore factum est. Nauar. c. 22. licet aliqui Summ. negent posse dissolui sponsalia iuramento virtute Dei adiecto firmata. Sed melior est prima opinio, quam defendit, & tenet Card. in d. c. 2. de sponsal. & Couar parte 1. c. 1. num. 1.

Imo procedit etiam, si alter recusset contrahere, quamuis cogi possit ad contrahendum. Sot. 4. d. 21. q. 2. art. 1.

2 Dissoluuntur etiam sponsalia per subsequens matrimonium cum altera contractum, sed qui contraxit facta fide sponsaliorum priorum peccat mortaliter, & procedit, si priora sponsalia fuerint iuramento firmata. cap. si inter. & cap. sicut. de spōsal. & soluto hoc matrimonio, qui fregit fidem, non tenetur seruare sponsalia prius contracta secundum veriorem sententiam, ne obligetur contrahere secundas nuptias, quia fieret irregularis ex bygamia.

Sed si matrimonium contractum, vt dictum est cum altera, fuisset nullum ex aliquo impedimento, quia ex illo nullum vinculum natum est, eo soluto, adhuc durant priora sponsalia. Palud. 4. sent. d. 26. qu. 1. art. 3. casu 6. Sed nota, qui non obseruat sponsalia, vltra quod peccat mortaliter, tenetur ad omnia damna, quæ alteri parti obuenerunt ex fide ipsius non seruata.

3 Dissoluuntur etiam per fornicationem alterius ex contrahē-

Digitized by Google tibus

tibus iuxta regulam frangenti fidem, fides frangatur eidem. de reg. Iur. in 6. Sed non ſequitur id, quando remitteret iniuriã pars læſa.

4 Non tenetur idem vir ſeruare ſponſalia cum ſponſa, etiam ſi per vim fuiſſet cognita. c. quemadmodum de iniurijs. Nauar. c. 22. num. 27.

5 Nec tenetur ad ſponſalia ſponſus, etiam ſi fornicatio præceſſerit ſponſalia, ſi poſt ipſe ſciuit. Nauar. lo. ci. ſecus dicendum eſt de fornicatione, nam diſſoluuntur ſponſalia.

QVAESITVM XII.

SVMMARIVM.

1 *Si in ſponſalibus non ſit præfixum tempus contrahendi explicatur, quanto tempore ſit expectandum.*

2 *Ex ſententia cõmunis Theologorũ, Canoniſtarum eſt expectãdum tempus, quod videbitur iudici ſpirituali.*

3 *In hoc caſu iudex Epiſcopalis debet plura examinare.*

4 *Tranſacto tempore præfixo à Iudice diſſoluuntur ſponſalia.*

5 *Si terminus ſit præfixus ad differendam obligationẽ, & tranſacto adhuc remanet obligatio.*

6 *Sponſalia diſſoluuntur per ingreſſum Religionis poſt ſequutam profeſſionem.*

7 *Diſſoluuntur etiam per ſuſceptionem Ordinis ſacri.*

8 *Etiam per votum caſtitatis.*

9 *Poſſunt etiam diſſolui ſponſalia contracta poſt ſettennium per puberem, ſed non ante pubertatem.*

Quando in ſponſalibus contractis non fuit præfixũ tempus ad contrahendum matrimonium, quanto tempore eſt expectandum?

1 DIC Si ſponſus ſciatur vbi eſt expectandus per triennium, ſi in longinquis Regionibus, ſi in prouincia per bienniũ, ſed

Digitized by Google

sed si absentia est necessaria ex iusto impedimento erit expectãdus quousque cesset impedimentum. habetur in l. 2. C. de repud. & l. 3. c. de sponsal. & l. sæpè de sponsal. Hoc idem est obseruandum de iure Canonico. de Butrio in c. de illis. de sponsal. & ibi Ioan. Andreas, & Hostien. Sylu. verb. sponsal. qu. 10. & alij Summ.

2 Sed communis sententia Theologorum, & Canonistarum est non esse expectandum tantum spatium temporis, sed quantum Iudici spirituali, cuius decretum necessarium est, videbitur consideratis considerandis. 4. sent. d. 27. Canonistæ, & Abb. d. cap. de illis. de sponsal. Couar. p. 1. cap. 5. num. 6. Nauar. c. 22. num. 26.

3 Et in hoc casu Iudex Ecclesiasticus debebit examinare causã absentiæ sponsi, & periculum fornicationis sponsæ, aut quid simile, vel si illo absente, transit sponsæ occasio boni matrimonij, quæ amplius non speratur futura, & Praxis esse possit admoneri sponsum ad contrahendũ intra certum tempus, si sciatur vbi sit, & fieri potest, & si nescitur vbi sit, adhuc præfigi tẽpus, quo verisimiliter creditur reuersurum, vel esset obseruandum aliud, prout melius Iudicis arbitrio videbitur, & hoc procedit etiam si sponsa requisita à sponso absente, fuit in mora contrahendi, aut etiam si sponsalia fuissent cõfirmata iuramento. c. de illis de sponsal.

4 Et transacto præfixo termino à Iudice ad contrahendũ, dissoluuntur sponsalia, si terminus præfixus fuit ad limitandam obligationem, & requiritur declaratio Iudicis.

5 Sed si terminus fuisset præfixus ad differendam obligationem, eo transacto, adhuc duraret obligatio exemplum primi, præfigitur tempus ad ieiunandum in die vigiliæ, eo transacto, qui non ieiunauit, licet peccauerit, si sine causa, tamen non tenetur ieiunare altero die, exemplum secundi præfigitur tempus debitori ad soluendum in die Sancti Iacobi Apostoli, vt communiter fit in hac Prouincia, eo transacto non extinguitur obligatio, & in dubio terminus datus in sponsalibus de matrimonio contrahendo, semper est intelligendus ad restringendum,

Digitized by Google

& ad limitandum obligationem. Glos. in c. ex literis. de sponsal. & ibi Abb. Nauar. c. 12. num. 54.

Sed si in sponsalibus nullum præfixum est tempus, sed postea ex contractu inter eos certum tempus præfigatur, eo elapso non licet alteri ex sponsis altero inuito sponsalia dissoluere, quia tunc tempus censetur appositum ad differendam obligationem, non autem ad restringendam. Nauar. c. 12. num. 54. Angel. verb. sponsal. num. 57.

Collige ergo Regulam tempore præfixo ad restringendum obligationem elapsi remanere liberos contrahentes, sed per quem stetit, teneri de eius culpa, & tempore præfixo ad differendum obligationem elapso adhuc non cessare obligationem, & repugnantem decreto Iudicis spiritualis posse cogi ad contrahendum modo, quo docet Couar. p. 1. c. 5. num. 6. & si altera pars non curat cogere, repugnans restat libera.

6 Dissoluuntur etiam sponsalia per ingressum Religionis post. sequutam professionem, Imo dissoluitur etiam matrimonium ratum, non autem consummatum. cap. ex publico. de conuer. coniugum. & Conc. Trid. sess. c. 6.

Sed qui cum iuramento contraxisset sponsalia, & deinde vellet ingredi Religionem deberet, ne sit periurus contrahere prius matrimonium, & ante consummationem illius ingredi, sed hoc non est de rigore necessarium, si faceret tutius esset, & est communis sententia. Itaque per professionem, quæ dicitur mors spiritualis, dissoluuntur sponsalia, ac etiam matrimonium ratum, intellige in Religione approbata, licet Nauar. teneat dissolui sponsalia etiam ante professionem. cap. 22. num. 26. cum Sylu. q. 10. & Anel. num. 22. verb. sponsal. & alijs. sed prima opinio est verior, sed aduerte, quod in hoc casu ingressus Religionem non repetitur arræ ab eo, qui ingressus est Religionem, quia ex causa iusta videtur recessisse à sponsalibus.

7 Dissoluuntur etiam sponsalia per susceptionem ordinis sacri quia ordinibus sacris est annexum votum castitatis, nec propterea dicetur fractum iuramentum, aut promissum, sed potius in melius commutatum. c. in melius de sponsal.

Dissol-

Digitized by Google

8 Dissoluuntur etiam sponsalia per votum simplex castitatis, siue fuerint contracta post votum simplex, siue ante votum simplex castitatis, & ratio est, quia sumus in melori bono. Ric. 4. sent. d. 22. art. 3. q. 4. Angel. verb. sponsal. impub. & ibi eo Ioan. Andr. licet teneat contrarium Nauar. c. 22. num. 27.

9 Possunt etiam dissolui sponsalia contracta post septennium, sed ante pubertatem, per puberem, & hoc procedit, siue vterque impuber fuerit, siue vnus tantum, quando contracta sunt, sed non possunt ante pubertatem, sed tunc licebit alteri recedere etiam repugnante altero. cap. de illis. & c. constat. de desponsi. impub. & hic nota, in sponsalibus inualidis defectu ætatis requisitæ non teneri alterum contrahentium expectare vsq; ad annos pubertatis. Nauar. c. 22. num. 27. & habetur in cap. vnico de desponsi. impup. quia ex inualidis non oritur obligatio.

QVAESITVM XIII.

SVMMARIVM.

1 *Puber qui cum impubere contraxit sponsalia nõ potest dissentire, & recedere.*

2 *Impuberes cum peruenerint ad vsum rationis possunt dissentire.*

3 *Sponsalia dissoluuntur per impedimentũ superueniens post sponsalia ex affinitate.*

4 *Dissoluuntur ex impedimento superueniente spirituali cognationis.*

5 *Item ex impedimento perpetuæ infirmitatis.*

6 *Item ex alterius sponsi sæuitia.*

7 *Item ex capitali inimicitia orta inter sponsum, & sponsam.*

8 *Item ob delictum commissum ex altero sponsorum.*

9 *Item ex morte ciuili sponsi.*

10 *Item ex subsequenti cum alio matrimonio, & non secuta copula.*

11 *Item per fornicationem, violationem Sponsæ.*

12 *Item*

Digitized by Google

12 *Item per longam sponsi absentiam.*
13 *Item transacto præfixo tempore.*
14 *Item per votum simplex Religionis.*
15 *Item per reclamationem, & dissensum sponsorum in ætate perfecta.*

An si puber contraxerit sponsalia cum impubere, possit puber dissentire, & recedere sicut potest impuber?

1 DIC. Quod non, est par ratio receſſionis, quia puber est in perfectione Iudicij d. cap. de illis.

Et cum in hoc casu impuber intendit dissentire, tenetur id facere antequam peruenerit ad pubertatem, quia postea non posset, & est commune. d. c. de illis, & ratio est, quia cessat illi actio post pubertatem. Idem dic de sponsal. præsumptis ex Iuris interpretatione, vt quando impuberes contrahunt matrimoniũ per verba de præsenti, quia iura interpretantur contraxisse sponsal. Couar. parte 1. c. 5. §. 1. num. 2.

2 Et impuberes, cum peruenerint ad pubertatem possunt dissentire absque causa, & ex propria voluntate, tam in foro fori, quam in foro poli, quia hoc est priuilegium Iuris. Paludanus 4. sent. d. 27. q. 1. art. 3. cas. 10. Armil. num. 13. verb. ex sponsal. Sed si impuberes contraxerunt sponsalia Iurata, vel alter eorum iurasset, & iuramentum fuisset adiectum à proximo pubertati, quia iuramento obligatur, non possunt dissentire, & est communis sententia D D. & Glos. in d. c. de illis. de sponsal.

3 Dissoluuntur etiam sponsalia propter aliquod impedimentum superueniens post sponsalia, & id succedit, vel ex superueniente affinitate ex illicita copula intra gradum prohibitum, vt si sponsus post contracta sponsalia cognouerit consanguineam sponsæ, & e contra, tunc enim non possunt contrahere inter se absque dispensatione. c. fraternitati. & cap. veniens. & c. ex locis. de eo. qui cognouit consanguineam vxoris suæ. & tract.

Digitized by Google

tract. sess. 34. c. præterea. Conc. Trid. Sed hoc impedimentum non extenditur vltra secundum gradum, & ad contrahendum matrimonium requiritur dispensatio Apostolica. Nauar. c. 22. num. Sot. 4. sent. de 27. qu. 2. art. vid. Conc. Trid. sess. 24. c. 3. & 4. de refor. matrimon.

4 Dissoluuntur etiam sponsalia ob impedimentum superueniens cognationis spiritualis, quæ contrahitur in Baptismo, & cõfirmatione, vt dictum est, vt si quis c. sacro fonte lauet filium sponsæ, aut teneat in confirmatione & è contra.

5 Dissoluuntur etiam sponsalia ob perpetuam infirmitatem, ex qua sequitur, vel magna deformatio, vel magna debilitas, vt lepra, morbus quẽ dicunt Gallicum, sed melius diceretur morbus mundi, quia etiam, vt legi in Regionibus Indiæ frequens est permissus, vt dici potest à Deo in frænum illicitæ luxuriæ, abscissio nasi, aut alicuius principalioris membri, aut cicatrix in facie. Ita etiam, si sit ęgritudo mensis, vt frænesis, insania, obsessio Dæmonum, & simil. ex literis. de coniug. leprosi. c. quemadmodum de Iure.

6 Dissoluuntur etiam sponsalia ex alterius sponsorum nimia, sæuitia, vel furia male tractatione, procuratione ad malum, & dissipatione bonorum. Sylu. verb. sponsal. cas. 15. & Nauar. vbi supra.

7 Dissoluuntur etiã sponsalia capitali inimicitia orta inter spõsum, & sponsam, & parentes sponsæ. Sylu. loc. cit. cas. 8. & hoc est verum, quando subsequens matrimoniũ non esset sufficiens, ad reconciliandum eos. Hostien. in Summ. de sponsal. Sot. 4. sent. d. 27. q. 1. art. 5.

8 Dissoluuntur etiam sponsalia ob delictum commissum ab aliquo sponsorum, vt si sponsus homicidium committat, aut alterius virginem rapiat, aut adulteretur. Palud. 4. sent. d. 5. art. 3. cap. 1. Aut si sponsus incurrat hæresim, aut apostasiam à fide. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 5. §. 18. Nauar. c. 22. num. 27. Aut si sponsa non obseruat pacta, & conditiones sponso promissas, vt de dote, & alijs c. quemadmodum de Iureiur. c. de illis de condit. oppos.

Digitized by Google Dissol-

9 Dissoluuntur etiam sponsalia morte ciuili sponsi, & deportatione.

10 Dissoluuntur per subsequens matrimonium, & non sequuta copula. c. sicut ex literis de sponsal. Sed contrahens peccat mortaliter, vt dictum est, & tenetur satisfacere parti læsæ, & hoc intellige post pubertatem, vt duodecim anni in puella, & quatuordecim in masculo.

11 Dissoluuntur per fornicationem, seu violationem sponsæ quoquo modo. Abb. in c. quemadmodum de iureiur. Couar. parte 1. c. 5. de sponsal. etiam si violatio fuerit per vim. Glos. in c. raptor. 27. q. 2. aut præcesserit sponsalia, si sponso ignota fuerit.

12 Dissoluuntur etiam per longam absentiam sponsi. Hostien. vbi supra. Nauar. c. 22. num. 23.

13 Dissoluuntur etiam, vt dictum est tempore præfixo ad contrahendum transacto, & is, per quē non stat, potest contrahere matrimonium. c. sicut ex literis. de sponsal.

14 Dissoluuntur etiam per votum simplex Religionis, aut castitatis. cap. veniens. & cap. rursus. qui Cleric. vt dictum est, licet aliqui dicant, si votum castitatis præcessisset non tenere sponsalia, si subsequutum est, tenere, sed quocunque modo sit tenendum est dissolui. D. Thom. in addit. ad 3. p. quæst. 53. art. 1. ad. primum. Sot. 4. d. 27. q. 2. art. 1.

15 Dissoluuntur etiam per reclamationem, & dissensum sponsorum in ætate perfecta, vt supra dictum est c. de illis el. 1. de sponsal. impub.

Dissoluuntur etiam proprio consensu mutuo. argum. in l. verum. ff. pro socio §. penult. Dominus. Iacobus Narsinus Narniensis Ciuitatis, patriæ suæ, generis splendore ornamentum maximum, eminentis ingenii, & multiplicis doctrinæ vir, generalis agens Neapoli Illustrissimi Cardinalis Burghesij: super his doctè, vt solet, & subtiliter mecum disputans tenuit, non solum in prædictis casibus sponsalia dissolui, sed quacunque alia iusta, & sufficienti causa, quæ si cognita, & præuisa fuisset, utique fuisset sufficiens ad impediendum ea, quod est verum,

Digitized by Google & est

& est iuxta doctrinam. Sylu. verb. sponſ. casu 16. & Nauar. c. 22. num. 27. dico tamen, quod ad remouendum scandalum, & alia, etiam in mutuo consensu requiritur decretum Iudicis spiritualis.

QVAESITVM XIIII.

SVMMARIVM.

1 *In dissolutione sponsaliorum non requiritur exacta probatio, sed sufficit famam impedimenti.*

2 *Duo casus ponuntur in quibus auctoritate propria, licet alteri sponsorum recedere à sponsalibus.*

Quæ probatio requiratur in dissolutione sponsaliorum Iudicio Ecclesiæ, vt esset in impedimento affinitatis superuenientis?

1 IDIC. Non requiri exactam probationem, sed sufficere famam impedimenti, imo sufficere dictum vnius testis fide digni. D. Thom. 4. sent. dist. 27. q. 2. art. 3. D. Anton. 3. p. tit. 1. cap. 8. §. & in foro conscientiæ sufficit, vt copula sit ignorata ab altero ex sponsis ante, vel post sponsalia.

2 Sed in duobus casibus, licet propria auctoritate, absque decreto Iudicis recedere à sponsalibus alteri sponsorum, primo, quando alter ingressus est, & professus Religionem, vel si spõsus suscepit ordinem sacrum. D. Thom. lo. ci. Secundo, quando alter ex sponsis contraxit matrimonium de presenti. Palud. addit tertium, scilicet, quando alter ex sponsis notoriè fornicatus esset. Quarto, sent. dist. 27. q. 1. art. 3. Sylu. Sponſ. 2. q. 10. Angel. q. 42. & nota, tunc requiri in dissolutione sponsaliorum, decretum Iudicis, quando p onsalia fuerunt publicè contracta in casibus suprapositis exceptis his duobus, non quando fuerunt clandestinè contracta, & causa dissoluendi iusta sit, quia tunc non requiritur sententia iudicis, sed sufficit, vt inter eos conſentiant, vt nuper doctè consuluit Marsilius de Anzi de Monte suſculo amicus meus, Doctor Canonum, Legum,

Digitized by Google

gum, & celebris nominis, in hac prouincia, sed in primis liberalis, cuius ingenij fructus propediem habebit publica vtilitas, quod sensit Nauar. cap. 22. num. 28.

Nota etiam casum in praxi, quod per hanc promissionem, non ducam aliam, nisi te, non sunt propterea contracta sponsalia, nisi constet aliunde promittentem voluisse contrahere. Sot. 4. sent. dist. 29. q. 2. art. 3. Tolet. & Nau.

De matrimonio.

QVAESITVM XV.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonij definitio traditur, & explicatur.*

Quid est matrimonium, & quæ eius materia, & quæ forma?

1 DIC. Quod matrimonium est coniunctio maris, & fœminæ indiuiduam vitæ communionem habens, & hæc est communis definitio, materia est consensus vnius coniugũ, forma consensus alterius, licet alij aliter dicant. vide Nauar. c. 22. num. 20. & in consil. 1. thom. 2. de matrimonio, & Summ. de matrimonio. qui varia differunt de materia, & forma matrimonij, vt etiam nos multa fusius infrà cumulauimus circa modum dandi consensum inter sponsos ad finem contrahendi matrimonium, videas, benigne lector, & curiosa, & vtilia habebis, & roga Deum pro Antonio tuo, à quo, vt promisit in fronte Tractatus, habebis Tractatum de voce Canonicorum, & alia ipsius opera.

QVAESITVM XVI.

SVMMARIVM.

1 *Explicatur quare matrimonium potius à matre potius, quam à patre nominetur.*

Digitized by Google

2 Ma-

2 *Matrimonium alijs nominibus appellatur. nempe, nuptiæ, coniugium, consortium, connubium, quæ nomina explicantur.*

Quare denominatur hoc Sacramentum potius à matre, quàm à patre, cum pater principale onus habeat familiæ suæ, & filiorum & filiarum?

DIC. Appellare à matre potius, quia fœmina ob id nubere debet, vt mater fiat, vel matrimonium dicitur quasi
1 matris munimen, quia mater munit, & conseruat prolem, vel matrimonium dicitur, quasi matrem monens, eo, quod mater monetur, ne virum deserat, aut perdat, vel dicitur matrimoniū, quia proles certius agnoscit matrem, quàm patrem, vel dicitur matrimonium, quia mater habet potius onus prolis ferendo in vtero, & educando, vnde ante partum est onerosa, in partu dolorosa, & post partum laboriosa, nam debet alere filios vsque ad triennium, siue licitè, siue illicitè illos genuerit. cap. nec filium. & c. vlt. de patria potestate. D. Lucius Tontarus Germanus, & imitator D. Bernardini Primicerij, Vallis vitulani, nunc Iudex oppidi insignis montis Herculis, citauit mihi in hoc proposito. Abb. in cap. cum haberet de eo, qui duxit. quam Poll. per adult. & laudaui ego ingenium acutissimi Iuuenis in legū, & Canonum scientia satis versati, & laurea insigniti. Habes ergo, quare nominetur potius matrimonium, sed habe etiam quòd bona fortunæ, & externa, quibus pater studet, vocatur patrimonium.

2 Secundo, Matrimonium appellatur nuptiæ ex eo, quia virgines, quæ prius erecto capite incedunt, contracto matrimonio obnubunt, ideſt cooperiunt caput velo.

Tertio, vocatur coniugum, quasi, quòd vir, & fœmina idem iugum trahunt.

Quarto vocatur consortium, quasi quod vir, & mulier quandam societatem contraxerunt ad producendam prolem, & educandam.

Quinto

Digitized by Google

Quinto, vocatur connubium, quia vir, & vxor nubunt, & ætas in masculis est quatuordecim annorum in fœminis duodecim, etiam si antea essent apti ad generationem, vt legitur de Phares, qui in nono ætatis suæ anno procreauit filios, nempe Esdron. Salomon annorum duodecim generauit Roboam. Achaz decennis procreauit Ezechiam, ita refert Genebrardus in annotatione super Chronic. Hæbreor. quòd dicitur Sedor, Osam, Zata. D. Hieronymus in Epistola ad vitalem affirmat mulierem prouectam ætate, fuisse à puero decenni grauidam.

QVAESITVM XVII.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium dupliciter consideratur, metaphoricè, & propriè.*

2 *Primum est matrimonium spirituale, & inter quos sit explicatur.*

3 *Secundum est matrimonium carnale, quod dupliciter consideratur, primo, vt est officium naturæ, secundo, vt est sacramentum.*

Matrimonium est de iure Diuino, de iure gentium, de iure ciuili, & de iure Canonico.

Quot modis matrimonium possit considerari?

1 2 DIC. Duobus modis metaphoricè, idest, similitudinariè, & propriè: primo est matrimonium spirituale, vt vnio inter fidelem animam, & Deum, per gratiam, vnde Apostolus ad Corinth. 5. qui Deo adhæret, vnus spiritus est cum eo, & habetur in c. debitum de bigamia; secundo, vt inter Episcopũ, & Ecclesiam suam, c. inter corporalia de transl. Episc. Tertio, sed non ita propriè, vt inter Paro. hum, & Clericum beneficiatum, & Parochiam, & beneficium. Quarto inter Clericum, & Eccle-

Digitized by Google

Ecclesiam cuius seruitio in ordinatione adscriptus fuit, & sub cuius titulo fuit promotus, & habetur in c. neminem. dist. 80. & Abb. in c. dudum. de electione. num. 53.

Et hic nota, quod Episcopus potest excommunicare Clericum, qui sine eius licentia recedit ab Ecclesia, cuius seruitio fuit adscriptus, & ordinatus. Abb. in c. ex tuæ. de Cler. non resid. num. 9. & Conc. Trid. sess. 23. c. cum nullus. Quarto, vt inter Religiosum professum, & Religionem, siue locum, vbi professionem emisit 27. q. 1. cap. quæ Christo spiritualiter nubunt.

3 Propriè consideratur matrimonium, vt est carnale, & hoc modis duobus. Primo, vt est officium naturæ. Secundo, vt est sacramentum. D. Thom. in add. ad 3. p. q. 41. art. 1. & sic consideratur, vt quidam contractus ciuilis, vt do, vt des, & est permutatio corporis, & hoc modo est commune, tam fidelibus, quam infidelibus. Sot. 4. sent. d. 27. q. 1. art. 5.

Secundo modo consideratur, vt est sacramentum Ecclesiæ, & ita non pertinet, nisi ad Christifideles, & multum differunt inter se vnum, & alterum, nam matrimonium infidelium non confert gratiam, sed matrimonium fidelium, cum sit sacramentum confert gratiam, & id negare, esset anathema. Conc. Trid. sess. 24. c. 1.

Matrimonium præterea est de iure Diuino, quia est sacramentum, & quia author ipsius fuit Deus in Paradiso terrestri. Genes. 2. & habetur c. 1. de coniug. lepros. & c. vlt. de figijs, & malef. & Conc. Trid. sess. 4. c. 1.

Est de iure naturali. c. ius naturale. distin. 1. & l. 1. ff. de Iust. & Iur. §. Ius naturale, quia naturaliter homo est inclinatus ad procreandum sobolem. l. 1. ff. Sol. mat. Sed nota, quod non est præceptum de iure naturali, sed tantum permissum, & licitum, quatenus verò matrimonio coniungatur pro conseruatione vniuersi, & multiplicatione. l. 1. ff. de reg. iur. & Theol. 4. sent. d. 24

Præterea est de iure gentium tatione consensus, qui est de essentia in matrimonio. l. nupt. ff. de reg. iur. & cap. cum locum de sponsa.

Digitized by Google

Præterea est de jure ciuili ratione pactorum dotalium, & lucrorum, imò hoc respectu est etiam de jure municipali omnis ferè locorum totius mundi.

Præterea est de jure Canonico, quoad essentiales solemnitates & ceremonias Ecclesiasticas, & validitatem, & inualiditatem ipsius, sed vt sacramentum fuit à Christo Domino institutum, vt dictum est.

Hic nota matrimonium spirituale, vt celibatus Religio Clericatus est dignius matrimonio carnali. Conc. Trid. sess. 24. c. 10. & habetur ic. nuptiæ. & in c. vt lex. 27. qu. 1. & Matth. 19. Beati, qui se castrauerunt, ideſt, castè vixerunt propter Regnum cælorum, & Paul. 1. ad Corinth. Virgo cui vult, nubat; beatior tamen erit, si sic permanserit.

QVAESITVM XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Legatum pro maritandis non potest erogari pro monacandis.*
2 *Si legatum sit factum pro persona prticulari maritanda, si illa voluerit Monachari ei debetur.*
3 *Idem dic de legato facto vxori, si non transierit ad secundas nuptias, si ingrediatur Religionem.*

An legatum pro maritandis puellis possit etiã erogari pro monacandis matrimonio spirituali?

1 DIC. Quod non, quia in legatis huiusmodi debent executioni demandari, prout sonant in forma pacifica voluntas testatoris, nec potest mutari in aliud opus magis pium, sine assensu Sũmi Pontificis Clem. quia confugit S. & ibi Zabarel.

2 Sed si legatũ esset factum pro aliqua certa persona maritanda, si illa voluerit maritare se matrimonio spirituali, & ingredi Religionem, debetur ei. Couar. in cap. nos quidem de testam. DD. in authen nisi rogati. C. ad treb. Felyn. in c. impræstantia de pro-

Digitized by Google

de probat. Capecius decis. rot. & legatum pro maritanda debetur ei statim post contractum matrimonium ratum, etiam si non consumetur. l. cum fer. ff. de condict. inde Decius in C. nupt. num. 5. de reg. iur.

3 Similiter legatum factum vxori, si non transierit ad secundas nuptias, debetur ei si contrahat matrimonium spirituale, idest, fiat Religiosa Authen. cui relictum. C. de Episc. & Cler. & ibi Bald. cum Glos. in verbo deficiunt per tex. in Authen. de nupt.

Nota hic, quod si testator legauerit mille pro maritandis decem mulieribus, non admittuntur viduæ, quia legatum loquitur de maritandis, & testator videtur intellexisse de primo matrimonio.

QVAESITVM XIX.

SVMMARIVM.

1 *Quæstio facti de dote &c. spectat ad iudicem secularem, sed an matrimonium sit validum ad Ecclesiasticum.*

Cui Iudici competat cognoscere de causis matrimonij spirituali a alijs?

DIC. Quod si quæstio erit facti, vt de dote, & pactis dotalibus, iudex erit secularis, si vero erit quæstio extra facta dotalia, & lucra ipsius, erit Ecclesiasticus, sed an matrimonium sit validum, & simil. Iudex erit spiritualis tantum. Bart. 1 in l. Titia. sol. matri. Felyn. c. 1. de sponsal.

Digitized by Google

QVAESITVM XX.

SVMMARIVM.

1 *Definitio carnalis matrimonij traditur, & explicatur.*
2 *Cogens aliquem ad matrimonium peccat mortaliter, & est excommunicatus.*

Quid est matrimonium carnale?

1 DIC. Quod matrimoniũ est maris, & fœminæ coniunctio indiuiduam vitæ consuetudinem retinens. DD. in l. 1. rit. nupt. & in c. illud de præsumpt. vel est coniunctio maris, & fœminæ consortium diuini, & humani iuris contractum. d. l. de rit. nupt. ff. D. Thom. 3. p. qu. 44. art. 3. Vel, & hoc melius, Matrimonium est Sacramentum Ecclesiæ, quo fit viri, & mulieris coniunctio legitimam indiuiduam vitæ consuetudinẽ retinens. Nauar. c. 22. num. 19. Glos. in cap. vltimo. de conuers. in fide, & hic intellige principaliter cõiũctionem animorum, & volũtatum, nam matrimonium perficitur consensu, nõ copula. l. nuptias ff. de reg. iuris, & ideo nota, quod prima perfectio matrimonij consistit in mutuo consensu.

2 Hic nota, cogentem aliquem ad matrimonium carnale, peccare mortaliter, & esse excommunicatum, si est Baro, vel Dominus Vassallorum. c. cum ita plerunque. sess. 24. Conc. Trid. Similiter cogentem ad matrimonium spirituale, vt ad ingrediendum Religionem, vel impedientem, ne quis ingrediatur esse excommunicatum vna cum complicibus dantibus auxilium, & fauorem. Conc. Trid. sess. 25.

QVAESITVM XXI.

SVMMARIVM.

1 *Pater qui tenetur dotare filiam pro matrimonio carnali, tenetur etiam dotare pro matrimonio spirituali.*

1 Intel-

Digitized by Google

2 *Intellige si mulier ingrediatur approbatam Religionem.*
3 *Tenentur etiam Vassalli dotare pro matrimonio spirituali, si sunt obligati pro carnali.*
4 *Legatum integrum debet dari puellæ maritandæ, si ingreditur Religionem.*
5 *Quid faciendum in casu, quod legatum sit excedens.*

An pater, qui tenetur dotare filiam in matrimonio carnali, teneatur etiã dotare in matrimonio spirituali, si voluerit ingredi Religionem?

2 DIC. Quod sic. Bart. in l. 1. ff. Si quis à parente fuerit man. miss. §. si parens. Felyn. in c. in præsentia extra probationibus. Ripa. l. 1. solut. matri. ff. num. 6. Bald. in l. vlt. C. de dot. promiss.

Sed intellige procedere, quando mulier ingrediatur Religionem approbatam, ibique profiteatur. Capicius d. decis. rot. Quod etiam procedit in vidua, quæ potest cogere Patrem addandum ei dotem recuperatam ab hæredibus defuncti mariti, si voluerit ingredi Religionem, sicut si voluerit iterum nubere Authen. Sed quamuis de rei vxor Fel. & Ripa lo. cit.

3 Hic adde Vassallos, qui ex constitutionibus Regni tenentur dare subsidium pro maritanda filia Baronis eorum matrimonio carnali teneri etiam pro matrimonio spirituali. Proerius decis. 126. de Franchis decis. 42. de Anna sing. 13. & refert de Anna in Cons. Neapolitano fuisse taxatum ad rationem viginti quinque granorum pro quolibet foculario Regni pro subsidio filiæ Baronis maritandæ.

4 Adde legatum factum pro puella maritanda, debere ei integrum, si voluerit ingredi Religonem, quod dicitur spirituale matrimonium. c. cum in præsentia de probationibus. Hinc sequitur non valere conditionem diminuentem dotem debitam puellæ si ingrediatur Religionem, verbi gratia, legantur mille pro ea maritanda à patre, sed si fiat monialis habeat trecentum quia hæc cõditio est impeditiua maioris boni, & contra bo-

Digitized by Google

nos mores. Ripa. in l. 1. ff. de solut. matrim. num. 61. Couar. variatum in c. 19. Felyn. d. c. in præsentia de probat. & alij, qui testantur de comm. Alij sentiunt contrarium, etiam de commune, sed possunt consiliari, vt prima opinio procedat in legato absolutè facta ab extraneo nulla addita conditione. Couar. c. nos quidem extra de tex. in verb. quæro. Secunda vero opinio procedat in patre legante legatum excedens legitimam de iure debitam, & si non excedat, debetur integrum, sed videatur ad legata decisio de Franchis 41. & 44. pro maiori declaratione.

3 Sed ad videndum de excessu legati pro dote matrimonij carnalis, si puella ingrediatur monasterium, est considerandaqualitas puellæ, & Monasterij, & sic adaptare legatum secundum puellæ, & Monasterij conditionem, aliàs esset iniquum, vt legatum centum millia ducatorum pro maritanda Isabella, dari totum integrum Monasterio Sancti Deodati, si illa hic vult profiteri, in quo datur dos trecentorum ducatorum, &c.

QVAESITVM XXII.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium carnale quotuplex sit explicatur.*
2 *Quatuor sunt præparatoria ad matrimonium, scilicet, electio coniugis, constitutio dotis, denunciationes in Ecclesijs, confessio, & communio.*
3 *Ob tria datur dos.*
4 *Dos debet dari à patre.*
5 *Pater potest cogi ad dotandam Filiam.*
6 *Deficiente patre tenetur frater dotare sororem.*
7 *Tenetur pater dotare filiam, etiam spuriam.*
8 *Tenetur Clericus dotare filiam, etiam ex fructibus beneficij.*

Quotuplex est matrimonium carnale;

DIC.

Digitized by Google

1 DIC. Esse aliud validum, quod contrahitur inter legitimas personas, aliud legitimum tantum, quod contrahitur inter infideles iuxta eorum leges, aliud legitimum, & ratũ, quod contrahitur inter fideles seruatis in omnibus requisitis, tam essentialibus, quam sollemnitatibus, & cæremonijs. Aliud ratum, non legitimum, & est quando contrahitur concurrentibus essentialibus, etiam inter fideles, sed omissis solemnitatibus requisitis, aliud dicitur matrimonium ratum, sed non consumatum, & est quando post mutuum consensum non sequitur copula; aliud dicitur matrimonium ratum, & consumatum, & est quando sequitur copula carnalis post mutuum consensum in præsentia Parochi, & testium.

2 Et hic sciatur quatuor esse præparatoria matrimonij, primũ est electio coniugis, vt eligatur paris conditionis, vt nube pari, dicebat Ouidius, ideſt paris ætatis, & conditionis. l. si filius. ff. de rit. nup. & hoc intellige moraliter, nam pro meliori bono aliquando non obseruatur, & vt eligenda sit bonæ familiæ, & bonæ nationis, nam ex familia, & natione oritur bona persuasio. argum. tex. in l. quod si nolit. de ædil. edict. ff. §. qui mãcipia, & vt eligatur bonæ vitæ, & probatorum morum, quod est præcipuum inquirendum, & aliàs faciens peccat mortaliter licet etiam secundario sit inquirendum de dote, de pulchritudine, de fauoribus, & simil. Glos. 27. q. 2. Couar. 2. p. c. 8. §. 1. num. 4. de sponsal. Caiet. verb. matrimonium, qui dicit non esse mortale, & quod dictum est de muliere eligenda intelligatur, & de viro ex parte mulieris.

Secundum præparatorium est constitutio dotis, & dotalia pacta.

Tertium sunt denunciationes in Ecclesijs, quæ debent fieri, vel in Ecclesia maiori, & Cathedrali, vel in Parochiali, aut alia, vbi frequens Populus conuenit, siue sponsi, siue sponsæ, vel vtriusque, vt fit in Ciuitate Beneuentana, & Diœcesi, & si fiant in altera tantum Parochia, satis erit, hoc tamen modo, quando vir accedit ad domum vxoris, fiant in Parochia Vxoris, & è cõtra. Nauar. c. 27. num. 144. & debet fieri in tribus diebus festiuis

Digitized by Google

liuis inter miſſ. ſoll. Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 1. de refor. & non reuelantes impedimenta, peccãt mortaliter, quia contra charitatem, non tamen incurrunt excommunicationem, ſed poſſet ab Epiſcopo imponi excom. vbi vero reuelatio infamaret, deberet fieri Epiſcopo ad aures, vel in confeſſione. Abb. in c. tua de cogn. ſpirit.

Quartum ſunt cofeſſio, & communio ante matrimonium, de conſilio tamen, ſed contritio eſt omnino neceſſaria, vel attritio.

3 Et ob tria debet dos conſtitui in matrimonio. Primum, vt facilius mulier inueniat virum, cui nubat. l. 1. ff. ſolut. matr. Secundum, pro ſubſtinendis oneribus matrimonij. l. pro oneribus. C. de Iure dotium. Tertium, vt mulier bene dotata, bene tractetur à marito C. fin. C. ad Vell. Boer. deciſ. 22.

4 Et dos danda eſt à patre. l. qui libertas. ff. de rit. dot. quæ dos ſuccedit loco legitimæ filijs omni iure debitæ; & ideo poteſt pater ad legitimã cogi in foro exteriori, & in foro cõſcientiæ. Sylu. verb. dos. num. 55. Ripa, & alij ſcribentes in l. 1. ff. ſolut. matrim.

5 Imò poteſt cogi pater ad dotandam filiam in vtroque foro, etiam ſi illa voluerit nubere eo inſcio, vel inuito, & ad dotándam congruè, quia ſi nollet dotare, eſſet in malo ſtatu, nec requiritur de eſſentia conſenſus patris. Abb. in cap. veniens de ſponſal. Ripa. lo. ci. nam Ius Canon. non requirit conſenſum parentum in matrimonijs filiorum, ſed de iure Ciuili requiritur l. 2. de rit. nupt. ff. & licet attendendum ſit ius Canon. tamen mulier pro eius honeſtate non deberet nubere ſine conſenſu patris, ſicut & maſculus, & hic nota; quod non poteſt pater exhæredare filium, ſeu filiam, quæ contraxit matrimonium eo inſcio, vel inuito, etiam ſi cum perſona indigna contraxerit, nec etiam legitima. DD. in cap. 1. de deſponſ. impub. & ratio eſt, quia de iure Canonico non requiritur conſenſus parentum, licet de honeſtate eſſet adhibendus ob ſcandala, & pericula quæ obueniunt ex huiusmodi matrimonijs inuitis parẽtibus, & ideo ratione ſcandali, & periculi eſſet peccatum, & ſæpè mortale non requirere conſenſum parentum, niſi ex iuſta cauſa excuſarentur.

Digitized by Google

rentur. c. noſtrates 30. q. 5. Couar. 2. p. ca. 3. §. 1. num. 1. Imo tenetur pater dotare, etiam ſi filia eo inſcio nupſerit indignæ perſonæ, & vilioris conditionis. Sylu. in verb. Dos. Iaſon. & alij in authen. C. de inoff. teſt. ſed non tenetur, ſi nubat infami. Iaſon. loc. cit. num. 5.

6 Imo deficiente patre, frater ſororem, & mater filiam. l. neque mater. C. de Iur. Dot. Sylu. in verb. Dos. Iaſon. lo. cit. num. 28.

7 Imò tenetur pater dotare filiam, etiam ſpuriam ex meretrice, vel ex adulterio, aut ex inceſtu, quia in hoc caſu dos loco alimentorum ſuccedit, ad quæ tenetur pater, & conſequenter dotare. c. cum habetur de eo, qui duxit in matrimonium, quã pol. per adul. & ibi Abb.

8 Imo tenetur etiam Clericus dotare filiam, & ex fructibus beneficij. Abb. in c. 1. de cohab. Cler. & mul. Nec obſtat Bull. Fel. rec. Pij V. nam nõ prohibet dotem dari fœminis, ſed victũ, & alimenta dari ab Eccleſiaſticis filijs eorum ſpurijs, ita interpretatus eſt doctiſſimus P. Marius à me numquam ſatis laudandus.

Imo tenetur dotare filias ſpurias, & alere hæredes in bonis paternis. Abb. loc. cit. Capicius deciſ. 164. etiam ſi ſuccederet Monaſterium, aut fiſcus, excepto, ſi ſuccederet ex crimine læſ. maieſt. & ſupradicti non poſſunt abſolui in foro conſcientiæ, niſi dotarent, aut alerent.

Sed excuſarentur, ſi ſpurij haberent aliunde bona, quibus ſe alere poſſent, vel artem bonam, & ſi hæc non ſufficerent, adhuc tenetur pater in ſubſidiũ præſtare alimenta ſpurijs, & dotare. Couar. 2. p. c. 3. num. 8. de deſponſ. Non tamen teneretur pater dotare filiam ſpuriam, nec etiam legitimam, ſi illa inueniret maritum ob eius virtutes, & qualitates ſufficienti dote, dotantem.

Digitized by Google QVAE

QVAESITVM XXIII.

SVMMARIVM

1 *Non licet fingere consignare dotem, propter Iuramentum, & peccatur mortaliter contra faciendo.*

An liceat fingere consignare dotem maiorem ad ostētationem gloriæ mundi, cum re vera non cōsignetur, vel tanta?

1 DIC. Quod ob iuramentum interueniens non licet, & est peccatum mortale, quia falsum iuratur. Sed tenet contractus, nam rei suæ quisque est moderator, & arbiter. Iason in C. ex hoc Iur. ff. de iureiur. num. 55. Abb. in c. 1. de condit. appos.

QVAESITVM XXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium factum coram Parocho, & testibus sine denunciationibus est validū, sed peccat Parochus, & est puniendus.*

2 *Denunciationes quando, & quomodo debeant fieri.*

An mātrimonium factū sine denunciationibus, tamen coram Parocho, & testibus sit validum?

1 DIC. Quod sic. Nauar. c. 22. num. 70. Sed Parochus, qui interuenit peccauit mortaliter, & potest puniri, quia ipse non potest remittere denunciationes, quæ ab Episcopo ex causa possunt omitti, vel postponi, sed non posset Episcopus, vt fiant in diebus ferialibus ex literis Sacræ Congregationis, & quando permittit postponi, debent fieri ante consumatum matrimonium.

Aliquan-

Digitized by Google

2 Aliquando non ſufficiunt, ſed debẽt fieri ipſe denunciationes, & eſt, quando tractatur de muliere, cuius primus vir aſſeritur mortuus in bello, vel captus ab hoſtibus, & ſimil. quia tunc debet fieri proceſſus, nec poterit vxor relicta ad ſecundas nuptias tranſire, niſi conſtito de morte primi viri. cap. Redem. noſter. & c. Dominus de ſecundis nupt. Sot. 4. ſent. d. 28. q. 1. art. 1. Et quocunque caſu celebratio matrimonij debet fieri à proprio Parocho, vel ab alio de eius licentia, & contrafacieas incurrit ſuſpenſionem ex Conc. Trid.

QVAESITVM XXV.

SVMMARIVM.

1 *Quomodo ſe debeat gerere Parochus in matrimonijs contrahendis inter exteros explicatur.*

Quomodo ſe gerat Parochus in matrimonijs inter exteros, & incognitos?

1 DIC. Hanc praxim haberi ex Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. multi. & ex Abb. in cap. inhibito de Clan. deſpo. nempe, vt Parochus deferat ad ſuum ordinem, qui faciat proceſſum, an qui vult nubere habeat aliam vxorem, vel fæmina alium virum, & vt afferant fidem authenticam Patriæ, vel Epiſcopi, quæ bene recognoſcatur ſuper prædictis, aliàs non admittantur ad contrahendum, quia res eſt maximi momenti.

Solebam ego auditor in curia Archiepiſcopali Beneuentanę examinare hos exteros de eorum ætate, & in qua patria maiorem moram feciſſent, & ab illius loci Epiſcopo, vel communitate habere fidem authenticam recognitam, vel ſi examinandi erant teſtes, quærebam depoſitiones incipientes non à negatiua, vt ego neſcio talem habere, aut vnquam habuiſſe vxorem, quia hæc depoſitio non euacuat dubium, vt bene concluſi aliquando cum Carolo Pedicino, Curiæ Archiepiſcopalis Aduocato Fiſcali

Digitized by Google

Fiſcali viro conſultiſſimo, & integerrimo, ſed, vt inciperet depoſitio affirmatiua in negatiuam, vt ego ſcio per hunc, vel illũ modum, talem non habere, aut habuiſſe vxorem, quia ſi haberet, aut habere potuiſſet, ſcirem quippequi noui eum in tot annis, & cum eo verſatus ſum. & c. item, vt ſi vxorem duxiſſet, me non lateret, & hæc ſemper mihi viſa fuit bona praxis, & ea ſpatio ſeptem annorum, & eo amplius vſus ſum, & numquam (de quo ago Deo gratias) aliquid mali ſucceſſit, quam praxim adhibebam in informationibus ſuper diſpenſationibus Apoſtolicis matrimonialibus.

QVAESITVM XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium poteſt contrahi per procuratores, ac etiam per nuncium, & epiſtolam.*

2 *In matrimonio ſic contracto confertur gratia.*

An matrimoniũ poſſit contrahi per Procuratorẽ?

1 DIC. Quod ſic, ac etiam per nuncium, vel Epiſtolam inter abſentes, quia conſenſus poteſt dari per prædicta, & contractus inter abſentes huiusmodi eſt legitimus. c. vlt. de procur. & c. ex parte. de conuer. coniug. Innoc. in c. quando de diuer. & ſic habet vſus, maximè inter magnos principes, licet teneant contrarium Caiet. 1. th. opuſ. tract. 21. q. 1. Victor. num. 244. ſed prima opinio eſt melior.

2 Et in hoc matrimonio ſic contracto confertur gratia, quando per Procuratorem exprimitur conſenſus nomine vnius ex contrahentibus, & pro parte alterius, exprimitur conſenſus, quæ gratia non confertur procuratori, & per ipſum principalibus, ſicut per Procuratorem exprimetur conſenſus alteri parti, ſed immediatè confertur principali, bene tamen diſpoſito, & ſi ille tunc, aut dormiat, aut agat aliud, nam id non repugnat, ſi fieret in Baptiſmo, & extrema vnctione præcedente etiam ſuppoſita

Digitized by Google

ſra diſpoſitione recipientis, quæ aliquando conferuntur ; etiã dormientibus ex infirmitate, & amentibus, & pueris, & tamen eis gratiam confertur.

QVAESITVM XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Miniſter huius ſacramenti ; ſeu cauſa efficiens eſt conſenſus vtriusque contrahentium , vel ipſimet contrahentes.*

2 *Præſentia Parochi, & teſtium non ſunt de eſſentia huius ſacramenti, ſed de præcepto Eccleſiæ, ſine quibus eſſet nullum matrimonium.*

3 *De materia, & forma huius ſacramenti latè tractatur, & etiã aliorum ſententiæ referuntur.*

4 *Parum refert, an prius vir, vel fœmina interrogetur, ſed attenditur conſuetudo patriæ.*

5 *Verba Parochi non ſunt de eſſentia ſacramenti, ſed cæremoniæ Eccleſiæ.*

Quæ ſit cauſa efficiens huius ſacramenti matrimonij, ſeu miniſter propriè ?

1 DIC. Eſſe conſenſum interiorem vtriusque contrahentiũ. l. nuptias de Reg. iur. & 27. q. 2. Vel ſunt ipſimet contrahentes, qui medio conſenſu, tamquã cauſæ efficientes transferunt ad inuicem mutuam poteſtatem corporum. Et præſentia Parochi, & teſtium non eſt de eſſentia ſacramenti matrimonij, ſed de præcepto Eccleſiæ, & authorizat actum , ita , vt ſine eo eſſet nullum matrimonium.

2 Et eſſet matrimonium , ſi cõtrahentes eſſent coram Parocho & teſtibus, dicentes velle contrahere , & ille malitiosè aufugeret, & impediret ex iniquitate. Rot. Rom. deciſ. in manuſcript. imò eſſet matrimonium, ſi Parochus diceret, ego nolo interuenire huic matrimonio, quia D. Vicarius non vult , vt interueniam

Digitized by Google

niam adhuc esset matrimoium, dummodo contrahentes essent personæ habiles.

3 Et ideo dicas materiam huius sacramenti esse ipsosmet coniuges, quia se habent ad actum, vt materia, verba vero ipsorum vel nutus, aut signa secundum morem patriæ consensum exprimentia esse formam. Palud. 4. sent. d. 26. cum Capreolo.

Vel dic melius verba vnius contrahentium, nempe primi proferentis, se habere, vt materiam, & verba alterius respondentis, & acceptantis se habere, vt formam. D. Thom. 4. sent. d. 26. q. 2. art. 2. & 4. d. 1. q. 1. art. 1. q. 52.

Vel dic breuius esse materiam, & formam mutuum consensum, sed intellige expressum, vt supra ad vsum coniugij, qui consensus potest exprimi, vt dictum est per verba, per nutum, per signa, vt fit plerumque à puellis, & alijs modis secundum morem patriæ consensus exprimi solet. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 2. §. 6. quia huius sacramenti non est constituta forma specifica verborum. c. si inter. de despons.

Et consensus potest exprimi non solum per verba, sed etiam per quæcunque signa exteriora exprimentia interiorem voluntatem, & ita intellige cap. tua de spons. vbi dicitur mutos etiã posse contrahere.

Nec obstat cum corpora contrahentium sint materia, & forma vt dictum est, quod Ecclesia aliquando inualidet matrimonium aliquorum, quia Ecclesia non muta materiam, & formã, sed reddit inhabiles multas personas ad contrahendum limitãdo materiam ex aliquo impedimento, vt ætatis vel cognationis & simil. vel defectu sollemnitatum, quibus præcipit sacramentum matrimonij celebrari. Itaque ij contrahentes erunt apta materia, & forma huius Sacramenti, quos Ecclesia non declarat ex iustis causis inhabiles.

4 Et hic scias in expressione consensus contrahentium parum referre, an vir prius, vel fœmina interrogetur, in quo tamen debet obseruari patriæ consuetudo, tutius tamen est prius interrogari fœminam. Abb. in c. si inter. de sponsal. quia si prius interrogaretur vir, & deinde fœmina, (quia varium, & mutabi-

le sem-

Digitized by Google

le ſemper) poſſet mutare propoſitum, & ſic remaneret deluſus, qui prius dedit conſenſum, ſecus in homine, qui eſt natura conſtantior. Sed vbi nulla eſſet conſuetudo, eſſet prius interrogandus vir, nam hoc videntur ſentire verba ſacri Conc. Trid. bene ponderata (viro, & muliere interrogatis) ſeſſ. 24. c. 1. de reform. matrim.

5 Et verba Parochi, Ego vos iungo in matrimonio, &c. non ſunt de eſſentia, ſed ſunt quædam cæremoniæ Eccleſiæ non condemnandæ, & benedictiones. Sot. 4. ſent. d. 27. q. 1. art. 2. & 3.

Et ſi poſt conſenſum vnius magnum intercederet ſpatium ad conſenſum alterius, adhuc fieret matrimonium, durante eadem voluntate, nec ſpatium vitiat.

Secus ſi mutaretur conſenſus, quod intellige etiam in matrimonio contracto per Procuratorem. c. vltimo de procurat. in 6. Iaſon. & Alexand. in l. ſi ſtipuletur. §. 1. ff. de verb. oblig. Nauar. c. 22. num. 8.

QVAESITVM XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Clandeſtine contrahentes ſunt omnino inhabiles ad ſic contrahendum.*

2 *Matrimonium clandeſtinum eſt validum, primo ſi fiat de licentia Papæ. Secundo, ſi aliàs publicè ſit contractum, ſed nulliter propter impedimentum impetrata diſpenſatione poſſunt ſecreto contrahere.*

3 *Eſt etiam validum, vbi non eſt publicatum Concilium, ſi fiat ex vrgenti cauſa.*

An clandeſtinè contrahentes ſint omnino inhabiles ad contrahendum quoduis matrimonium?

1 DIC. Quod non, ſed omnino eſſe inhabiles ad ſic contrahendum, ideſt, non præſente Parocho, & teſtibus. Ideo ſequitur poſſe eos iterum legitimè coram Parocho, & teſtibus contra-

Digitized by Google

contrahere in facie Ecclesiæ. Nauar. c. 22. num. 70. sed ex declaratione Sacræ congregationis Concil. est celebrandum ante faciem Ecclesiæ materialis, & sic habet vsus.

2 Et hic scias in duobus casibus etiam post Conc. Trid. posse contrahi sine peccato matrimonium Clandestinum, primo ex dispensatione Apostolica. Secundo quando fuisset contractum matrimonium coram Parocho, & testibus, sed nulliter, vel defectu consensus, vel quia in gradu prohibito, & simil. tunc sublato impedimento, aut impetrata dispensatione poterunt inter se coniuges priuatim de nouo consentire, nec requiritur præsentia Parochi, & testium, & satis est, vt dipensatio sit in foro conscientiæ, iuxta quod declarauit Pius V. viuæ vocis oraculo. Nauar. c. 22. num. 47. & 70. quod etiam habetur ex declaratione Sacræ Cõgregationis Concilij super cap. de matrimonio. & ita habet vsus sacræ Pœnitentiariæ, licet Nauar. teneat debere iterum contrahi in facie Ecclesiæ coram Parocho, & testibus, & ratio ipsius est, vt si moriatur Parochus, & constiterit primũ matrimonium fuisse nullum, appareat de secundo valido, de quo fiat publicum instrumentum non explicato in specie impedimento inualiditatis primi. Nihilominus in hoc casu sufficeret facere scribi in libro matrimoniorum de hoc secundo matrimonio valido, & sic vitantur pericula, & cessat ratio Nauarri c. 16. num. 36. & Conf. 35. de sponsal.

3 Esset etiam validum matrimonium clandestinum, etiam post Conc. vbi tamen illud non est publicatum, quando contraheretur ex aliqua vigenti, & rationabili causa, vt ad vitandum periculum mortis, vel infamiæ, vel scandali, aut ad sedandas inimicitias, & quando non est facilis aditus ad Superiores, Sot. 4. sent. d. 28. qu. 1. art. 2. Couar. 2. p. de sponf. c. 7. num. 8.

Sed vbi publicatum est Conc. Trid. inter hæreticos si contrahatur matrimonium non seruata forma Conc. est nullum, & ideo si Ecclesiæ reconcilientur, est de nouo ratificandum. vide eumdẽ loc. cit.

Digitized by Google

QVAE-

QVAESITVM XXIX.

SVMMARIVM

1 *Non est necessarium, vt qui stat in bona fide, vt sciat matrimoninm contractum esse nullum.*
2 *Aliorum sententia circa hoc referuntur.*
3 *In matrimonio nullo propter impedimentum, cessante impedimento, requiritur nouus consensus.*
4 *Praxis quomodo in casu posito debeat exterqueri consensus ab altero coniugum.*

Quid faciendum, si matrimonium esset nullum impedimento occulto, sed noto alteri coniugum, à quo impetratur dispensatio in foro cõscientiæ?

1 DIC. Quod non est necessarium, vt qui est in bona fide, sciat impedimentem, propter quod matrimoniũ est nullum, nam possent sequi scandala, aut infamia, vt si vxor prius rem habuisset cum fratre viri, & simil, Imo esset periculum, ne vir illam dimitteret, si sciret matrimonium esse nullum. Quamuis placeat Nauarro c. 22. num. 47. scientem impedimentum saltem in genere debere certiorare alterum coniugem ignorantem illud. Couar. docet debere in specie ab vtroque coniuge sciri impedimentum, ob quod matrimonium erat inualidum, & illud cessasse per dispensationem.

2 Alij dicunt, & videntur adhærere Nauarri sententiæ, cum impedimentum est ex parte mulieris, quæ non potest ex se impetrare dispensationem debere illam quærere, vel per confessorem, vel reuelare in genere viro, vt quærat, vel si neutrum est facile conteri cum bono animo, & excusatur.

3 Et cum matrimonium esset nullum impedimento occulto, sed noto tantum alteri coniugum, si cessaret impedimentum, requireretur nouus consensus vtriusque. Glos. in c. 1. de eo, qui duxit in matrimonium. & c. & ibi Clos. Nauar. Cons. 12. de sponsal. etiam ratio est, quia matrimonium consistit in consen-

Digitized by Google

ſu duorum, neq; ſufficit continuando primi, quia ille eſt per errorem, & per ignorantiam validitatis, & hæc contra Riccardum aliter ſentientem. 4. ſent. d. 29. art. 1. qu. 3. & ceſſante impedimento coniuges, vel de nouo inter ſe conſentiant, velſi ſcienter in matrimonio perſeuerãt videntur tacitè cõſentire. c. præpoſitum, & c. vlt. de coniug. ſeruo. & ibi Abb. & Gloſ.

4 Praxis in hoc caſu exterquendi conſenſum viri à muliere eſſet laudare virum, & dicere de illo ſatis contentam futuram, imo ſi non contraxiſſet libentiſſimè cum illo denuo ſe contracturam, & petere, an & ipſe in d. caſu eadem eſſe voluntate, & approbaret ſi matrimonium eſſet inualidum. Caiet. verb. matrimonium. c. 3.

Et in tali caſu ſciens impedimentum, quouſque alter non conſentiat, non poteſt petere, nec redere debitum, etiam ſiab altero ſollicitaretur, deberet enim tunc, vel diſſimulace morbũ aut aliud ſimplex impedimentum, & ita fugere culpam fornicationis.

QVAESITVM XXX.

SVMMARIVM.

1 *Si ceſſante impedimento coniuges de nouo conſentient ad matrimonium, eſſet verum matrimonium, etiam ſi alter coniugum ſciuiſſet matrimonium eſſe nullum non conſenſiſſet.*

An eſſet validum matrimonium in caſu, quo matrimonium eſſet nullum, & denuo conſentiret vterque coniux ceſſante impedimento?

1 DIC. Quod matrimonium eſſet validum, nam error circa cauſam conſenſus non vitiat matrimonium, vt puta, qui contraxit cum corrupta putans eſſe virginem, quam ſi ſciuiſſet eſſe corruptam, non conſenſiſſet, ſatis enim eſſet, vt actu conſentiat de nouo in talem perſonam abſolutè, & ſine conditione. Couar. 2. p. §. 2. num. 2. in c. quamuis pac. de pac.

QVAE.

Digitized by Google

QVAESITVM XXXI.

SVMMARIVM.

1 *Parochus eſt neceſſarius, & poteſt eſſe tum viri, tum mulieris.*
2 *Qui poſſunt dare licentiam Sacerdoti, vt nomine Parochi celebrat matrimonium, explicatur.*
3 *Hæc commiſſio non poteſt à prædictis committi non Sacerdoti.*
4 *Parochus etiam ſi non ſit ordinatus, Sacerdos poteſt intereſſe.*
5 *Parochus etiam ſi prohibeatur ab Epiſcopo, & interueniat matrimonio, valet.*
6 *Licet præſentia Parochi ſufficiat, debet tamen alias cæremonias exercere.*
7 *Parochus etiam ſi vocetur frandulenter, & contradicat matrimonio contrahendo, ſi fiat in ſua præſentia, valet.*
8 *Quis ſit proprius Parochus explicatur.*

Quis Parochus debeat eſſe præſens viri, vel mulieris in celebratione matrimonij?

1 DIC. Debere eſſe præſentem Parochum mulieris, ac etiã ſufficere Parochum viri, & refert Sacra Congregatio approbaſſe fel. rec. Gregor. XIII.

2 Cum vero datur licentia alteri Sacerdoti, vt nomine Parochi celebret matrimonium, hæc licentia dari poteſt non ſolum ab Epiſcopo, qui eſt ordinarius, ſed etiam ab Abb. alicuius Abbatiæ, qui habet iura Epiſcopalia, & eſt nullius Diæceſis, & hoc circa ſuos ſubditos Nauar Conſil. 5. de ſponſal.

Ita etiam dicas poſſe dare hanc licentiam quamlibet alium prælatum EPiſcopo inferiorem, qui habet Iuriſdictionem Epiſcopalem in aliqua, ſeu aliquibus terris, vt eſt intra Dioeceſim Beneuentanam, Archidiaconus Eccleſiæ Beneuentanæ, qui habet iuriſdictionem in tribus Caſtris, & nunc meritiſſimè eſt Dominus Marius de Vipera nobilis Beneuentanus, ex Ill. familia magnum decus noſtri chori ob notas eius virtutes.

Digitized by Google

Possunt, & hanc licentiam dare Illustrissimi, & Reuerendissimi DD. Cardinales in terris subditis eorum Abbatijs, etiam huo ad spiritualia. Nau. Consil. 47. de sponsal. vt in hac Diœcesi quo ad Castrum, seu Oppidum Fragnetti Abbatis, est Abbas Sanctæ Sophiæ, qui nunc est Illustrissimus, & Reuerendissimus Dominus Cardinalis Burghesius Sanctissimi Domini nostri Pauli V. nepos, de cuius insigni prudentia, iustitia, liberalitate, alijsque virtutibus Vrbi, & Orbi notissimis, taceo, quia alio loco, & præcone opus est, & cuius ego, licet immerito Vicarius sum generalis in dictæ Abbatiæ Iurisdictionem, quæ est ampliſſima.

Vicarij etiam Episcoporum generales veniunt nomine ordinarij, & possunt antedictã licentiã concedere, & ipse Parochus alteri Sacerdoti loco ipsius, imò intelligetur concessam implicitè, si Parochus omnia sui muneris alteri Sacerdoti committat vt declarauit Sac. Congreg. Conc. & Nau. Cons. 47. & 40.

3 Non posset tamen ne Episcopus, nec supradicti commit tere id non sacerdoti, quia Concilium Sacerdotem nominat. Nau. Cons. 45. de sponsal. Nec poterunt dare licentiam contrahendi in aliena Diœcesi, & aliena Parochia. Nauar. cons. 43.

4 Sed cum Parochus proprius non fuerit adhuc Sacerdos ordinatus, potest etiam interesse, quia id pertinet ad iurisdictionem, & non ad ordinem. Nauar. Cons. 4. de sponsal. Imo si sit hæreticus an scismaticus, dummodo non sit per sententiã priuatus cura animarum, potest interuenire celebrationi matrimonij. Nauar. Cons. 9.

5 Item si Parochus prohibeatur ab Episcopo, & interuenerit adhuc matrimonium est validum, quia Episcopus non potest prohibere ea, quæ sunt muneris Parochi, & Conc. Trid. in hoc casu æquiparat Parochum Episcopo.

Idem dic de ordinarijs, vt supra inferioribus. Innoc. 9. in c. primum. Conc. Trid. sess. 24. de refor. matrim.

6 Et interuenire Parochi est, vt adhibitus præsens sit, nec requiritur, vt fungatur aliquo ministerio, aut aliquid dicat ex declaratione Sacræ Congregationi, vbi supra. Debet tamen

Digitized by Google

men Parochus adhibere Sacras cæremonias Ecclesiæ, & sollemnitates iuxta illius ritum, aliàs si ex cõtemptu omitteret peccaret m. & esset puniendus omissio enim prædictorum admittitur, in casibus subitaneis inquibus excusatur Parochus, quia nõ ob contemptum.

7 Et adeo est necessaria præsentia Parochi, vt si vocetur fraudulenter alia occasione, & deinde adhibeatur matrimonio contrahendo à contrahentibus, & ipse, vel neget adesse, vel effugiat, matrimonium est validũ. Decis. Rot. super materijs. Cõc. Trid. manu script.

Idem dic, si Parochus contradicat allegando aliquod impedimentum, puta, quia non præcesserunt denunciationes, aut quia tempus contrahendi est prohibitum ab Ecclesia; adhuc esset matrimonium validum, quia Concil. requirit Parochi presentiam cum testibus ad probationem matrimonij, non autem ad firmandum illud, quo ad alia. Nau. conf. 20. de sponsa. secus esset, si Parochus allegaret contradicendo impedimentum dirimens, & esset verum, quia tunc eius presentia matrimonium non validaret.

8 Et Parochus, qui debeat interuenire erit ille, sub quo quis domicilium habet animo perpetuo commorandi, nam quo ad sacramentorum administrationem ad distinguendum quis sit proprius Parochus considerarur habitatio. Abb. in c. omnis. de pœnit. & remiss. & ibi DD.

Nec interest, vt paruo tempore quis, vel multo habitauerit, quia pendet ex declaratione illius voluntatis, si dicit habere se animum ibi perpetuo habitandi, quod etiam per exteriora, vt alibi dicemus, declarabitur. Abb. in cap. extirpandæ. de præben. num. 11.

Hinc sequrtur non esse proprium Parochum villæ alicuius, si dum est in villa, quia ibi non habet animum cõmorandi perpetuo, sed aliquo tempore, puta durantibus diebus æstiuis, si matrimonium contrahatur coram Parocho Villæ, vel alterius loci, vbi ad tempus habitant contrahentes est nullum. Naua. Conf. 20. de clan. de sponsa.

Digitized by Google

In Ciuitate, & Diœcesi Beneuentana regulariter reputatur proprius Parochus ille, in cuius Parochia maiorem partem anni habitauit animo permanendi.

QVAESITVM XXXII.

SVMMARIVM.

1 *Si Parentes contrahentium exprimant eorum consensum, & filij contrahentes sunt præsentes, & tacent, verè est matrimonium.*

2 *Hoc non procedit de alijs consanguineis, & amicis.*

3 *Limitatur, si filij contrahentes declarassent oppositum.*

An extimaretur consensus sponsæ, & sponsi, si ipsis præsentibus parentes exprimerent pro ipsis eorũ consensum in matrimonio?

1 DIC. Quod sic, si filij contrahentes sint præsentes, & taceant, vt habetur in c. 1. de desponsimpub. in 6. §. vlt. & ratio est, quia, qui tacet affirmat, & eorum taciturnitas, dum intelligunt factum, vt præsupponitur, satis explicat eorum consensum, & ratificant consensus parentum. Angel. verb. matrimonium 3. num. 5.

2 Sed hoc nõ procedit, si alij consanguinei, vel amici pro ipsis sponsis consentirent, quia solum in parentibus, & non in alijs hanc præsumptionem induxit ius Canonicum, & est communis sententia DD. in c. 1. §. vlt. Felyn. in c. non ne. de præsumpt. Palud. 4. d. 27. qu. 3. art. 3. concluſ. 4. Licet contradicant Victor. num. 250. Sot. d. 27. q. 1. art. 3. & alij, qui dicunt non præsumi matrimonium in hoc casu in foro exteriori, sed in foro conscientiæ esse verum matrimonium, si fuerit vnus consensus interior tacentium cum exteriori, sed prima opinio est vera.

3 Sed tamen nõ esset vera hæc opinio, si contrahentes ante actum

Digitized by Google

sum huiusmodi declarassent eorum voluntates, & nollet per alios, etiam parentes declarari eorum consensum, tunc in vtroq; foro non esset matrimonium.

QVAESITVM XXXIII.

SVMMARIVM.

1 *In matrimonio de præsenti, etiam per Procuratorē potest dari consensus, si speciale habeat mandatum contrahendi cum determinata persona.*

2 *Esset tamen matrimonium inualidum, si ante consensum per Procuratorem à principali fuisset reuocatum mandatum, etiam ipso Procuratore ignorante.*

3 *Non potest Procurator alterum substituere.*

4 *Consensus in masculo requirit ætatem quatuordecim annorum in fœmina duodecim completorum.*

5 *Requirit etiã potentiã generandi, & vnde hoc possit cognosci.*

6 *Malitia in hoc potest supplere ætatem, si ante dictum tempus habeant vsum rationis, & potentiam ad generandum, sed id raro contingit.*

An in matrimonio de præsenti possit dari consensus per Procuratorem, seu Nuncium?

1 DIC. Quod sic, sed oportet habere mandatum speciale ad contrahendum matrimonium cum certa, & determinata persona, Glos. d.c.vlt. & formam exprimendi consensum per Procuratorem ponit Abb. in cap. ex parte. de conuersat. coniug. Sylu. verb. matrimonium 5. qu. vlt. Couar. 2. p. c. 4. num. 7. de sponsal.

2 Et hic sciendum, si ante præstitum consensum per Procuratorem fuisset à principali reuocatum mandatum procurationis ipso Procuratore ignorante, & inscia muliere, cum qua volebat contrahere, matrimonium esse inualidum, quia deest consensus contrahentis. c. vlt. de procuratoribus. in 6. & alij, vt

Digitized by Google

supra, & hoc procedit, si mandatum fuerit reuocatum directè & expressè, siue tacite, siue per secundum matrimonium, cum altera de præsenti. c. si duo de Procuratoribus in 6. Secus esset, si non reuocauit, sed tamen post mandatum non amplius de matrimonio cogitauit, quia tunc est validum matrimonium, nam sufficienter durat primus consensus, nisi reuocetur, vt dictum est.

3 Itaque potest per Procuratorem contrahi matrimonium, & hoc tam ex parte viri, quam ex parte mulieris, sed non posset Procurator alterum substituere, nisi ei esset specialiter commissum à principali. d. c. de Procuratoribus. Nec est prohibitum, etiam post Conc. Trid. contrahi per Procuratorem, qui Conc. non mutauit naturam matrimonij, & modum contrahendi, sed addidit sollemnitates requisitas, scilicet coram Parocho, & testibus. Innoc. 9. super. cap. 1. Conc. Trid. de refor. matrim. vbi scias consensum requisitum ad contrahendum matrimonium debere dirigi in alterutram translationem corporum, siue in coniunctionem coniugalem, quæ secum affert potestatem corporum, nec requiritur expressus consensus in copulam, cum sit ad hoc implicitus, & virtualis ipse consensus. Sot. 4. d. 27. q. 1. art. 1. Couar. 2. p. c. 3. num. 1.

4 Hic tamen consensus, vt sit sit perfectus ad matrimonium contrahendum de iure Canonico, & ciuili requiritur in masculis ætas quatuordecim annorum completorũ, & in fœminis duodecim complerorum, in qua ætate dicuntur masculi puberes, & fœminæ viri dotentes. l. quæsiuit. ff. de sponsa. l. mulier. ff. de rit. nupt. c. puberes. & c. matrim. de desponsa. impub.

5 Et in hac ætate requiritur etiam potentia generandi. Sylu. verb. matrimonium. 5. qu. 6. & malitia potest supplere ætatẽ, vt si ante decimumquartum annum habeant contrahentes vsum rationis, & potentiam ad copulam possunt legitimè contrahere matrimonium, non expectato anno quartodecimo. c. de illis. c. impuberes. & c. vlt. de desponsa. impub.

Potentiam autem coeundi potest cognosci, si cum alia mulliere habuerit copulam, vel si cum sponsa, sicut etiã, si ex aspe-

ctu,

Digitized by Google

ctu, & alijs signis demonstrabitur illum esse aptum ad generandum. DD. in cap. de despons. impub. §. 1. in 6. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 19. art. 5. & alij.

6 Nec tamen potest certa ætas assignari, in qua dicatur malitiã supplere ætatem, quoad antedictum effectum. nam. Glos. 20. q. 1. refert in nono anno. & idem D. Gregor. in moral. c. 1. & D. Hyeron. ad Vitalem refert in octauo anno malitiam suppleuisse ætatem.

Sed id de raro contingit, & plerunque est, quando puer est proximus pubertati, quod est post decem annos cum dimidio & in fœminis post nouem cum dimidio, ita Decius, & Cagnolus l. pupillis. ff. de reg. Iur. & ibi Glos.

Sed in contractu coniugali proximus pubertati dicitur, qui sex menses minus habet ad pubertatem, sed id relinquitur arbitrio Iudicis.

QVAESITVM XXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Consensus in matrimonium potest dari sub conditione, qua adimpleta est validum.*

2 *Nec alius requiritur postea consensus, quicquid dicant alij.*

3 *Fallit hæc regula, quando conditio adimplenda est impossibilis, non tenet matrimonium.*

4 *Si ante adimpletam conditionem altera pars cum alia cõtrahebat, tenet matrimonium.*

5 *Non licet tamen, stante conditione, retrocedere, quòd si retrocedat, tenet matrimonium, si cum alia contrahat.*

7 *Quid dicendum, si apposita sit hæc conditio à filio, si pater meus consentiat, & pater suus dissentiat, explicatur.*

An dari possit in matrimonio consensus sub aliqua conditione?

DIC.

Digitized by Google

1 DIC. Quod sic; cap. super eo. cap. vlt. de condit. appoſit. & c. de ſponſal. in 6. dummodo non ſit conditio, quæ annullet matrimonij contractum, ſed ſi eſt conditio licita, vt ſi pater meus conſenſerit, tunc pendente hac conditione, aut non adueniente conſenſu patris, matrimonium non eſt, ſed adimpleta conditione, vel purificata, matrimonium efficitur. Gouar. d. 2. p. c. 3. num. 2.

In hoc caſu aliqui volunt de nouo requiri conſenſum purũ contrahentium, purificata conditione. D. Thom. 4. ſent. d. 29. q. 1. art. 3. q. 7. & ibi Dominus. Sot. q. 2. art. 1. D. Bonau. & alij. Vict, num. 254.

Canoniſtæ tenent nõ requiri de nouo conſenſu, & hæc opi-
2 nio eſt practicanda. Innoc. Abb. & alij in c. de illis. de condit. oppoſit. Nauar. c. 22. num. 46. Ang. verb. matrimonium. 3. num. 4.

Et ſi eo tempore, quo apponitur illa conditio, vt Pater erat
3 mortuus, & filius neſciebat, non valet matrimoniũ, niſi de nouo conſentiat, quia conditio nõ poteſt adimpleri.

Si vero ſciebat patrem eſſe mortuum, illa conditio habetur pro non appoſita, & habenda pro impoſſibili, & valet matrimonium. Roſel. verb. matrimonium. 5. num. 8. Sylu. verb. matrimonium. 4. Quos refert Nauar. c. 22. num. 64.

Ex his ſequuitur, ſi ante conditionem adimpletam altera
4 partium abſolutè cum alia contrahat, valeret matrimonium, nec ſi poſtea conditio in primo matrimonio appoſita adimpleatur, aliquid operabitur. argum. cap. ſuper eo, & cap. ſi pro re. de reſcrip. Nauar c. 22. num. 64. & rario ipſius eſt, quoniam in his, quæ ex voluntate ſolum diſponentis pendent impletum nõ retrotrahitur ad tempus diſpoſitionis re non integra, ſed ſi adimpleta foret conditio ante contractum cum altera contractum ſub numero 65.

Nec licet recedere à contractu pendente conditione, quia,
5 & ſi conditio quouſque adimpleatur, non impediat vinculum, & obligationem, tamen obligat, vt nõ poſſit recedi, durante il-

la.

Digitized by Google

la, si tamen de facto contrahatur per verba de præsenti absolutè cum altera matrimonium tenebit.

7 Cum verò filius apponeret conditionem; si pater meus consentiet, & ille sciens dissentiat, sed postea re bene perspecta cõsentiat, dicas non esse matrimonium illud primo loco contractũ quia conditio illa, si pater consenserit, est intelligenda de primo consensu, aut dissensu post scientiam facti. Sot. 4. dist. 29. q. 2. art. 3. Angel. verb. matrimonium 3. impedimentum. 3. num. 2.

Contrarium tenuerunt Nauar. c. 22. num. 63. Sylu. verb. matrimonium 3. q. 4. Tabien. verb. matrimonium. 2. num. 12. sed priori opinioni, vt probabiliori adhærerem, vbi vero in consensu patris esset appositum tempus, potuisset ille intra tempus primo consentire, & dissentire, & deinde iterum consentire ante patris assensum, & matrimonium esset validum.

Et hic sciatur etiam post Conc. Trid. coram Parocho, & testibus posse contrahi sub conditione, quia Concil. vt dictum est, non mutauit naturam, sed addidit nouam sollemnitatẽ, & ideo si ante Conc. licebat, & post etiam licet contrahere sub conditione. Nauar. Cons. 1. de condit. appos.

Sed prudens Parochus non debet interuenire huiusmodi matrimonijs sub conditione.

Et cum quis contraheret sub conditione, & adesset impedimentum dirimens sublato impedimento per dispensationem, & conditione adimpleta, remanet matrimonium validum absq; nouo consensu, & sufficit primus. Cald. in c. super eo. de cõdit. appos. de Butrio, & alij. Abb. & Innoc. in d. c. requirunt nouum consensum, & cum his Card. Sylu. verb. matrimonium. 3. q. 9. Sed prima opinio est bona.

QVAESITVM. XXXV.

SVMMARIVM

1 *Contrahentes matrimonium turpi conditione, & non expecta-*
to eius aduentu, contrahat cum alia, inita pari, peccat.

Digitized by Google 2 Con-

1 *Conditiones quædam sunt turpes, & harũ species explicatur.*
2 *Conditiones aliæ sunt honestæ, & multi casus explicantur.*

An peccet, qui contrahit matrimonium cum conditione turpi, aut parum honesta, & non expectato eius aduentu, cum alia contrahit, aut mutat voluntatem, inuita altera parte?

1 DIC. Quod sic, nec potest absolui, nisi promissum præstet, si potest, & restituat, quod tenetur damnum passæ vel saltem proponat restituere. Nauar. c. 22. num. 61.

Et tres species conditionum possunt in consensu matrimonij sub conditione inueniri, aliæ sunt turpes, & contra substantiã, & bonum matrimonij, vt contraho tecum, si sterilitati vacaueris, vel si aliam te ditiorem non inuenero. Prima conditio est cõtra bonum sobolis. Secunda est contra bonum indissolubilitatis Sacramẽti, vel si victum tibi ex adulterio quæsieris, quæ est contra bonum fidei. Glos. in cap. final. de condit. app. Nau. lo. cit. Et hæ conditiones tollunt omninò matrimonium, vbi apponuntur, & vitiant illud.

2 Aliæ conditiones dicuntur turpes, & factu impossibiles, vt contraho tecum, si occideris, vel si digito cælum tetigeris, & simil. & hæ conditiones non tollunt matrimonium, nec suspendunt, & habentur pro non appositis, & matrimonium remanet firmum, & validum, tanquam absque conditione contractum, Imodictæ conditiones vitiantur à matrimonio.

3 Aliæ conditiones dicuntur honestæ, vt si pater meus consenserit, si tanta dos dabitur, & hæ conditiones matrimonium suspendunt, quousque adimpleantur. c. de illis. & c. per tuas. & c. super eo. de condit. appos.

Et vt ita sit, est necesse, vt dictæ condiriones honestæ à principio apponantur, & suspensiuè, secus enim esset, si post dati consensum resolutè apponerentur, nam tunc conditiones nil operarentur. cap. 1. de condit. appos. nisi ambæ partes expressè consentiant, vel saltem vna exprimat conditionem altera parte

Digitized by Google

parte audiente, & tacente. Nauar. c. 22. num. 62.

Et quando apponeretur conditio de re præterita, vel præsenti, vt contraho tecum, si Alfonnsus mortuus est, vel si viuit, hæc non suspendit, quia, aut est vera conditio, matrimonium est validum, aut falsa, & est nullum, & ideo hoc non vocatur proprie conditio. Nauar. lo. cit.

Sic etiam non suspendit causa apposita in consensu, vt contraho tecum, quia fuisti miles, nec suspenderet modus, qui apponeretur, vt contraho tecum, vt non eas ad bellũ, nec suspenderet demonstratio, vt contraho tecum, qui es Doctor, & simil.

Et licet hæc tria non suspendant matrimonium vbi apponantur, tamen aliquando annihilant illud, quando esset contra bonum matrimonij, & contra substantiam, aut inducant errorem Nauar. lo. cit.

Et hic nota, quod si quis dixerit, contraho tecum matrimonium, si permiseris mihi coitum, & illa acceptat, est matrimonium præsuppositio coram Parocho, & testibus, si ille intelligit de coitu fornicario, hæc conditio, habetur pro non appòsita, si vero intelligit de coitu licito, & vxorio, atque dormierit cum vxore illam carnaliter cognoscendo, est marimonium quo ad Deum, & quoad Ecclesiam.

In consensu vero per tempus futurum, si intelligit de coitu illicito, conditio habetur pro non appositia, & sic remanent spõsalia pura, si vero intelligit de coitu licito vxorio, sunt sponsalia conditionata, quæ sequuta copula purificantur quo ad Deum & Ecclesiã, & transeunt in matrimoniũ persumptũ quo ad Ecclesiam, & quo ad Deum fiunt absoluta ex conditionibus per adimplementum conditionis, sed non matrimonium nisi addatur ab vtraque parte consensus matrimonialis post sponsalia pura. Nauar. vbi supra.

Si quis vero diceret contraho tecum, si pater consentit, & pater nec affirmat, nec negat, in hoc casu est colligenda illius intentio per signa, si placet ei matrimonium, aut secus, & ex signis exterioribus potest considerari ad quem finẽ tendat eius taciturnitas. Nauar. c. 22. num. 63. ex sent. Sylu. verb. matrimonium. 3. q. 4.

Digitized by Google

Sed

Sed si pater mortuus est eo tempore, quo apponitur illa conditio, ignorante filio, matrimonium non valet, quia conditio non potest adimpleri, & si filius sciat patrem esse mortuū, & adhuc reseruat illius consensum, valet matrimonium, & cōditio habetur pro non apposita. Rosel. verb. matrimonium. 5. num. 8. Sylu. num. 4.

Vbi verò apponeretur conditio, contraho tecum, si te inuenero Virginem, & ille intelligeret de inspectione virginitatis, per inspectionem honestarum fœminarum, matrimonium esset validum, quia conditio esset bona de re futura, & honesta, & illa adimpleta remanet verum matrimonium. Sed si intelligeret velle inspicere per copulam carnalem illius virginitatem, quia turpis est conditio, habetur pro non apposita, & matrimonium remanet purum quo ad Ecclesiam, sed non quo ad Deum, quousque ille cognouerit eam affectu maritali. Nauar. lo. cit. Sylu. verb. matrimonium 3. q. 8.

Similiter habetur pro non apposita conditio, si quis dixerit, contraho tecum, si cras Sol orietur, quia cum hoc sit necessariò sequuturum, non est conditio, & ideò quo ad Ecclesiam, matrimonium remanet purum, sed quo ad Deum, non est matrimonium vsque ad ortum Solis, si verò illius animus fuit, suspendendi matrimonium vsque ad sequentem diem, quo Sol necessariò oriturus erat. Nauar. lo. ci.

Habe ergo regulam, quod quando apponitur conditio, quæ non vitiat matrimonium, sed potius ab eo vitiatur, & si est impossibilis, tunc matrimoniū, quo ad Ecclesiam præsumitur purè contractum. Sot. 4. sent. q. 2. art. 2. & alij. Sed quo ad Deum quia deest consensus, quando quis non intendit aliter contrahere, non est matrimonium, nec etiam esset matrimonium in foro exteriori, quando apponens conditionem erraret, quia credebat esse possibile, quod pro conditione appositi. l. seruo manumisso. ff. de condit. indebit.

Et hic nota, quòd conditiones appositæ à tertio impedientes matrimonium, reijciuntur à Iure, vt si apponatur in legato conditio, quæ impediat matrimonium, vt lego Titiæ centum si non

Digitized by Google

si non nupserit, tunc debebitur legatum, etiam si illa nupserit. l. Titia. ff. de condit. & de monstr. sed de iure nouo intelligitur fauore virginum tantùm, & non viduarum. authen. relict. C. de inuict. licet de hoc DD. alterchentur.

Hic etiam nota, legatum factum vxori, si castè vixerit, non deberi ei, si transierit ad secundas nuptias, quando legans erat indiota, & nesciebat in matrimonio esse castitatē, sed si erat doctus, & intelligens testator, debetur legatum, etiam si vxor transiit ad secundas nuptias, & pro discernenda hac re dubia, est attendendus vsus loquendi patriæ. Sylu. leg. 1. num. 9.

Et cum legatum esset impeditiuum Religionis per maiorem quantitatem, vt quando quis legaret alicui mille, si nupserit, & centum, si fiet Religiosus, tunc ingresso illi Religionem, deberi maius legatum, puta mille, communis opinio testatur. Couar. lib. 1. Var. c. 9. num. 7. Moli. tract. 20. de Iust. disp. 207. Sed in hoc casu esset considerandum, quæ supra responsa sunt, quando pro ingressu alicuius monasterij, satis minus dos sufficit.

Esset tamen licita conditio, si quis diceret lego Titiæ centū, si Bernardino nupserit, quia non est prohibitum allicere ad matrimonium cum certa persona, etiam spe præmij, & nubenti illi cum persona designata, debetur legatum. l. Titio centum. §. Titiæ centum. & l. cum illa. ff. de condit. & demonst.

Esset etiam licita conditio, si apponeretur, vt legatarius efficiatur Sacerdos, vel Religiosus. Ant. Gino. Tho. p. c. 12. nu. 78. sicut etiam esset licita conditio, si diceretur, lego Titio cētum, si non nupserit certæ personæ, dummodo in vtroque casu non tollatur libertas ad contrahendum, nec adijciantur pœ pœna dictæ conditiones auferendo legatum, si nupserit, vel nō nupserit. d. §. Titio centum.

Hinc sequitur non esse obseruandam conditionem, quæ tollit libertatem matrimonij, vt cum pater legat filiæ aliquod legatum, si illa nupserit de consensu N. l. cum tale §. rescrip. de condit. & demonst. deberet tamen filia obseruare conditionem appositam à patre, vt si nubat, nubat de consilio N. quia consilium

Digitized by Google

filium tenetur requirere, sed non tenetur sequi. Cotar. d. 3. p. c. 3. §. 8. num. 1.

Nota hic pulchrum singulare Petri de Rauen. 19. quòd si quis fuerit absolutus de adulterio, prætextu proximitatis, & postea cum ea matrimoniũ conttahat ex hoc, iuris, & de iure, videtur nasci præsumptio, ex qua de primo adulterio poterit cõdénari. Ostendit mihi hoc singulare chariſſimus nepos meus Maximilianus, Prothonotarius Apostolicus, Sacræ Theologiæ, & vtriusque Iuris Doctor, notarum virtutum Sacerdos, quem precor cœlestem Regem, vt quamprimum cernam ex Hispania regressum.

De Benedictione facienda in nuptijs.

QVAESITVM XXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Benedictiones nuptiarum non sunt de essentia Sacramenti.*
2 *Non sunt illæ adhibendæ in secundis nuptijs, nisi forte primæ non fuissent benedictæ.*
3 *Cosumantes matrimonium ante benedictionem nuptialem, non peccant.*

An sint benedicendæ nuptiæ?

1 DIC. Quod benedictiones nuptiarum non sunt de essentia Sacramenti, sed qui eas omitteret, vltra peccatum mortale deberet puniri, nam debent adhiberi cum cæteris cæremoniis Ecclesiæ, iuxta Rituale, sed in casu necessitatis Parochus omittens excusaretur à pccato, & à pæna.

2 Sed hæ benedictiones non sunt adhibendæ in secundis nuptijs, quia cum semel coniuges benedicti sunt, non est amplius super eis repetenda benedictio c. capella. c. viri authen. de 2. nuptijs. Sed vbi primæ nuptiæ non fuissent benedictæ possent benedici secundæ, quia cessat ratio. Pulud. 4. dist. 43. art. 1. Nauar. c. 22. num 38. Vbi

Digitized by Google

Vbi verò alter tantùm contrahentiũ fuiſſet in prioribus nuptijs benedictus, neque tunc eſſent ſecundæ nuptiæ benedicendæ, quia reiteraretur benedictio, quo ad illum. Palud. Io. cit. cum Nauar. Abb. c. vir autem. & ibi Gloſ. de 2. Nupt. niſi tamen contrarium obſeruaretur de conſuetudine.

Alij ſimpliciter aiunt non eſſe benedicendas ſecundas nuptias cum vterque fuerit benedictus, ſiue ſi mulier tantum, ſed ſi ea non fuerit benedicta, poſſe, & debere benedici ſecundas nuptias. Sylu. in verb. nupti. qu. 1. & 2. Couar. 2. p. de ſponſ. c. 8. §. 11. num. 20. & prior illis D. Thom. 4. ſent. diſt. 47. q. 3. art. 2. ad ſecundum, & ita vſu receptum eſt.

Coniuges verò, qui conſumarent matrimonium ante benedictiones nuptiales, peccant, non mortaliter ſecundum cõmunem opinionem Theologrum, ſed de veniali non eſt dubium. Sylu. verb. debitum coniugale. q. 9. Caiet. verb. matri. peccata, & alij.

3 Imò aliqui volunt, nec eſſe veniale. Vict. Matrim. num. 267. Nauar. c. 22. num. 83. & id videtur indicare Concil. Trid. cum hortatur ſolum, & non præcipit, ne coniuges. &c.

Et hic ſcias matrimonium debere contrahi ad procreandam ſobolem, & ad euitandam fornicationem, & vt vir in officio ciuilitatis hàbeat adiutorium ſimile ſibi. tex. in cap. nupti. 27. q. 1. & c. omne 27. q. 2.

Don Fabius ex clariſſima familia Carrafa, Dux Campileti, vt eſt generis ſplendore Illuſtriſſimus, & Chriſtianarum, Heroicarumque virtutum laude excellentiſſimus, ita eminentiſſimi, & perſpicaciſſimi ingenij, aſpectuq; dignus Imperio, interrogauit me aliquando, dum ibi eram in Viſitatione, ſuper hac materia, & reponſo lætus acquieuit. Non degenerat ab eo Don Carolus eius Germanus, Dominus meus ſingularis.

Bona autem matrimonij ſunt tria, nempe fides, proles, & Sacramentum. Et conditiones, quæ apponerentur in conſenſu à contrahentibus contra tria hæc bona, non valerent, modo, quo ſupra dictum eſt.

Digitized by Google

De inseperabilitate matrimonii.

QVAESITVM XXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium non potest dissolui, quo ad vinculum*
2 *Matrimonium infidelium coniugum, si alter fiat fidelis, non dissoluitur.*
3 *Fidelis potest cum infideli coniuge cohabitare, etiam quo ad thorum, licet non teneatur.*
4 *Si vterque fuerit conuersus ad fidem, non potest solui matrimonium.*
5 *Infidelis conuersus, si habeat plures vxores poterit primã retinere, dummodo non sit aliquod impedimentum iuris Diuini, vel naturalis.*
6 *Si infidelis nolit cohabitare cum fedeli; dissoluitur matrimonium, cum fidelis secundum matrimonium contrahit, vel propter Religionem, vel sacros Ordines suscipit*
7 *Non dissoluitur matrimonium, si alter coniugum fiat hæreticus.*
8 *Matrimonium ratum tantùm inter fideles dissoluitur per professionem, non autem per susceptionem ordinis sacri, hoc autem non procedit, si matrimonium sit consumatum.*

An matrimonium, vt sacramentum, possit dissolui?

1 DIC. Nullo modo, quo ad vinculum, iuxta illud Math. 19. Quod Deus coniunxit, homo non separet, & hoc est verum, siue ante copulam, siue in lege Euangelica, in lege veteri permittebatur, vel potius tollerabatur repudium ex iustis causis cum vera separatione matrimonij. Palud. 4. d. 33. q. 1. art. 2. Sed modo omninò hoc est ablatũ, & aliter sentire, esset hæresis.

2 Et cum matrimonium esset contractum inter infideles, & consumatum

Digitized by Google

sumatũ, si alter contrahentiũ fiat fidelis non dissolueitur, sed potius confirmatur, si infidelis cohabitabit cum fideli sine iniuria Creatoris. c. infidel. 28. q. 2. c. quando, et cap. gaudemus de diuort. secus si discedit infidelis.

Et cohabitare sine iniuria Creatoris, est si non suadeat uxorem ut recedat à fide, quam suscepit, uel si eam non adhortetur ad aliquam iniquitatem fidei, et in hoc casu non teneretur fidelis separari, quo ad uinculum, etiam si posset, sed satisfaciat, si ejjdrat se quo ad thorum. D. Thom. 4. d. 39. art. 3. et alij.

3 Sed si infidelis uelit cohabitare sine iniuria Creatoris, poterit fidelis cohabitare cum eo, etiam quo ad thorum, licet non teneatur, nam Apostolus 1. ad Corinth. 7. consuluit, non praecepit, et ita potuit fieri et dicunt fieri apud Indos, et alios nouiter ad fidem conuersos. Nauar. c. 2. num. 41. D. Antoninus 3. p. tit. 4. c. 6. §. 5. Licet alij uoluerint contrarium seruari debere, uide D. Thom. ubi supra, sed prima opinio est bona.

4 Et cum uterque coniux fuerit conuersus ad fidem, non possunt dissolui mutuo consensu à matrimonio, nec poterant ante conuersionem, quia per Baptismum eorum matrimonium transit in sacramentum, et sic confirmatur. Si uero infidelis habens plures uxores, effectus Christianus poterit primam retinere, quae est uxor legitima, dimissis alijs, et hoc est uerum, etiam si matrimonium cum prima haberet aliquod impedimentum iuris positiui, non autem Diuini, aut naturalis, dixi positiui, quia infidelis non tenentur legibus Ecclesiasticis. c. gaudemus de diuor.

6 Verum si infidelis nolit cohabitare cum fideli, matrimonium quod inter eos erat, tunc uere dissoluitur, cum fidelis secundũ matrimonium contrahit, uel si est uir, quando susciperet ordines sacros. D. Thom. 4. dist. 39. ar. 3. Sylu. uerbo matrimonium quest. 10. licet alij dicant dissolui ipso iure, quando infidelis nolit cohabitare cum fideli sine iniuria Creatoris. Abbas in c. quando de diuort. et dissoluto matrimonio possunt, ut supra, contrahere de nouo.

Et cum alter infidelium fiat fidelis, et alter nolit cohabitare ut dic-

ut dictum est, filij eorum ante vsum rationis sunt educandi apud fidelem, siue patrē, siue matrē, sed in vsu rationis sunt relinquendi in eorum libertate. c. ex litteris. de conuersione infidel. et c. Iudei 28. q. 1.

7 Nec dissoluitur matrimonium, quo ad vinculum, etiam si alter ex coniugibus post illum contractum fiat haereticus, quia cum matrimonium habeat rationem sacramenti in Christo, factum est inseparabile. c. quando de diuort. et c. gaudemus eod. tit. et Conc. Trid. de reform. matrim. sess. 24. c. 5.

8 Sed inter fideles matrimonium ratum tantum, potest dissolui quo ad vinculū p ingressum alterius in religionem, cap. ex publico de conuers. coniug. et de Concilio Tridentino loc. cit. c. 6. Secus esset, si alter susciperet ordinem sacrum, aut vouerit castitatem. extrauag. antiqu. tit. de voto. Nec dissolueretur, etiā per ordinem Episcopalem. D. Antonin. 3. p. tit. 1. c. 20. §. 3. Palud. 4. sentent. dist. 23 quest. 3.

Sed hoc non procedit, si matrimonium est consummatum. vi, et repugnante fœmina 21. q. 2. et loc. cit. de conuers. coniugatorū.

Sed nota, quod quando alter coniugum ante consummatum matrimonium ingreditur religionem, alter debet expectare per totum tempus, quod est a iure statutum ad professionem, quod est annus imo tenetur expectare etiam plures annos ad emittendam professionem, quia non erat in statu perfecto, et tunc vinculum Religionis, qd est fortius, tollit vinculū matrimonij.

Et hic nota, quod potest ingredi religionem, qui contraxit matrimonium, et non consummauit etiam si cum eadem fœmina antea matrimonium non habuisset, quia prior copula non pertinet ad matrimonium subsequutum. Sylue. verbo diuort. q. 5. Secus esset, si fraudulenter stuprauit sub spe futuri matrimonij, vt per vim, si postea cum illa contahet, quia etiam si de nouo non consumet, non posset ingredi religionem, nisi haberet aliū modū reparandi damna lesa, et per Religionem intelligit illa in qua fiunt tria illa vota substantialia, et sit approbata a Sede Apostolica, cuius est etiam Religio S. Ioannis. Hierosolimitani.

QVAE-

Digitized by Google

QVAESITVM XXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Matrimoninm ratum tantùm aliqua ex causa potest dissolui authoritate Papæ.*

2 *Non autem, si sit consumatum, licet alij aliter sentiant.*

3 *Matrimonium dissoluitur per alterius mortem, quo ad vinculum.*

4 *Vere est matrimonium contractum à coniuge credente virum esse viuum, qui re vera est mortuus, quando contraxit cum alteto.*

5 *Transeuntes ad secundas nuptias puniuntur.*

An matrimonium ratum inter fideles possit dissolui ex aliqua causa dispensatione Apostolica.

1 DIC. Id affirmari per Canonistas. in c. ex publico de conuer. coniug. Nauar. c. 24. num. 21. Sylu. verb. diuor. q. 4. Caiet. 1. Opusc. quæst. vnica. tract. 28. D. Anton. 3. part. tit. 11. c. 21. §. 4. qui dicit se vidisse huiusmodi dispositionem Martini Papæ V. & Eugenij 111 I. Et Nauarrus refert in Consilijs dispensatum fuisse tempore suo, & hæc sententia Canonistarum est melior, quam paucorum Theologorum, qui videntur negare, vt Palud. 4. d. 37. q. 1. Maior. q. 7. Sot. qu. 1. art. 5. Couar. 2. p. c. 7. §. 4. num. 15. Vide etiam pro confirmatione Canonistarum Medin. de confessione q. 48. ad secundum. Couar. c. 2. de testa. num. 2. Naua. in c. quem pœnit. num. 122. de pœnit. qui dicunt facta hominis viui esse sub potestate Ecclesiæ militantis, cui præest Summus Pontifex, vt de matrimonio rato dicendum est, & illud Matthæi 19. debet intelligi de matrimonio rato, & cõsumato, & ita intelligit Alex. in c. ex publico. de conuer. coniug.

2 Sed matrimonium ratum, & consumatum non potest dissolui quo ad vinculum, ex aliqua causa, vt est communis senten-

Digitized by Google

tia, licèt aliqui aliter ſenſerint, ſed hoc ante concilium, quod modò nullo pacto eſt aſſerendū; vt Caiet. & alij ſuper Matth. 19. Sed poteſt bene declarari per Summum Pontificem matrimonium, quod putabatur matrimonium non fuiſſe, & ſic diſſolui.

3 Sed matrimonium diſſoluitur, quo ad vinculum per mortem alterius coniugum, nec etiam in reſurrectione reuiuiſcit, quia in cælo non nubunt, neq; nubentur, vnde dixit Paulus, & mulier, mortuo viro, nubat, cui velit, hinc, ſi mortuus reſurgeret ex miraculo, non tenetur de neceſsitate redire ad primam vxorem. Et hic nota de morte alterius coniugis incerta, eſſe inquirendum moraliter, nec ſufficere coniecturas, aut inditia. Vide Cagnol. in c. in præſentia. de ſponſ. Couar. 3. p. cap. 7. §. 1. nu. 4. & hæc vltra ſuperius poſita 4.

4 Notandum etiam eſſe verum matrimonium contractū à muliere credente eſſe viuum primum virum, qui verè erat mortuus, & falſis probationibus probatum eſt, fuiſſe mortuū, dummodo hæc mulier habuerit intentionem contrahendi, nam in hoc caſu deſideratur potius rei veritas, quam falſitas. Et matrimonium contractum per alterum ex coniugibus, dubitantē de morte prioris coniugis, non poteſt ſeparari, ſed dubitans non poteſt petere debitum, ſed tenetur reddere, ſed ſi dubitarent in pari dubio, eſt melior conditio poſſidentis. c. dominus. de ſecund. nupt. interim verò eſt validum matrimonium.

5 Notandum etiam tranſeuntem ad ſecundas nuptias de iure ciuili puniri pœna adulterij, & ſtupri, & amiſsionis dimidiæ partis bonorum, & in ciuilibus adeſt pœnæ fuſtigationis, & condemnatio ad triremes, vel relegatio per quinquennium.

De iure Canonico huiuſmodi ſunt infames. c. nuper. de big. & habentur, vt ſuſpecti de hæreſi.

De diuortio, ideſt, ſeparatione, quo ad thorū.

QVAESITVM XXXIX.

SVMMARIVM.

Adulterium alterius coniugis ſufficiens cauſa eſt diuortij, quod explicatur.

Digitized by Google

5 *Quomodo probatur predicta causa diuortij, explicatur.*

Quæ causa requiratur, vt fiat seperatio, quo ad thorum?

1 DIC. Sufficere adulterium alterius coniugis. c. ex parte. de sponsal. c. repud. eodem titulo, & c. gaudemus. & c. ex literis. & c. significasti. de diuor.

Et per adulterium intellige quamuis illicitam coniunctionẽ cum alia, siue naturali, siue contra naturam, & est communis sententia Theologorum. Sylu. verb. diuor. q. 7.

Imò intellige quamuis corruptionem extraordinariam cum tactibus, siue cum vxor dat signa ad concubitum, siue ea inscia, aut dormiente, siue cum alia persona, etiam si semen extra vas fundetur. Palud. d. 25. q. 1. art. 1. cond. 1. D. Anton. 3. p. tit, 1. c, 1. §. 1. Sylu. loc. cit.

Sed pollutio voluntaria ab altero coniugum facta per se ipsam non satis est ad faciendum diuortium. Sot. d. 37. qu. vnica. art. 1. D. Anton. & Sylu. lo. cit.

2 Fornicatio autẽ pro dicta separatione sufficit probari ex prosumptionibus, & vrgentibus coniecturis, vt si maritus sit inuentus loco, & tempore suspecto nudus, cum alia nuda, vel solus cum sola. 37. q. 1. c. dixit Dominus. D. Thom. d. 45. ad 4. & quod dicitur de viro, dic de muliere, nam pari iure gaudent in causa diuortij, quia per adulterium fit iniuria vtrique 27. q. 1. Can. Christiana.

Sed grauius peccat mulier adulteranda, quam vir, ob periculum incertitudinis Prolis, imò grauius etiam vir, quia ipse est custos vxoris, & fortior natura quam mulier, & sic vterq; grauissimè peccat.

QVAESITVM XXXX.

SVMMARIVM.

1 *Separatio quo ad thorum, cùm alteri constat de alterius adul-*

Digitized by Google

terio,

terio, poteſt fieri non expectata ſententia Iudicis.

2 *Nec, qui ſe ſic ſeparauit tenetur obedire Iudici præcipienti, vt reddat debitum.*

3 *Ad ſeperationem habitationis requiritur ſententia Iudicis, ſecus ſi in iudicio mulier adultera conſenſerit ſeparationi habitationis.*

4 *In hoc caſu innocens coniux poteſt intrare Religionem non autem adulterans.*

5 *Stante huius ſeparatione ceſſante ſcandalo, poteſt maritus recipere vxorem ſuam, licèt non teneatur.*

6 *Maritus poſt ſeparationem, ſi adulterauit, tenetur reconciliari, &c.*

7 *Aliqui caſus ponuntur, in quibus non poteſt maritus dimittere vxorem adulteram.*

An huiusmodi ſeparatio, quo ad thorũ debeat fieri authoritate Iudicis, vel poſſit fieri propria authoritate ante ſententiam?

1 DIC. Poſſe fieri ante ſententiam, quando conſtat alteri ſe ſeparari volenti de adulterio tantum, quantum ſufficeret in foro exteriori ad obtinendam Iudicis ſententiam, & eſt communis. Sylu. verb. diuort. qu. 8. Nauar. c. 22. num. 23. Couar. 2. p. c. 2. §. 1. num. 5

2 Et ſi quis ſe ſeparauit, vt dictum eſt, cogatur à Iudice reddere debitum, non tenetur obedire, quia vtitur iure ſuo, & alter, qui amiſit, iniuſtè petit, & ideo negans in conſcientia, eſt tutus non obediens ſententiæ, quæ fundatur in præſumptionis coniecturis. Sot. 4. ſent. d. 36. q. vnica. art. 3.

3 Sed hæc intellige quo ad redditionem debiti, & thori ſeparationem in eadem domo, nam quo ad ſeparationem habitationis, requiritur ſententia Iudicio, ſiue adulterium ſit occultũ, quod probari in iudicio non poſsit, ſiue publicum, & notoriũ. Sylu. & Couar. lo. cit.

Sed ſi mulier adultera ad fugiendam infamiã in Iudicio conſentiret

Digitized by Google

sentiret separationi habitationis, & hoc sine scandalo fieret, vel quando illa publicè cum adultero habitauit non requiritur Iudicis sententia. c. significasti. de diuor. Sylu. & alij lo. cit. Idem dic, si publicè quæstum fecit inter meretrices.

4 Imò in hoc casu innocens coniux potest intrare Religionem, etiam inuito altero coniuge 27.q. 2. & constituens de conuer. coniug. Sed coniux adulterans non posset intrare sine consensu alterius Innocentis, nisi post illius professionem in Religione, aut postquam est emendata, & reconciliata, & petierit, nec obtinere poterit à marito, tunc potest intrare sine consensu c. gaudemus. de conuer. coniug. Sed aduerte, quod maritus innocens non tenetur dimittere vxorem adulteram, quando est emendata, vel parata corrigi. 27.q.2. & 32. q. 1. quia non tenetur inuitus vti iure suo, nisi quando immineret scandalum, si non dimitteret, quia videtur approbare, vel si in se videret periculum incontinentiæ. Idem dic, quo ad vxorem. Nauar. c. 22. Caiet. tom. 1. Opusc. tract. 19. q. vnica.

5 Et facta separatione huiusmodi legitimè, vt præmissum est, non posset maritus reconciliare sibi vxorem stantibus causis ad euitandum scandalum, sed si causa cessauit, posset reconciliare volens, imò quoties dimissio fuit in pœna adulterij, posset reconciliari, si velit, cessante scandalo, & cogere dimissam ad secum habitandum, & est communis sententia DD. 4. sent. d. 35. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 21. §. 6. Sylu. verb. diuor. q. 5.

Et nota non teneri maritum amplius recipere vxorem, etiam emendatam petentem reconciliari, c. gaudemus. de conuers. coniug. & ratio est, quia diuortium fuit in pœna, & pœna non tollitur per emendationem, nec maritus tenetur incurrere bygamiam.

6 Sed si ipse maritus post diuortium committat adulterium, teneretur reconciliari, quia mutua compensatione tollerentur paria debita. c. vlt. de adult. Nauar. c. 22. num. 23. & alij. Non tamen teneretur maritus redire ad vxorẽ, si post diuortiũ ingressus ipse Religionem, & emissa professione cõmittet adulterium. Palud. d. 35. q. 1. art. 2. Sic etiam, si sacros ordines

suscę-

Digitized by Google

fuscepisset, & deinde adulterium commisisset, & ratio est, quia Religio acquisiuit ius per professionem, quo non priuatur per delictum Religiosi, & adultera per adulterium ius suum amisit,

7 Sunt tamen aliqui casus, in quibus potest iustè dimitti vxor adulterans, primus est, quando vterque est fornicatus. c. significasti. de diuor. & 36. qu. 6.

Et hoc est verum, si semel fornicati sint, aut pluries manifestè, vel occultè, siue præcesserit illius fornicatio, siue istius subsequuta sit, siue fuerit viri, & mulieris eodem tempore. Sylu. verb. diuor. 9. q. cas. 7. D. Anton. lo. cit. Sot. 4. dist. 36. q. vnica art. 1.

Secundus casus est, quando ipse maritus prostituit vxorem, & alteri tradit adulterandam, siue suadendo, siue adiuuando, siue approbando, siue præcipiendo. c. discretionem. de eo, qui coniug. consan. vxor. suæ. l. cum mulier. ff. de solut. matri. Nec dicetur maritus approbasse delictum vxoris, si præter intentionem non præbeat necessaria illi ad victum, & domo expellat, vel debitum non reddat, & similia faciat, quæ solent fieri à marito cũ vxore adirato, vnde occasionem sumat vxor peccandi. c. significasti. & c. ex literis. de diuor.

Tertius, quando vxor contraxit cum altero matrimonium, credens probabiliter primum maritum esse mortuum, sed si postquam sciuit viuere, fornicetur, potest dimitti 24. qu. 2. c. cum. c. captiuitate, & c. per vindictam.

Quartus, quando vxor per errorem fuit cognita ab altero, putato eius marito. 34. q. 3. c. si virgo. & cap. si virgo.

Quintus, quando vxor fuit cognita per vim. cui resistere nõ potuit. 32. q. 1. c. ita ne. & c. præposito. & c. causationis 32. qu. 6. & ratio est, quia non est digna pœna diuortij, quæ non est rea delicto adulterij.

Sextus, si vir reconcilietur cum coniuge adultera, quia remittit ius per voluntariam remissionem 22. qu. 1. c. si quis. & c. quod autem. Sed debet intelligi hoc, si vir sciat adulterium vxoris, nam si ignorat etiam admissam, potest post longum tempus expellere. Couar. 2. p. c. 7. §. 6. num. 7.

Septi-

Digitized by Google

Septimus, si vir infidelis dederit libellũ repudij vxori suæ, etiã infideli, si vterque ad fidem conuertatur, debet maritus recipere primam vxorem repudiatam. c. gaudemus. de diuor.

QVAESITVM XXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Ob alia crimina, præcipuè hæresis, potest fieri diuortium, sed coniuge reconciliato, cessat diuortium.*

2 *Potest etiam fieri diuortium ob nimiam sæuitiam mariti præsentem, & futuram.*

3 *Aliæ etiam causæ ponuntur pro diuortio.*

An possit fieri diuortium, etiam ob alia crimina.

1 DIC Quòd sic, vt si alter coniugum fiat hæreticus, vel schismaticus, etiam si non sit periculum auersionis. cap. vlt. de conuer. in fide. & c. quæsiui de diuor. Imò si crimen hæresis sit manifestum, non requiritur sententia Iudicis secus si est occultum ad euitanda scandala, nisi periculum *esset in mora*. Sylu. verb. diuor. q. 10. Sed Couar. *absolute tenet posse* fieri in vtroque casu diuortium, non expectata Iudicis *sententia*.

Hoc tamen diuortium non erit perpetuum, vt in fornicatione, sed cessabit reconciliato marito hæretico, tenetur vxor ad illum redire, nisi interim facta esset Religiosa. Sylu. loc. cit.

Nec tenetur redire, quando separatio fuit facta sententia Iudicis Ecclesiastici. c. de illa. de diuor. Couar. lo. cit. sed aliter sentit Sotus. Maritus autem hæreticus factus Catholicus, nõ potest ingredi Religionem, inuita vxore catholica.

2 Diuortium etiam potest fieri ob nimiam sæuitiam mariti præsentem, & futuram. c. ex transmissa de restitut. spoliat. & ad. literas. eod. tit. & in hoc casu ad impediendam separationem, potest maritus idoneè cauere, quod bene tractabit vxorem in futurum, sin aliter tenetur eam alere in domo aliena. D. Anton.

Digitized by Google

ton. 3. p. tit. 1. c. 21. S. 7. Nauar. c. 22. Sylu. verb. diuor. q. 7. Idem dic, in marito furioſo, quando imminet periculum vxori.

Diuortium etiam poteſt fieri abſque crimine fornicationis, ſi alter coniugum ſit infectus aliquo vitio, vt furto, & ſimili, & conatur alterum ad idem trahere. Nauar. & alij, lo. cit.

Idem dic, quando vir prouocat vxorem ad vitium contra naturam. 32. q. 7.

Separatio tandem poteſt fieri quo ad habitationem ſine vllo crimine præcedente, & eſt, quando vterq; conſentit, & vterq; Religionem ingreditur, vel ſi alter remaneat in ſæculo, ſit ſine periculo incontinentiæ, de conſenſu Epiſcopi, bene conſideratis qualitatibus perſonarum. 27. q. 2. c. ſi vir, & vxor. & cap. vxor. & c. cum ſis. & c. vxoratus. de conuer coniug.

De redditione debiti matrimonialis, & petitione.

QVAESITVM XXXXII.

SVMMARIVM

1 *Debitum matrimoniale quid ſit, traditur, & explicatur.*
2 *Hoc debitum omni tempore petitum, debet reddi.*
3 *Poſſunt excuſari coniuges à redditione debiti aliquibus de cauſis, vt explicatur.*

Quid eſt debitum matrimoniale?

DIC. Quod eſt carnalis copulæ redditio, quam coniuges vtriq; ſibi debent adinuicem ſub pœna peccati mortalis, dummodo legitimè petatur, & ex natura ſua ex tali actu generatio non impediatur, & ratio eſt, quia in contractu matrimonij tranſlata eſt in alterutrum mutua poteſtas corporis, & iniuſtitiam committeret, qui alteri vſum poteſtatis negaret, ac ſi alteri extraneo extra matrimonium ſui copiam faceret. Hinc 1. ad

Digitized by Google

ad Corinth. 7. uir uxori debitum reddat, et uxor uiro.

2 Et in omnibus temporibus debet reddi hoc debitum, siue expresse petatur, ut nutu, uel alijs signis id significantibus, etiã festis, et temporib. ieiuniorum. D. Antoninus. 3. p. tit. 1. c. 20. ar. 2. Nauar. c. 16. num. 24. Et est de consilio, quod antiqui aliqui canones uidebantur prohibere, uel dicat contraria consuetudine esse sublatos.

3 Possent tamen excusari coniuges non reddentes debitum, primo, si non petatur loco debito, sed in publico, uel sacro. Nauar. ubi supra, Caietanus uerb. matrimonium. §. matrim. peccata. Secundo, si peteretur tempore indebito, ut ex redditione alterius coniugum probabiliter immineret periculum mortis, uel infirmitatis, aut abortus.

Tertio si peteretur ante duos menses, post matrimonium contractum, qui dantur utrique ad deliberandum de ingressu Religionis. c. ex publico, de conuers. coniug.

Excusantur etiam mulier, et uir quando probabiliter ex redditione debiti sequeretur infectio alterius coniugis. Idem dic, de infecto morbo, ut dicunt Gallici, et ratio est quia regulariter non tenetur conjux, cum tam graui damno proprie salutis, reddere debitum, nam prima charitas ordinatur à propria persona. Nauar. ubi supra.

Sed de redditione debiti marito leproso, dic, quod regulariter tenetur. c. 2. §. ult. de coniug. leprosorum. et D. Thom. 4. sent. et alij communiter, nisi probabiliter sequeretur infectio, ut dictum est.

Tempore menstrui esset mortale petere et reddere ob periculum quod imminet proli, quia sæpe leprosa generatur, aut claudo uel cæca, aut alias defectosa, et ob periculũ etiam, quod ipsa coniux subire posset. Scotus, Riccardus, et Bonauenthura 4. sen. dist. 32. Alij dicunt petere esse ueniale, et reddere non esse nec ueniale in dicto casu. D. Thom. 4. dist. 32. ar. 2. q. 3. Sot. q. 1. ar. 2. Nauar. c. 16. num. 26. et hæc est bona opinio.

Tempore puerperij ante purificationem non est licitum petere, et reddere debitum. Sotus 4. sententi. d. 38. q. 1. ar. 2. Riccard.

Digitized by Google

card. art. 4. q. 2. Nauar. c. 26. num. 27. et c. abeius dist. 50. uel est intelligendus de consilio, et honestate, esse abstinendum tempore puerperij, uel dicas esse abrogatum.

De redditione, uel petitione debiti post emissum uotum.

QVAESITVM XXXXIII.

SVMMARIVM.

1 Contrahens matrimonium post emissum uotum castitatis, peccat mortaliter.

2 Qui ita contraxit, quoties petit debitum, toties peccat peccato sacrilegij.

3 Qui emisso uoto castitatis contraxit matrimonium non animo continuandi, sed animo ingrediendi Religionem, peccat mortaliter.

An post emissum uotum castitatis qui contraxit matrimonium, peccet mortaliter.

1 DIC. Quod sic. c. uetri. et uersus. de conuers. coniugat. et licet matrimonium teneat, non potest petere debitum. cap. quidem, et c. placet de conuers. coniug.

2 Imo qui contrauenit uoto, contrahendo matrimonium, quoties petit debitum, toties peccat peccato sacrilegij, quia obligatio uoti obligat semper ad ipsius obseruationem. Glos. in cap. agat 27. dist. Sylu. uerbo matrimonium. 1. q. 5. num. 9. Nauar. c. 26. num. 30. licet Hostiens. et Card. in c. uersum, qui Clerici teneant tantummodo peccare prima uice. Idem Armill. V. matrim. 3. imped. 5. num. 3. sed prima opinio est probabilior. Sed nota, quod soluto matrimonio, qui iouit, tenetur obseruare castitatem, nec potest amplius contrahere.

3 Et qui emisso uoto castitatis matrimonium contraxit, non animo continuandi, sed animo ingrediendi Religionē peccat mortaliter.

Digitized by Google

mortaliter, quia facit iniuriam alteri coniugi, & contra prohibitionem Canonum. Sylu. & Nauar. lo. cit. Nota hic, quod votum simplex Fratellorum Societatis Iesu post duos annos impedit, & dirimit matrimonium.

Et hic nota eum, qui emisso voto castitatis contrahit matrimonium non peccare mortaliter prima vice reddendo debitū. Sot. dist. 48. q. 2. art. 1. & alij. Nec tenetur ingredi Religionem ad obseruandum votum. Sot. vbi sopra. q. 2. art. 1. licet alij, & Molina. teneant, quod sic. Nau. c. 22. nu. 8. D. Tho. 4. sent. d. 36. Sylu. verb. matrimonium. 5. q. 5. Et ratio Nau. est, quia omne votum debet persolui oblata opportunitate, quæ opportunitas adest ante matrimonium consumatū, & qui consumaret spernendo opportunitatem, peccaret mortaliter, sed prima opinio est benignior, sed de vigore est verior secunda opinio.

Hinc sequitur tam in petendo, quam in reddēdo, qui vouit non contrahere, & contraxit, potest, & tenetur reddere debitum alteri petenti, quæ non nouit. Palud. d. 38. q. 3. art. 1.

QVAESITVM XXXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Non potest alter coniugum vouere non petere debitum.*
2 *Si alter coniugum dedit potestatem alteri vouendi castitatem, non potest reuocare votum castitatis.*

An post contractum matrimonium posset alter cōiugum vouere non petere debitum eo inscio?

1 DIC. Quod non, quia esset in præiudicium alterius. D. Thom. 4. dist. 34. art. 1. ad tertium, alij dicunt, posse, quia est de re licita, quæ pertinet ad proprium vsum, cui quisque cedere potest. D. Bonauent. & alij. dist. 33. art. 19. q. 8. D. Anton. 3. p. tit. 3. cap. 2. §. 2. Sed non vouens non priuatur

Digitized by Google

tur iure suo non petendi, sed si ipse etiam consentiret, vt alter absolutè voueat non potest petere D. Anton. 3.p.tit. 1. c.22. §. Nauar. c. 26. num. 31.

2 Et si alter coniugum dedisset licentiam alteri vouendi castitatem post factum non potest reuocare propria authoritate vouentem ad reddendū debitum, sed iudicio superioris ex iusta causa potest dispensari. D. Anton. loc. cit. & D. Thom.

Et qui dedit licentiam alteri vouendi, si post votum emissum petat debitum ab altero coniuge, peccat. Nau. c. 23. num. 31. Couar 2. p. c. 2. §. 1. num. 6.

Et cum vterque vouisset castitatem neuter posset petere debitum. Nauar. & D. Anton. loc. cit. Et sciatur non licere vouere solemniter, vt per professionem, vel per susceptionem Ordinis, & peccare, qui sic faceret, nam requiritur consensus alterius coniugis, vel ratihabitio post factum, hoc post consumatum matrimonium, dummodo altera coniux etiam ingrediatur Religionem, vel in sæculo remaneat, non sit suspecta de incontinentia c. 1. c. vxoratus. & cap. significasti de conuer. coniug.

QVAESITVM XXXXV.

SVMMARIVM

1 *De iure ordinario potestas dispensandi in voto residet in Summo Pontifice, quando autem non est facilis aditus ad ipsum potest Episcopus dispensare.*

2 *Maritus professus in Religione inuita vxore, potest ab ea reuocari, qui mortua vxore, non tenetur iterum intrare Religionem.*

3 *Vouens Religionem ingredi, si contrahat matrimonium, peccat mortaliter, & prima tantum vice peccat petendo debitum.*

Quis potest dispensare super voto castitatis ante matrimonium?

DIC.

Digitized by Google

DIC. Hanc dispensationem de iure ordinario pertinere ad Summum Pontificem, sed quando non patet facilis aditus ad Summum Pontificem, vel esset probabile periculum in mora ob carnis incontinentiam, vel ob sexus fragilitatem, quia mulier, posset Episcopus dispensare. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 20. §. 8. Sylu. debitum. q. 9. Nauar. loc. cit.

2 Et hic nota maritum, qui professus est Religionem inscia, vel inuita vxore posse ab ea reuocari, & illum teneri redire ad vxorem, & illi reddere debitum, licet petere non posset. cap. verius. c. accedens de conuer. coniug. & in hoc casu mortua vxore non tenetur maritus redire ad monasterium, & ratio est, quia professio sine licentia vxoris fuit nulla, sed non potest amplius contrahere obstãte sibi simplici voto castitatis, quod remanfit in vim professionis inualide in voto sollemni, quia illud facere potuit, etiam sine præiudicio alterius. c. quidam de conuer coniug.

Vxor etiam quæ credens virum esse mortuum professa est Religionem, redeunte eo, tenetur ad illum redire, sed non potest petere debitum. Glos. in c. placet de conuer coniug.

Ita etiam, qui vouit ingredi Religionem, & in illa permanere, si postea contraxit matrimonium peccat contrahendo, & 3 peccat prima vice petendo, vel reddẽdo debitum, & ratio est, quia fecit se impotentem ad amplius obseruandum votum, quod seruare posset iterum ingrediendo Religionem ante consumatum matrimonium, & post primum actum carnalem, potest etiam reddere debitum, quia votum ingrediendi, & permanendi in Religione non includit votum castitatis formaliter, quia potest redire ad sæculum, licet peccet, & contrahere. Caiet. verb. matrimonium. & Secunda Secundæ qu. 88. art. 3. Sot. d. 38. qu. 2. art. 1. Nauar. c. 17. num. 47.

Digitized by Google

De Impedimentis matrimonii.

QVAESITVM XXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Impedimentum, quid sit, explicatur.*
2 *Impedimenta matrimonij prædicta impediunt, & non dirimūt contractum, quædam impediunt, & dirimunt.*
3 *Explicantur impedimenta primi generis, & prima est prohibitio Ecclesiæ, quæ est duplex; à Iure, & ab homine.*
4 *Impedimentum à iure, octo continet impedimenta, quæ explicantur*
5 *Impedimentum temporis feriati explicatur.*
6 *Quæ impedimenta non impediunt, nisi vbi sunt in viridi obseruantia, & vbi sunt in obseruantia, potest Episcopus dispensare.*

Quid est impedimentum, vt hoc loco sumitur?

1 DIC. Quod est obstaculum quodam obstans, & impediens, ne fiat matrimonium, & factum, declaratur nullū ob impedimentum, si sit dirimens. Et aliqua impedimenta sunt constituta ab Ecclesia. Conc. Trid sess. 24. cap. 4. Nec posset quiuis Princeps sæcularis constituere impedimenta matrimonij.

2 Et impedimenta matrimonij sunt duplicis generis; nam alia sunt, quæ impediunt, ne fiat, sed si de facto fieret, tenet, & est validum, & hæ vocantur impedimenta, quæ impediunt tantum, sed non dirimunt, & continentur in hoc versiculo.

Ecclesia vetitum, nec non, & tempus feriatum.
Impediunt fieri, permittunt facta teneri.

3 Alia vero impedimenta sunt, quæ impediunt, ne fiat, & si de facto fieret, esset inualidum, & hæc vocantur impedimenta, quæ impediunt, & dirimunt matrimonium, & continentur his versibus.

Error

Digitized by Google

Error, conditio, votum, cognatio, crimen,
Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas.
Si quis affinis, si forte coire nequibis
Hæc facienda vetant, connubia facta retractant.

Adde his, quod impedit, & dirimit ebrietas, infamia, furor, & simil.

Ecclesiæ vetitum, & tempus feriatum significat prohibitionẽ quę potest esse à iure, vel ab homine, & ab homine esset, quãdo ordinarius loci suspenderet aliquod matrimonium. cap. 1. de matrim. contract. contra interdict. Eccles. & cap. cum inhibitio de clandest. desponſ. & ibi Gloss. & scribentes.

4 Prohibitio iuris, siue ecclesiæ vetitum continet octo impedimenta, in quibus prohibetur contrahi.

Primum est incestus cum consanguinea, vel affine ex parte patris consobrini, & aliorum 25. q. 2. cap. incestus.

Secundum est raptus propriæ sponsæ. Conc. Trid. sess. 24. c. decernit.

Tertium est vxoricidium. c. interfectores. & c. admonere 33. q. 2. quod procedit, etiam si vxoricidium sit commissum crimine adulterij.

Quarum est Presbytericidium, idest occisio Presbyteri, & Clerici. c. 2. de pœnit & remiss.

Quintum est leuatio filij vxoris in baptismo, nam non potest contrahere cum illa. Sed hoc est etiam dirimens.

Sextum tenere filium vxoris in Cathechismo. c. per cognat. & spiritu.

Septimum contrahere sponsalia cum aliena muliere. c. si inter de sponsal.

Octauum votum castitatis, & Religionis. c. rursus. qui Clerici. Nauar. c. 22. num. 61. Caiet. verb. matrimonium.

Sed notandum hæc impedimenta non impedire, vbi non sunt in viridi obseruantia, nam vbi non obseruantur, videntur ablata per contrariam consuetudinem, & Sanctam Matrem Ecclesiam dispensasse.

5 Sed vbi sunt in viridi obseruantia, Episcopus potest dispensare. Caiet. verb. matrimonium. Sed non posset Episcopus dispensare, vt qui contraxit sponsalia de futuro cum vna, vt contrahat cũ altera, nisi illa consentiat, de cuius iure agitur. P. Maiurs de impedimentis matrimonij.

Neque posset Episcopus dispensare in voto castitatis, & Religionis, sed oportet adire Summum Pontificem, sed posset Episcopus, si votum esset de non ducendo vxorem.

6 Tempus feriatum. Intelligitur de eo tempore, quo interdicuntur nuptiæ, & ratio est, vt liberius Deo eo tempore seruiatur, & vt purgatius quis accedat, & inueniatur ad futura festa.

Tempus hoc de iure nouissimo est à prima Dominica Aduẽtus, vsque ad festum Epiphaniæ inclusiuè, & à primo die cinerum, vsque ad octauã Dominicæ Resurrectionis. Conc. Trid. sess. 24. in c. ab Aduentu.

Et aduertat Parochus in his temporibus prohibitis non esse prohibitum contrahere per verba de præsenti coram Parocho, & testibus in facie Ecclesiæ, Nau. c. 27. num. 71. Caiet. verb. nuptia. pecca.

Sed est prohibita benedictio sollemnis in Ecclesia sponsi, & sponsæ, traductio vxoris in domum viri, & celebritas nuptiarum cum conuiuijs, & musicis, cãtationibus, si conueniat peccatur mortaliter, nec potest Episcopus dispensare, quia non est supra Canones. Glos. in c. cum dilectus. de electione: posset tamen Episcopus dispensare ex vrgenti causa, dummodo non fiat cum sollemnitate, & populi frequentia. Sot. 4. dist. 38. q. 1. art. 2. Card. in c. Capella. de feirjs. Henriquez de Boetis de Synodo Episcoporum.

Est etiam raptus impedimentum dirimens, ex Conc. Trid. & dicitur raptus, quando inuito parente, vel custode, vel domino Virginis rapitur ipsa, etiam si ipsa consentiat, quia fit iniuria parenti, vel Domino, &c.

Digitized by Google

De impedimentis impedientibus, & dirimentibus matrimonium.

QVAESITVM XXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Erroris impedimentum duplex est, in substantialibus, & in accidentalibus, & explicatur.*

Quid est impedimentum Erroris, & quotuplex?

DIC. Quòd impedimentum erroris est, quándo aliud pro alio extimatur. Glos. in c. vnico. 29. qu. 1. Et hic error in matrimonio, si contingat in substantialibus, puta in persona impedit, & dirimit defectu ætatis, vt si quis putans conrrahere cum Lucretia, & cum illa consentiens, inuenit aliam suppositam, puta Annam, matrimonium est nullum, etiam sequuta copula, sed per subsequentem consensum potest confirmari. Abb. in c. 7. de coniug. ser. &c d. c. vnico. 29. q. 1.

Si verò error est in accidentalibus, quando est error fortunæ, vt cum quis consentit cum Beatrice credens esse diuitem, comperit illam pauperem, hic error non tollit matrimonium. Abb. loc. cit. Iason. in l. pacta. S. nouissima. num. 13. de pactis.

Ita etiam non tollit matrimonium error qualitatis, vt credens contrahere cum nobili, inuenit ignobilem, credens sanam inuenit eam infirmam, credens virginem, inuenit corruptam, & simil. accidentalia. d. c. vnico. Sot. 3. d. 30. q. 1. art. 1.

De impedimento conditionis

QVAESITVM XXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Error conditionis facit matrimonium nullum, sed si fiat scienter, est validum.*

Digitized by Google

Quid est error conditionis?

DIC. Quod error conditionis est, quando quis contraxit cum aliqua credens esse liberam, si postea comperit esse seruam, matrimonium est nullum, & dissoluitur. c. vlt. de cõiug. ser. & in d. c. vnico. 29. q. 1. & ratio est, quia cum serua non potest habere quis indiuiduam vitæ consuetudinem, quæ est causa finalis matrimonij, nec cohabitare, nec petere, & reddere debitum. c. 22. num. 32.

Sed si scienter liber cum serua contraxisset matrimonium, esset validum de Iure Canonico. c. 1. & 2. de coniug. ser. licet de iure ciuili aliter sit, sed in hoc casu est attendendum Ius Canonicum, sic etiam valet matrimonium contractum inter seruũ, & seruam. d. c. 1. de coniug. seru. & peccat mortaliter dominus prohibens seruum, vel seruam contrahere matrimonium. D. Thom. in additione ad tertiam p. q. 52. art. 1.

Et si quis ingenuus per errorem contraxisset cum libera, vel existens ipse legitimus contraxisset cum spuria, & è conuerso esset matrimonium validum, quia hi errores sunt qualitatis, & consequenter in accidentalibus, quæ matrimonium non vitiant Sylu. verb. matrimoniumi 8. num. 10.

Sed aduertat Parochus, quod conditio hic sumitur alio modo quam in consensu matrimonij sub conditione, de quo abundè supra dictum est, quam hic sumitur.

De impedimento Voti.

QVAESITVM XXXXIX.

SVMMARIVM.

Votum est duplex, quoddam est simplex, & hoc tantum impedit matrimonium, quoddam sollemne, & hoc, vel per professionem, vel per susceptionem Ordinis, & hoc dirimit, & impedit.

Quid

Digitized by Google

Quid est Votum, & quotuplex?

1 PRo declaratione huius impedimenti sciatur, quod duplex est votum, nempe simplex, quod tantum impedit matrimonium, & sollemne, quod impedit, & dirimit, ideſt, dissoluit vel dissolui facit, & hoc est duplex, vel per susceptionem ordinis sacri, cui ex constitutione Ecclesiæ annexum est votum sollemne castitatis, vel per professionem Religionis approbatæ, & hæc est duplex, tacita, & expressa; tacita est, quæ fit post lapsum anni. c. 1. de reg. iur. in 6. expressa verò est, quæ fit etiam post annum. sed quibusdam sollemnitatibus, & publicè coram Superiore.

Igitur qui, vel quæ professionem emisit in Religione approbata, non potest contrahere, & contractũ matrimoniũ, est nullum. c. vnico. de voto. in 6. Imò hi contrahentes essent excommunicati. Clemen. 1. de consang. & affinit.

In Clericis verò secularibus votum sollemne castitatis, & annexum ordini sacro, & ideo est necesse, vt expresse, seu tacitè promittant castitatem, vt est in Religiosis. d. c. vnico. in 6. & quod dictum est de Religioso professo intelligas, & de moniali professa in Religione approbata.

QVAESITVM L.

SVMMARIVM.

1 *Monialis per vim professa, potest in foro conscientiæ contrahere matrimonium, sed in foro exteriori, debet petere dispensationem.*

Quid si monialis esset professa per vim; & metum, an egrediens, & contrahens matrimonium, contraheret valide?

1 DIC. Quod sic in foro conscientiæ, quia professio per vim non est professio, & ideo secura in foro conscientiæ.

Sed in foro exteriori deberet petere dispensationem à Summo Pontifice, etiam expresso nomine,& petere declarari nullã eius professionem, & sic contrahere, aliàs non bene faceret, & orirentur scandala. Couar. c. statuimus. 19. q. 1. num. 75.

QVAESITVM LI.

SVMMARIVM.

1 *Clericus in Sacris, vel Religiosus professus ducens vxorem in partibus, vbi non est notus, etiam si filios procreasset, potest absolui virtute Iubilæi, vel alia Superioris facultate, & à peccatis, & ab excommunicatione, non tamen potest retineri vxorem, quæ libera est, vt alteri nubat.*

2 *Matrimonium consumatum, si præcedat professionem alterius coniugis, non tenet professio.*

3 *Post matrimonium ratum non consumatum, potest alter coniugum ingredi Religionem, non tamen susipere sacros Ordines.*

Quid faciendum à Confessore, si quis Clericus in sacris constitutus secularis, seu regularis professus in partibus, vbi non est notus, vxorem duceret, & filios, ex ea procreasset, & postea confiteretur, & peteret absolutionem?

1 DIC Hunc pœnitentem posse absolui virtute Iubilæi, vel alia Superioris facultate, & à peccatis, & ab excommunicatione, sed non potest permanere cum illa muliere, quia matrimonium fuit nullum; illa verò, habita fide de hoc à Parocho, poterit alteri nubere, sed Parochus debet in scriptis habere fidem ab ipso pœnitente, quæ est in hoc necessaria, illum esse in sacris, vel professum in Religione, & quod intendit redire ad Religionem, vel ad suum ordinarium, & sic discedere poterit.

Digitized by Google

At

At verò cum matrimonium carnali copula consumatum præcessit, & deinde votum sollemne sequatur, tunc votum non tenet, & vouens committit sacrilegium, & tenetur redire ad vxorem, & si mulier credens maritum ab hostibus captum, professa est in Monasterio, si ille redierit, tenetur redire ad virum. c. placet. de conuer. coniug. & hæc mulier non peccauit, si mota est ad ingrediendum monasterium probabili causa.

Et hic sciatur post contractum matrimonium, etiam inuito altero coniuge ex causa adulterij posse aliquem ingredi monasterium, vel suscipere ordines sacros. c. Agatosa. 25 qu. 2. Abb. in c. cum sis. & in c. constitutus. de conuer. coniug.

Sed post matrimonium ratum tantum, vt dictum est supra, vnicuique coniugum licet ingredi monasterium, non tamen suscipere ordines sacros, nam matrimonium ratum solum dirimitur per professionem in Religione approbata. c. 2. de conuer. coniug.

De Voto simplici.

QVAESITVM LII.

SVMMARIVM.

1 *Votum simplex irritat matrimonium in Religiosis Societatis IESV, ex constitutione Gregorij XIII.*

2 *Votum castitatis, & Religionis semper est simplex, nisi per professionem declaretur.*

3 *Votum simplex castitatis emittens, non potest petere debitum, si contrahat sine Episcopi dispensatione.*

An votum simplex irritet aliquando matrimonium?

Digitized by Google DIC.

1 DIC. Quod sic in Religiosis sanctissimæ, & mundo opportunæ Societatis IESV, ex constitutione Gregorij XIII. in qua constituitur post biennium nouitiatus, & post comissa tria vota simplicia castitatis, paupertatis, & obedientiæ, esse verè Religiosos, etiam ante professionem, & si absque facultate Superioris à Societate discederent, essent verè Apostatæ, & omninò inhabiles ad contrahendum matrimonium. Nauar. de reg. com. 1. num. 19. & com. 3. num. 22.

2 Et hic nota, quod qui emisit votum castitatis, vel Religionis, exceptis patribus dictæ Societatis, semper erit simplex, nisi declaretur solemne per professionem in Religione approbata, vel per susceptionem ordinis sacri.

3 Sed qui ante matrimonium vouisset castitatem, & deinde contraheret, non posset petere debitum sine Episcopali dispensatione, sed qui vouisset Religionem, posset petere sine Episcopali dispensatione.

4 Sed qui vouisset Religionem posset petere debitum, & reddere, & soluto matrimonio vterque teneretur seruare votum prius factum. Franc. in c. vnico. de voto. in 6. & ibi Ioan. Andreas. Sot. 4. sent. d. 38. q. 1. art. 1. & 2.

Dominus Ioannes Andreas Castellanus Bononiensis, nunc Illustrissimus, & Reuerendissimus Secretarius Sacræ Consultæ, vt est eminentis ingenij, Doctor optimus, Legista, & Canonista, sed in praxi maximè professus, doctum super his aliquando mecum habuit discursum. Huius viri in me benignitati plurimum debere fateor, vt alijs familiæ Castellanæ, nempe Camillo Castellano, etiam Bononiensi, à quo tunc Iudice Fabricæ Basilicæ S. Petri sententiam obtinui pro Ecclesia mea Parochiali S. Petri de Traseris. Camillus etiam Castellanus Farensis, qui fuit Auditor S. Caroli proposuit me Auditorem, Maximiliano de Palumbaria Archiepiscopo Beneuentano. Rainuccius Castellanus Picænus proposuit me Auditorem Pompeio Cardinali Arragonio, quibus inseruisse me per plures annos vsque ad eorum obitum, meritò glorior nunc etiam, vt Auditor, & Visitator inseruire. Illustrissimo, & Reuerendissimo D. Alexandro

de

Digitized by Google

de Sangro Patriachæ Alexandrino Archiepiſcopo Beneuentano, quem Deus præſulem noſtrum Paſtoralium virtutum laude Celeberrimum diu conſeruet fœlicem, & incolumem.

QVAESITVM LIII.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium quod contraherent milites Sancti Ioannis Hieroſolimitani eſt inualidum.*

2 *De tertiarijs S. Dom. & S. Franciſci. Et ſimiliter de illis, qui ſimplex votum caſtitatis emittunt, dic, matrimonium eſſe validum.*

An eſſet validum matrimonium, quod de facto cõtraherent milites S. Ioannis Hyeroſolimitani?

1 DIC. quod nõ, quia emittunt ſolemnem profeſsionem & ſunt verè religioſi.

2 Dic autem non eſſe inualidum matrimonium, quod contraherent tertiarij ordinis S. Franciſci, aut S. Dominici, quia non ſunt propriè religioſi, nam non emittunt tria illa vota ſubſtantialia religioſorum. D. Tho. Secunda Secundæ qu. 136. art. 4. ad 3. Sil. matri. 8. q. 5. Nauar. loc. cit. nu. 9. nu. 12.

Idem dic de alijs, qui ſolum emittunt votum permanentiæ in aliquo monaſterio, & etiam obedientiæ, ſed nullum habent votum paupertatis, ſed caſtitatis ſimplex tantum.

De impedimento cognationis.

QVAESITVM LIV.

SVMMARIVM.

1 *Cognatio eſt triplex; Spiritualis Carnalis, & legalis.*

2 *Spiritualis olim erat triplex; paternitatis, compaternitatis, & fraternitatis*

4 *In-*

Digitized by Google

3 *Post Concilium Tridentinum extenditur in paternitatem, & compaternitatem.*

4 *Inter quos hæc cognatio contrahitur, & conditiones, quando contrahuntur, vel non contrahuntur, explicantur.*

Quotuplex est cognatio?

1 DIC. quòd est triplex, spiritualis, carnalis, & legalis, spiri-
tualis contrahitur in sacramento Baptismi, & Confirma-
2 tionis, & olim erat triplex nempe paternitatis, compaternitatis, & fraternitatis, 30.q.1.c.de eo, &c.noua, & cap. quamuis de cognat.spirit. in 6. & c.1.de cognat.spirit.in 6. & c. Mart.de cognat.spirit.

3 Sed post Concil.Trid hæc cognatio tantùm extenditur in paternitatem, & compaternitatem, & sic contrahitur inter baptizantem, & baptizatum; confirmantem, & confirmatum, & inter tenentem in baptismo, aut in confirmatione, & ipsum baptizatum, & confirmatum, inter patrem, & matrem baptizati, vel cõ-
4 firmati cum baptizante, aut confirmante, & suscipiente ipsum baptizatum, vel confirmatum Sess.24.c.2. de refor. matr.

Sed nota hanc cognationem, posse esse nullam ex aliquo defectu essentiali, quando sacramentum non fuerit validum.

Et ad contrahendam dictam cognationem sacramento valido, necesse est, vt compatres tangãt baptizatum, vel cõfirmatum, vt moris est complectendo, brachijs, vel tenendo, nam si non tangerent, etiã si respondeant, nulla contrahitur cognatio spiritualis. D.Tho.3.par. tit.1.c.15.§.9.

Et in baptismo, in casu necessitatis contrahitur hæc eadem cognatio, etiam si domi baptizetur, aut vbiuis, si verò postea adhibeantur sollemnitates, & supplebuntur supplẽda per Cathechysmum oritur etiam cognatio, quæ tamen non dirimit, vt dicitur de alia cognatione.

Et hanc cognationem spiritualem, omnes tangentes baptizãdum quando per Parochum, aut alium baptizantem, non essent designati, contraherent, si verò sunt designati, vt qui fuerunt nominati, per parentes pueri, & quos Parochus designauit inter

hos

Digitized by Google

hos tantùm contrahitur dicta affinitas, Concil. Trid. Sess. 24. c. 2. de refor. matri. & cap. vlt. de cogna. spir. in 6.

Antiquitus, si multi tetigissent omnes contrahebant, quod modò sublatum est, nam debet esse vnus, vel vna, & ad summũ duo, vir, & femina, quia ars imitatur naturam, vt suo loco dictum est. Nec posset Episcopus dispensare, vt susciperetur à duabus masculis, vel duabus feminis, vt ex declaratione Sacræ Congregationis Concilij.

Contrahit eandem cognationem pater si in casu necessitatis, vel ex ignorantia tenet proprium filium, vel baptizet, etiam si ignorantia sit iuris, vel facti inculpabilis, sed non impeditur à petitione debiti, vel redditione, secus si ex malitia, vel ignorancia culpabili, non posset enim petere, sed reddere teneretur, c. si vir de cognat. spirit. Nauar. c. 16. nu. 342. & c. 22. nu. 40.

Sed si pater in necessitate baptizaret filium ex fornicatione, non potest cum matre contrahere sine dispensatione, obstante sibi compaternitate. Nauar. c. 22. nu. 4. & c. 16. nu. 34.

QVAESITVM LV.

SVMMARIVM

1 *Hæc cognatio non contrahitur per procuratorem.*

An hæc cognatio contrahatur per procuratorem?

1 DIC. Quod non cum principali mandante, sed cum ipso procuratore, si implicitè, vel explicitè habuit intentionẽ in eius persona propria, qui facit actum personalem tangendi, nam ea, quæ adhærent personæ non possũt demandari. c. aqua de conse. Eccles. Sil. matrim. 8. nu. 8. & alij Bar. & Iason in leg. gallus, §. fortunates. Vide Sanch. disput. 19. sed extat declaratio Sacræ Congregat. Concil. quod qui leuat, aut tenet procuratorio nomine, nullam contrahit cognationem spiritualem sibi, sed mandanti.

Sed si procurator hoc non intendebat, neuter contrahit, & hæc

Digitized by Google

hæc est communis opinio Pater Marius de cognat. spirit.

Aliqui dicunt contrarium seruari de consuetudine inter magnos Principes, & ita fuisse declaratum à Sacra Congregatione Concilij (quam non vidi) cui standum est.

Et hic scias curiosum dubium, quod si adhuc viueret aliquis qui ante Concil. Trid. contraxisset, modo quò supra hanc cognationem spiritualem non impediretur à contrahendo matrimonium, & ita fuisse declaratum viuæ vocis oraculo à Pio V. testatur Pater Marius loco cit. quæ declaratio, dicitur registrata in literis Cancellariæ. Illustrissimus, & Excellentissimus Dom Ioannes Dauolos de Aragonia, Dominus meus singularis, vt est Heroicis, & Christianis virtutibus cæteris Regni proceribus exemplar, ita excellentissimi, & perspicacissimi ingenij quæsiuit à me super his aliquando, & responsionem excepit huc dii conseruet incolumem Deus, cum Illustrissima D. Andriana de Sangro coniuge lectissima, & pijssima fœmina.

Et aduertantur circa hanc cognationem contrahendam eum, qui tenet in fonte, vel è fonte leuat, contrahere, hinc qui ab illo postea manibus tenentis susciperet, non contraheret, sed si ambo tenerent in fonte ambo contraherent, & hoc sequitur, quando non fuerunt designati, sed quando fuerunt designati per errorem ambo contrahunt, & administrans est puniendus arbitrio Ordinarij. Contrahit etiam vltra eum, qui tenuit ipsum baptizatum, eum etiam, qui statim accipiat de manibus sacerdotis baptizantis, siue tenuit in aliquo vase, siue alio modo, etiam si non tangat carnem, & tactus, siuè sit in capite, siuè in alia parte personæ. A qua cognatione excluduntur infideles, etiam si intelligerent baptizando, facere, quod facit Ecclesia de conse. d. 4.

Hanc cognationem contrahit quis, etiam si per errorem tenuit in baptismate, vel confirmatione filium pauperis, quem credebat filium nobilis, & ratio est, quia tenens in hoc habuit intentionem implicitè faciendi, quod facit Ecclesia Abb. in cap. venions de cognat. spirit.

Secus esset, quando ille non habuerit intentionem contrahendi.

Digitized by Google

hendi hanc cognationem, nisi cum nobili, quia tunc non contrahit quo ad Deum, sed quo ad Ecclesiam puniretur peccans contra hanc cognationem, vel contrahens, Abb. in c. ex his de cognat. spirit. P. Marius loc. cit. Et alij; & ratio istorum est, quia actus agentium non operantur vltra eorum intentionem l. non omnis ff. si certum pet. l. 3. §. vlt. de act. & obligat. Ioannes Baptista Phylippo I. C. Beneuentanus, & causarum acerrimus defensor, doctissimè nuper consuluit in casu sibi in hac materia proposito, cuius eminens ingenium satis laudaui. Est hic diligens imitator virtutum Roberti de Ianuario Patrui sui I. C. ætatis suæ clari, à quo non degenerat Franciscus eius filius Patricius Beneuentanus, & Petrus de Phylippo Ioannis Baptistæ frater causarum defensor in Curia Romana.

Scias etiam concubinam si baptizauit ex necessitate, vel tenuit eius filium in fonte ex concubina susceptum, non posse contrahere ob contractam cognationem, cum concubina, vt supra etiam dictum est, id si post contractum matrimonium inter eos, sed accideret, nulla huiusmodi cognatio contraheretur, 30. qu. 1. c. ad limina. Nota hic obiter quod quis sit ciuis originarius quoad spiritualia, & temporalia loci, in quo, cessante fraude, baptizatur, Gonsalez ad reg. 8. glos. 118. referente Gratiano discep. c. 76. 16. & 147.

De cognatione carnali.

QVAESITVM LVI.

SVMMARIVM.

1 *Cognatio carnalis definitur, & explicatur.*
2 *Matrimonium prohibetur vsque ad quartum gradum.*
3 *Linea duplex quædam masculina, quædam feminina.*
4 *Linea quædam recta, quædam transuersalis.*

Quid

Digitized by Google

Quid est cognatio carnalis?

1 DIC. Quod est vinculum personarum descendentium de proprio gradu carnali, propagatione contractum. Couar. de sponsa. 2. p. c. 6. S. 5. vel est vinculum personale ab eodem stipite propinquo descendens.

2 Et propter hanc cognationem matrimonium prohibetur vsque ad quartum gradum inclusiuè à primo stipite, qui non numeratur in linea cognationis, & linea, quæ est series, siue collectio personarum, quæ iure sanguinis coniunguntur, dicitur à filo lini, in quo configuntur pater nostri, vnum post alium, quia per eum ordinatè proceditur ad inueniendum gradum, qui quæritur.

3 Hæc linea dicitur masculina, quæ à masculo venit, & feminina, quæ à fœmina, vnde qui à maribus descendunt dicuntur agnati, & qui à fœminis dicuntur cognati, vt P. Marius, & illa distantia, quæ est ab vna persona ad alteram, dicitur gradus, similitudine à scala sumpta.

4 Hæc linea, quatenus est patris, vel matris in filios, & alios ab eis descendentes vocatur linea recta, & quatenus est ad transuersales inter fratres, & sorores, dicitur linea collateralis, & transuersalis, qui à latere patris positi sunt, sic inter filios fratrum, qui dicuntur consobrini, & inter filios, & sorores consobrinorum. In linea recta durat prohibitio in infinitum contrahendi, secundum aliquos, sed alij dicunt, quòd non.

Et gradus in prædictis linejs recta, & transuersalis numerantur hoc modo, in linea recta à primo stipite, qui non connumeratur, tot sunt gradus, quot numerantur personæ, dempta prima.

Sed in linea transuersali quoto gradu personæ distant à primo stipite, tot gradibus distant inter se. Exemplum in linea recta. Vincentius Raguccius genuit Ioannem, filius Ioannis Ioannes Dominicus est consanguineus in secundo gradu cum Ioanne, & Ioannes in primo, & sic numera quot gradus vis in

hac

Digitized by Google

hac linea recta. Exemplum in linea tranſuerſali. Vincentius genuit Ioannem,& Antonellum filij Ioannis, & filij Antonelli ſunt inter ſe in ſecundo gradu linea trāſuerſali, quia ſecundo gradu diſtant à primo ſtipite,& ſic in vlterioribus gradibus poterit dignoſci gradus, qui quæritur in linea tranſuerſali.

Sed notandum,quòd aliquando linea eſt inæqualis, & fit hoc,vt quoto gradu remotior diſtat à primo ſtipite, tot diſtāt inter ſe, quoniam computatio ſemper facienda eſt à remotiori gradu.c.vir,quia de conſangui.affinit,& ſic de iure communi.

Sed ex conſtitutionibus Clementis VII. & Gregorij XI. Sūmorū Pontificū mandatū eſt in linea collaterali inæquali, eſſe exprimendum pro obtinendis diſpenſationibus,vtrumque gradum propinquiorem ſcilicet,& remotiorem,& alias,vt in dictis conſtitutionibus, ſed conſtitutio Pij V.mandat,vt vterque gradus coram Sūmo Pontifice exprimatur,alias ſubreptitia ſit obtenta diſpenſatio,& matrimonium inde ſequutum inualidum, Pius V. reuocata conſtitutione Pij IV. mandauit obſeruari in hoc ius commune, & vt in porrigenda ſupplicatione ſufficiat,ſi gradus remotior exprimatur, & gradum propinquiorem ſatis ſit exprimere in literis declaratorijs,& bullis, & in caſu contrarij non annulletur matrimonium contractum, ſed contrahendū P.Marius de impedi.matri.

QVAESITVM LVII.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium eſt prohibitum vſque ad quartum gradum conſanguinitatis incluſiuè, qui à primo ſtipite numerantur in linea tranſuerſali,in linea autem recta prohibetur in infinitum, vt communis habetur ſententia.*

Intra quot gradus conſanguinitatis eſt prohibitum matrimonium.

1 DIC. Vſq. ad quartum gradum incluſiuè, qui à primo ſtipite numeratur in linea tranſuerſali,vt dictum eſt,& in

Digitized by Google

linea recta, aliqui dicunt prohiberi in infinitum, vt si Adam viueret, prohibitum esset ei aliquam ex suis posteris ducere in vxorem. Hoc sentiunt Scot. Duran. Ricca. Palud. 4. d. 49. Sylu. verb. matrim. 8. qu. 6. dub. 1. & habetur l. 2. ff. de rit. nupt.

Alij tenent contrarium, qui mouentur verbis generalibus tex. in cap. vlt. de consang. & affinit. Sed opinionem probabilē, & magis communem dicit primam P. Marius, qui addit hanc quæstionem in praxi ob vitæ breuitatem contingere non posse.

De iure antiquo prohibitio contrahendi matrimonium extendebatur vsque ad septimum gradum inclusiuè 35. q. 5.

De affinitate.

QVAESITVM LVIII.

SVMMARIVM.

1 *Quid sit affinitas definitur.*
2 *Quid requiritur ad contrahendum affinitatem explicatur.*
3 *Ex matrimonio rato, & nō cōsumato nō contrahitur affinitas.*
4 *Qui contraxit sponsalia de futuro non potest ducere consanguineam illius in primo gradu.*
5 *Affinitas triplex genus explicatur.*
6 *Quomodo cognoscatur inter quas personas contrahatur affinitas.*
7 *Affinitas ad quem gradum extendatur explicatur.*

Quid sit affinitas?

1 DIC. Quod est permixtio personarum copula carnali deducta dicta quasi con finitas ex similitudine agrorū, cū finis vnius agri, & finis alteri⁹ iudicatur cōfinitas, sic affinitas, & cum per copulam fiant vna caro masculus, & fœmina, fit, quod consanguinei vnius siuè masculi, siuè fœminæ, fiunt affines illius in eodem gradu, quo sunt illi consanguinei, quorum copula est affinitas.

2 Et ad contrahendam affinitatem requiritur, vt copula carnalis

Digitized by Google

lis sit perfecta cum seminis emissione in vas naturale, saltem ex parte viri, nam ex parte fœminæ siuè emittatur semen, siuè non, siuè sequatur fractio clausiri virginei, siuè non, dummodò semẽ recipiatur intra vas, siuè copula fuerit matrimonialis, siuè illicita, siuè voluntaria, siuè per vim præcisè, & metum, siuè vi cum conditione, siuè per errorem, siuè cum dormiente contrahitur dicta affinitas, c. discretio de eo qui cognouit sor. &c.

3 Hinc sequitur affinitatem non contrahi ex matrimonio rato, & non consumato, quia solum copula perfecta facit affinitatẽ, & quando quis cognoscit consanguineam vxoris suæ, & non autem, quando cognoscit suam consanguineam, licèt peccet peccato incestus, & qui cognosceret consanguineam vxoris suę in secundo vel primo gradu, non autem in tertio, vel quarto, c. vni. de despon. impub. in 6. Syl. matrit. 2. q. 16. Sot. 4. d. 27. q. 1. art. 4. & alij.

4 Hic scias, qui contraxit sponsalia de futuro cum aliqua, non posse ducere consanguineam illius in primo gradu, sed si cognosceret carnaliter aliquam consanguineam suæ futuræ vxoris in primo, vel secundo gradu, sponsalia essent sublata ob affinitatem contractam cum sponsa sua, & requiri ad contrahendum cum illa dispensatione Summi Pontificis.

5 Affinitatis autem est triplex genus, primum est, quod continet personam vnitam personæ per carnis copulam, vt Franciscus maritus Lauræ est affinis consanguineis Lauræ, & ex altera parte, Laura est affinis consanguineis Francisci. Secundum genus (quod modo est sublatum ab impedimentis matrimonij) erat quando aliqua secunda persona additur per copulam primæ, vt si Laura fuisset copulata alteri, putà Iulio, tunc Iulius est in secundo genere affinis, & non solum contrahebat affinitatem cum consanguineis Lauræ, sed etiam cum consanguineis Francisci, vide c. de propinquis 35. q. 3. Tertium genus affinitatis erat (& hoc etiam est sublatum) quando aliqua tertia persona copulabatur secundæ personæ antedictæ, quæ constituebat sim genus, vt si Antonia fuisset copulata Francisco, vide c. Porrò 25. q. 3. Sed hodie tantùm primum genus est in consi-

Digitized by Google

deratione, quoad impediendum matrimonium.

6 Et ad cognoscendum, in quas personas cõtrahatur affinitas, scias eodem modo, quo numerantur in consanguinitate, sed per copulam carnalem contrahi, vt mariti cum consanguineis vxoris, & vxoris cum consanguineis mariti, & non inter consanguineos mariti, & vxoris, Itaque inter consanguineos vxoris, & mariti posset esse matrimonium, vt inter duos fratres, & duas sorores, & quæ fuit vxor fratris primæ vxoris Iulij, potest ipse Iulius accipere, & sic diuersis temporibus potest quis accipere in vxores duas, quæ fuerunt vxores duorum fratrum, & sic pater, & filius possunt accipere matrem, & filiam, & sic etiam filius mariti ex alia vxore potest accipere filiam vxoris ex alio marito, & è contra. Vt patet his exemplis, in primo genere, omnes consanguinei viri sunt affines vxoris suæ in primo genere. Secundo relicta Iulij nubit extraneo Cæsari, tunc Cæsar est affinis in secundo genere consanguineis primi mariti relicta, & è contra. Tertio, si relicta tertio nupserit consanguinei primi mariti erunt etiam affines tertio marito, & maritus eius erit etiam affinis, nam consanguinei primi mariti sunt affines secundo marito, in secundo genere; Sed si iste secundus vir mortua vxore duxerit aliam, consanguinei primi mariti vxoris præmortuæ erunt affines secundæ vxori huius secundi mariti, vel tertij in tertio genere affinitatis.

7 Et de iure antiquo affinitas extendebatur etiam vsque ad quartum gradum inclusiuè sicut, & de iure nouo c. non debet. de consangu. & affinit. & sic etiam ex Concil. Trid. de reform. matri. sess. 24. c. 4. Sed quo ad coitum, licitum tantùm ex copula maritali, & durat, quantùm durat consanguinitas, nec terminatur morte consanguinei; Affinitas autem ex copula illicita ex Concilio restricta est ad secundum gradum inclusiuè, & nõ vltra; Sed nota in vlterioribus gradibus adesse etiam impedimentum, si non dirimens, saltem impediens, vt declarauit Pius V. in estrauag. ad Romanos, & hoc est mente tenendum pro salute animarum.

De

Digitized by Google

De affinitate, quæ contrahitur poſt contractum matrimonium.

QVAESITVM LIX.

SVMMARIVM.

1 *Maritus carnaliter cognoſcens conſanguineam vxoris contrahit affinitatem.*

2 *Matrimonium dicitur conſumatum ſi mulier concipiat etiam non fracto ſignaculo virginali.*

An ſi maritus cognoſcat carnaliter conſanguineam vxoris ſuæ contrahatur affinitas?

1 DIC. Quòd ſic, ſi eſt intra ſecundum gradum: itaque non poterit vir ſine peccato petere debitum abſque diſpenſatione, & tenetur reddere ſi matrimonium fuerit conſumatum inter virum, & vxorem ſecus in matrimonio rato, vt dictum eſt. Vide D. Antonin. 3. p tit. 1. c. 11. q. 4. Syl. verb. matrim §. 8.

2 Et matrimonium dicetur conſumatum etiam ſi non fracto clauſtro virginali fuerit facta grauida vxor, vt accidere poſſe docet Zabarella in c. ſuper eo de condit. apopoſ. & etiam D. Tho. & accidiſſe etiam, retulit quidam confeſſor, non nominata, nec perſona, nec loco, nec tempore.

QVAESITVM LX.

SVMMARIVM.

1 *Diſpenſatio in gradibus prohibitis pertinet ad Summum Pontificem, non autem ad Epiſcopos.*

2 *Non poteſt Epiſcopus dare licentiam, vt conſumetur matrimonium inter futuros coniuges, conſulos etiam prius coram Parocho.*

3 *Poteſt Epiſcopus diſpenſare in matrimonio iam publicè contracto impedimentum occultum, cauſa legitima, vel ſcanda-*

Digitized by Google

li, vel huic est difficillimus accessus ad Sum. Pontif.

4 *Si nesciatur stipites, & gradus prohibiti, & est rumor de hoc, ratione scandali debet obtineri dispensatio à Sum. Pontif.*

Quis dispenset in gradibus prohibitis?

1 DIC. Id pertinere ad Summum Pontificem, & est de fide, hinc sequitur non posse dispensare nec Episcopos, nec Archiepiscopos, nec dare licentiam futuris sponsis, vt donec venit dispensatio simul cohabitent, vt sponsi, quia esset eis peccati occasionem inducere, Nauar. cap. 16. num. 12. c. 14. nu. 10. D. Tho. secunda secundæ qu. 114. art. 4.

Sed si voluerint cohabitare, poterunt prout consanguinei, & abstinere ab eis, quæ sunt licita sponsis, sed id ego non consulerem.

2 Nec posset Episcopus dare licentiam, vt matrimonium concluſum inter coniuges futuros consumetur antequam perficiatur coram Parocho, & testibus, dato hinc inde mutuo consensu.

3 Posset tamen Episcopus quando impedimentum matrimonij esset occultum, & matrimonium publicum, & separatio esset valde scandalosa, & ad Summum Pontificem, vel eius nuncium confugi non posset ob paupertatem, aut alia legitima impedimenta, Nauar. c. 22. num. 86. qui citat Angel. & Syl. P. Marius addit his circumstantijs, quando ob distantiam est difficillimus accessus ad Papam, vt ex remotissimis regionibus, vt India, Hyspanijs, Gallia, vel vltra, & si deest vna circumstantia, Episcopus non posset se intromittere ad dispensandum. de matrim. & hic sciatur contrahêtes in gradibus prohibitis peccare mort. & esse eo ipso excommunicatos, nisi excusarentur ignorantia facti, & matrimonium esse nullum, sed vbi fecerint, tenentur impetrare dispensationem, & obtenta, de nouo consentire, non tamen in publico, sed sufficit in secreto. vide Nauar. c. 22. nu. 7. Couar. 2. p. de spons. c. 6. nu. 8. & 10.

4 Sed cum nesciretur stipes, & gradus prohibiti, & esset in Parochia rumor contrahere volentes impediri gradu prohibito, tunc

Digitized by Google

tunc ratione ſcandali oporteret obtinere diſpenſationem à Sũmo Pontifice exponendo factum, vt ſe habet, cap.cum tua, & ibi Abb.de ſponſ.& ſi quis poſt matrimonium cõtractum ſciret inter aliquos adeſſe impedimentum, non tenetur reuelare, ne ponat in ſcrupulos illos coniuges, qui interim non peccant, ſtante horum bona fide.

QVAESITVM LXI.

SVMMARIVM.

1 *Conſumatum matrimonium obtenta diſpenſatione à Summo Pontifice, ſed non expectata expeditione bullæ non indigẽt alia diſpenſatione.*

2 *Si autem fuit matrimonium conſumatum ante diẽ gratiæ conceſſæ, diſpenſatio non tenet.*

3 *Parochus debet monere populum quomodo debent petere has diſpenſationes.*

Quid faciet Parochus cum ſponſis coniunctis in gradu prohibito, qui miſerunt ad Summum Põtificem pro diſpenſatione, & habito nũcio illam fuiſſe obtentam conſumarunt matrimonium nõ expeditis bullis: & poſtea porrectis Epiſcopo literis expeditis, vt diſpenſet, & recuſat Epiſcopus, quia videtur ei rem nõ eſſe integram, & gratiam eſſe ſubreptitiam, vel obrepitiam?

1 DIC. Quòd ſi matrimonium fuit contractum, & conſumatum poſt datam ſupplicationem, & poſt gratiam obtemptam diſpenſationis Sanctiſſ.DD.noſtri PP.quia à tempore datæ attenditur gratia, non erit ſubreptitia, vel obreptitia, & poteſt Epiſcopus ad vlteriora procedere, nam ſupplicatio continet veritatem, quando porrigitur, & fit gratia. Abb.in c. dilecto

Digitized by Google

de præsumpt.num.7.Felin.in cap.ea te de rescript.Abb.iterum in c.vide consanguin.& affi nu.4.

2 Vbi verò matrimonium fuisset consumatum ante diem gratiæ concessæ à Summo Pontifice,& non esset expressum, tunc dispensatio esset surreptitia, & denuo impetranda: Imò si matrimonium fuisset consumatum post gratiam factam, sed esset in vicinia rumor,fuisse consumatum ante, tunc ob scandalum, esset iterum impetranda dispensatio.Sot.4.d.28.q.1.art.2.& 3 quia scandalum est maxima importantia in re matrimonij, ob multos respectus,vnde conuenit, vt docet illud legitimè contrahi. Et in hoc proposito dicetur consumatum matrimonium quando fuit habita copula in vase debito,non autem in vase indebito,tunc enim committeretur peccatum aliud horrendũ, & infandum, sed non propterea matrimonium esset consumatum.35.q.2.c.extraord.

3 Non est prætereundum hic debere Parochos, cum occasio se offert in sermonibus,quos habẽt ad populum monere, vt in obtinendis dispensationibus vera exponant,& factum, sicut se habet, nam qui aliter exponeret,nihil faceret, vt si quis esset in secundo gradu,& exponeret esse in tertio gradu prohibito, & simil.vel si matrimonium esset consumatum, & exponeret esse solùm ratum,nil faceret,& matrimonium esset inualidum, & dispensatio obtempta ei non suffragaretur,intellige, si scienter ita surreptitiè,vel obreptitiè, vt impetrasset, sic etiam qui teneret,quod obfacilius impetrandam dispensationem,data opera matrimonium consumasset,nam in hoc casu, etiam si exponeret matrimonium esse consumatum teneretur dicere eo animo fuisse consumatum ad impetrandum facilius dispensationem. Nauar. c. 22. num. 86. subtiliter, & doctè.

De

De cognatione legali.

QVAESITVM LXII.

SVMMARIVM

1 *Quid est cognatio legalis explicatur.*
2 *Quodnam impedimentum oriatur ex cognatione legali.*

Quid est cognatio legalis?

1 DIC. Quòd est illa, quæ per adoptionem, vel arrogationem contrahitur toto tit. de cognat. legal. & c. vlt. de cognatio. legal.

Et est susceptio, seù arrogatio alicuius personæ in locum filij, vel nepotis, filiæ, vel neptis, & fit, vel coram magistratu, quo ad adoptationem, vel per rescriptum principis quo ad arrogationem. vide D. Tho. in addit. ad tertiam partem q. 52. & adoptio dicitur in filio exist. sub patria potestate; arrogatio filij liberi à patria potestate.

Et hic sciatur eos, qui vulgo filij in Christo vocantur, qui recipiuntur ab aliquo per missæ celebrationem, vel alio simili modo, non possunt vocari, nec sunt filij adoptiui, nec contrahitur aliqua cognatio inter recipientem, & receptum, Abb. d. c. vnico de cognat. legal. num. 8.

2 Impedimentum autem, quod oritur ex cognatione legali, est vt infra, prima oritur inter patrem, & matrem adoptantem, & filium, seù filiam, seù nepotem adoptatam, & eius filios, & filias, & nepotes vsque ad quartum gradum inclusiuè §. ergo instit. de nupt. & l. adopt. ff. de rit. nupt. Secundum contrahitur inter adoptatum, seù arrogatum, & filium naturalem adoptantis, seù arrogantis, & per filium naturalem intellige, siuè sit natus ex legitimo matrimonio, siuè extra per fornicationē simplicem, non autem si ex incestu, vel adulterio. 30. q. 3. c. id diligere, & c. per adoptionem, & c. vnico de cognat. spirit. Tertium contrahitur id adoptatum, eiusque vxorem, & patrem adoptā-

tem,

Digitized by Google

tem, eiusq; vxorem. l. adoptiuus, ff. de rit. nupt. Sed vocetur, quòd in hoc tertio, & primo genere impedimenti, hæc cognatio legalis durat etiam finita adoptione per mancipationem, seù per mortem. Sed in secundo genere durante adoptione, & non vlterius. Nauar. c. 7. nu. 44. & Theol. 4. sent. dist. 42.

De impedimento criminis.

QVAESITVM LXIII.

SVMMARIVM

1 *Impedimento criminis quatuor complectitur. Primo homicidium alterius coniugis vtroque sciente, & machinante ad effectum matrimonij contrahendi subsequuto effectu.*

2 *Secundum impedimentum est homicidium mistum adulterio.*

3 *Tertium est adulterium, fides cum vxore alicuius contrahendi cum illa.*

4 *Quartum est adulterium cum matrimonio de præsenti viua prima vxore, nam mortua illa non potest contrahere cum secunda sed hic aliqui casus explicantur.*

Qui impediantur hoc impedimento criminis?

1 DIC. Hoc impedimento complecti quatuor, primum homicidium purum in personam alterius coniugis, vtroq; sciente, & machinante, vt effectus sit absolutè sequutus, aliàs nõ esset impedimentum criminis, glos. 2 1. q. Abb. in c. 1. de eo, qui dum, in matri. c. laudab. de conuers. infidel.

Et hoc siuè mors fuerit illata per eos, siue per alios de eorũ ordine, & tàm in viro, quàm in vxore occisa, siue sint fideles, siue infideles conuersi ad fidem, & homicidium est sequutum ad effectum contrahendi matrimonium alias non esset impedimentum criminis, vt si surrexisset in rixa, vel alia occasione.

Ita etiam non esset impedimentum criminis, si alter tantum machinatus esset, vt vir tantum, nec si postea mulier gratum habuit,

Digitized by Google

habuit,quia ratihabitio in pœnalibus non retrotrahitur, nec machinationi æquiparatur,gloſ.in d.cap.laudabile, & Abb. & alij ibi, bene verum ratum habens peccat mort. nec ſi occidiſſet quis vxorem ad alium,vel pro alia cauſa,erit hoc impedimẽtum dirimens, ſed impediens,vbi eſt in vſu.

Et hic notetur, quod ſi vterque ſcilicet vir, vt vxor futuri coniuges occidiſſent,vel occidi feciſſent aliquem,qui impediebant eorum matrimonium faciendum non contraxerunt impedimentum hoc criminis,etiam ſi occiſus fuerit ſacerdos, licet grauiſſime peccauerunt, & in excommunicationem papalem inciderunt.

Itaque qui occidiſſet ſacerdotem duo haberet impedimenta impedientia tantum, primũ qa occidit Clericum. Secundũ, quia eſt excommunicatus,c. qui præsbiterum de ſent.excomm.

2 Secundum eſt homicidum mixtum adulterio, & in hoc non requiritur ſcientia vtriuſq; ſed ſufficit ſcientia vnius, quia ſcientia alterius ſuppletur per adulterium,& hoc eſt verũ, ſiue adulterium ſequatur homicidium,ſiue ſubſequatur, ſiue vir occidit maritum mulieris,ſiue vxor vxorem ſui amantis; Secus eſſet ſi homicidium non fuiſſet patratum ad finem contrahendi matrimonium, ſed ob aliam cauſam, & hoc valet in foro interiori, nam in exteriori homicidium præſumeretur factum pro matrimonio contrahendo.

3 Tertium eſt adulterium,& fides cum vxore alicuius de contrahendo cum illa; nam ſi quocunque modo ſequatur mors alterius coniugis,erit impedimentum hoc criminis, cap. ſignificaſti,de eo,qui duxit,& hoc eſt verum, ſiue adulterium ſequatur,ſiue præcedat ipſam fidem, ſiue ſit fides data ſimpliciter, ſiue promiſſio nuda; ſecus eſſet,ſi non interfuiſſet adulterium, ſed ſolummodo fides,vel facta promiſſio, etiam ſi per eos non ſtetiſſet committere adulterium, & interceſſerint præambula,vt oſcula,& tactus impudici,& ſimil. etiam ſi pollutio interueniſſet,tamen non in vaſe debito,licet ſit mortale peccatum,tamen non eſſet hoc impedimentum,ſicut ſi fuiſſet adulterium,ſed ſola fides de contrahendo non eſſet impedimentum criminis.

Quar-

Digitized by Google

4 Quartum est adulterium cum matrimonio de præsenti viua prima vxore, nam mortua illa, non potest contrahere cum secunda, cum qua contraxit nulliter, sed hoc procedit, quando hæc secunda vxor sciuit, quia si à principio nesciuit, non est tale crimen, sed si habuerit notitiam, & post sequuta est copula, quia consensit in adulterium, adest impedimentum hoc criminis.

Si verò hæc secunda vxor numquam habuit notitiam de prima vxore, illa mortua sine illius culpa poterit confirmari per consensum nouum, illud matrimonium vsq; ad id tempus nullum, sine dispensatione Apostolica Nauar. c. 22. no. 46.

Hic admoneatur Parochus, quomodo se gerere debeat cum pœnitente habente eodem tempore duas vxores ambas viuas in diuersis locis, altera de altera nesciente, debere scilicet admonere pœnitentem, vt rèdeat ad primam, & discedere à secunda meliori modo, quo potest, sine scandalo, & aliàs non absoluat, sed si prima sit mortua, admonere, vt legitime contrahat cum secunda.

De impedimento publicæ honestatis.

QVAESITVM LXIV.

SVMMARIVM.

1 *Definitio assignatur quid sit publica honestas.*

2 *Impedimentum publicæ honestatis non excedit nunc primum gradum, licet antiquitus vsque ad quartum gradum se extendebat.*

3 *In sponsalibus inualidis nullum oritur impedimentum, & dispositio Concil. Trident. intelligitur de sponsalibus validis de futuro.*

4 *Ex sponsalibus de futuro, secretò contractis nullum oritur impedimentum, nec de contractis sine consensu filiorum contrahentium.*

Digitized by Google Quid

Quid est publica honestas?

1 DIC. Quod est quædam species affinitatis imperfectæ tamen, quæ oritur ex sponsalibus de futuro validis, aut etiam de præsenti ante consumationem matrimonij, ex quibus sponsalibus nascitur quædam propinquitas inter sponsum, & consanguineos sponsæ, & è contra c. sponsa. c. ad audientiam. de sponsal. c. 1. de sponsal. in 6. Nauar. loc. cit. num. 59.

2 Et impedimentum ex iustitiæ publicæ honestatis non excedit nunc primum gradum ex Conc. Trid. quando sponsalia fuerunt valida, sed antiquitus extendebatur vsque ad quartum gradum, & ex sponsalibus inualidis nullum oritur impedimentum.

3 Aduertendum, dispositionem Conc. Trid. sess. 24. c. 3. de reform. matrim. intelligi de spōsalibus validis de futuro iuxta declarationem Pij V. nam in sponsalibus de præsenti, quæ impropriè appellentur sponsalia, cum verè sit matrimonium, vt ibi Pontifex, etiam ante cōsumationem attenditur ius antiquū vsque ad quartum gradū, & eo iure oriebatur hoc impedimētum, siue sponsalia fuissent valida, siue non, non tamen si defectu consensus. c. ad audientiam. de sponsal. cap. vnico. in 6. eod. tit.

4 Sed quando sponsalia fuissent cōtracta de futuro inter ipsos coniuges, sed secretè, & nemine sciente, nullum contrahitur impedimentum publicæ honestatis, nec requiritur dispensatio, sed impedimentum oritur ex sponsalibus publicis in facie Ecclesiæ. Et ita practicari in Curia Romana tenuit P. Marius. Nauar. c. 22. num. 58. Palud. 4. d. 27. qu. 7. art. 5. conclus. 3.

Nec oritur hoc impedimentum ex sponsalibus contractis per parentes sine consensu filiorum, nec ex contractis, sub conditione non adimpleta. d. c. vnico. de desponſ. impub. in 6.

Quod bene aduertant Parochi.

De

Digitized by Google

De impedimento cultus disparitatis.

QVAESITVM LXV: SVMMARIVM.

1 *Quid intelligitur per disparitatem cultus.*
2 *Matrimonium inter hæreticos non est nullum, sed non tenet gratia Sacramenti.*
3 *Infideles conuersi ad fidem debent stare in matrimonio, quia etiam validum.*
4 *Infidelis habens plures vxores infideles, tenetur retinere primam, si velit conuerti, sin autem illam recusauerit est liber ad contrahendum cum alia fideli.*
5 *Si alter coniugum conuertatur ad fidem altero nolenti conuerti, potest cum illa habitare, si non adsit contumelia Creatoris, aliàs potest cum alia contrahere.*
6 *Praxis in hac re explicatur.*

Quomodo intelligitur cultus disparitas?

1 PEr cultus disparitatem intellige, quando vnus coniugum est Christianus, & alter infidelis, nec valet cum fideli, & cathecumeno. Nauar. c. 22. num. 46. Glos. in c. caue 26. qu. 1. Et hæc prohibitio est de iure positiuo, & vsu, & consuetudine Ecclesiæ. Couar. 2. p. c. 6. §. 11. non iure naturali, nec Diuino.

2 Sed si matrimonium esset inter hæreticos, non est nullum. Couar. loc. cit. sed non habet gratiam sacramenti, sicut inter catholicum, & hæreticam, seu Apostatam, vel scismaticam, sed non tenetur cohabitare ipse catholicus. c. non solum, & cap. non oportet. 28. qu. 1. & ibi Glos. Inter Infideles verò valet matrimonium, non vt sacramentum, sed vt contractus, & officium naturæ ad procreandum sobolem. Abb. in c. quanto extra de diuor. 2. notab. & c. gaudemus. eod. tit.

3 Et qui infideles conuersi fuissent ad fidem, tenentur stare in matri-

Digitized by Google

matrimonio, quo iuncti reperiuntur, quia est validum, nec baptismus dirimit coniugia. c. gaudemus. de diuor. & c. de infideli de consanguinit. & affinit. attamen tenentur inter eos de nouo consentire, vt quod erat inter eos officium naturæ, & contractus, fiat sacramentum, & habeant gratiam sacramenti.

4 Cum autem infidelis plures habet vxores, etiam infideles, & ipse conuersus fuerit ad fidem, tenetur retinere primam, vt supra cum ea consentiendo, si illa velit conuerti, quia cum illa est matrimonium, & officium naturæ, & illa recusante, liberum est ei admittere ex alijs, quam vult. Abb. d. c. gaudemus. de diuor. Sot. 4. sent. dist. 39. art. 1. 2. & 5.

5 Sed si alter coniugum fuerit conuersus ad fidem, & alter nõ vult conuerti, potest fidelis cohabitare cum fideli sine iniuria Creatoris, aliàs non tenetur cohabitare, & hoc est verum, tàm in viro, quàm in mulíere, & eo casu poterit contrahere cum altera, seu altero fideli, etiam altera, seu altero viuente.

6 Et praxis posset esse, vt fidelis faciat à Iudice Ecclesiastico præfigi terminum coniugi infideli, vt veniat ad fidem, aliàs elapso termino, licet fideli, cui voluerit se matrimonio adiungere, sed si voluerit ingredi Religionem fidelis, poterit sine hac præfixione termini. Couar. 2. p. c. 7. §. 4. de sponsal.

QVAESITVM LXVI.

SVMMARIVM.

1 *Fidelis facto coniuge hæretico, non tenetur reddere debitum, imo potest separari, secus si se emendauerit.*

2 *Fidelis coniux viro per sententiam condemnato, vt hæretico potest illo inuito ingredi Religionem.*

3 *In hoc casu quæ teneatur facere coniux fidelis, & quædam altri, explicatur.*

An si fidelis contraxit matrimonium cum fideli, facto postea hæretico, teneatur recedere ab eo, vel cohabitare?

DIC.

Digitized by Google

1 DIC. Quod hæc est fornicatio spiritualis. c. non solum. 28. qu. 1. quæ currit pari passu cum fornicatione carnali, & sic non tenetur ei reddere debitum, Imò potest separari, etiam quo ad thorum, decreto tamen Iudicis Ecclesiastici. cap. quanto. de diuor.

Sed si effectus infidelis, seu hæreticus se emendauerit, antequam fuisset condemnatus, & emendatus redit ad vxorem, tenetur Innocens, & fidelis admittere, & reddere debitum, si nõ immineat timor recidiuandi. c. quanto de diuor.

2 Verùm, si infidelis, seu hæreticus Iudicio Ecclesiæ fuerit cõdemnatus, & facta separatio inter eos, sed postea remissus cum habitello, innocens, & fidelis, potest altero inuito ingredi Religionem, & profiteri, & alter non potest denuo contrahere matrimonium. cap. vlt. de conuer. coniug. & ibi Abb. & idem habes in c. constitutus. eod. tit. num. 6. vbi dicit, quod innocens potest fieri Clericus sæcularis, quia ita permittitur in fornicatione carnali. c. Agatosa 27. q. 2. & quod de viro dicitur, dic de muliere, quia vir, & mulier non iudicantur ad imparia. c. gaudemus.

3 Et in hoc casu coniux innocens tria facere tenetur, vel redire ad coniugem suũ, quamuis damnatum, si non est periculum subuersionis, vel ingredi Religionem, vel fieri Clericus: & si est mulier, fieri Religiosa, & est communis opinio, & potest compelli ad aliquod ex his tribus, aliter esset in statu peccati mortalis. Sylu. verb. matrimonium. 8. impedi. 10. Glos. in c. 4. de diuor. vbi Abb. dicit: hanc esse communem sententiam.

Alij dicunt, non teneri ad prædicta innocentem, sed manere in sæculo in vita cælesti. Alfons. de Cast. lib. 2. de iusta hæret. punit. c. 7. Abb. in c. mulierum. de conuer. coniug. & in c. de illa. de diuor.

Sed tu dic primam opionem procedere in foro Ecclesiastico exteriori, quia est fauorabilis pro matrimonio, pro quo opinio vnius Doctoris prævalet multis. Abb. in cap. si vir. de cognat. spirit. Secundam verò opinionem dic procedere in foro confessionis.

Sed

Digitized by Google

Sed si vertit lis in foro exteriori, Confessor non potest absoluere pœnitentem, nisi promittat stare sententiæ Iudicis, sed potest appellare sine calumnia, & iuxta formam iuris, aliàs non diceretur contritus. In foro verò interiori esset sequenda opinio Alfons. de Castr. vt magis probabilis. vide Nauar. c. 26. num. 4. qui pulchra dicit, & Sylu. verb. Confessio. 6. & cap. 27. num. 287.

De impedimento vis.

QVAESITVM LXVII.

SVMMARIVM

1 *Duplex vis potest esse in contractu matrimonij, absoluta, & conditionalis,*
2 *Vtraque impedit, & dirimit.*
3 *Quis metus debet esse, explicatur.*

Quotuplex est vis, quæ potest interuenire in contractu matrimonij?

1 DIC. Quod duplex: siue absoluta, vt quando quis absolutè cogitur ad faciendum aliquod, ligatis manibus, & pedibus, & præcisa, siue conditionalis, vt quando apponitur conditio, vt facias hoc, aut morieris, quæ dicitur metus, & vtraque dirimit, & impedit.

2 Sed metus debet esse, qui cadere posset in constantem virū: idest, quod, & qui constans est, & fortis, timeret per talem metum, puta magni mali, quale est mortis, seruitutis infamiæ, amissionis bonorum, pudicitia, verberum, & similium, & hæc siue timeat sibi in persona sua, siue filijs, & alijs charis. l. continet. l. nec timorem. l. iste quidem. ff. de eo, quod metus causa. & in c. cum dilectus de his, quæ vi, metuque. Nauar. c. 22. num. 57.

Digitized by Google

Requiritur tamen, vt hoc mala inducant talem metum, vt imminere cognoscantur ex coniecturis claris, & grauibus inditijs consideratis circumstantijs loci, temporis, & personarum. l. metus 2. eod. tit.

Alij addunt, vt malum hoc sit graue, non solum per se, sed comparatiue ad id, ad quod compellitur: idest, vt sit maius malum, quod timetur inferendum, quàm illud, ad quod faciendum quis cogitur, vt maius malum vitetur, licet aliqui negent requiri hanc additionem grauitatis mali. Tolet. lib. 7. c. 8.

Et metus hic maioris mali, vt sit impedimentum irritans debet peruenire à causa extrinseca; idest ab homine, & sic excluditur quæcunque causa intrinseca, vt à se ipso, vel extrinseca naturali, vt à fortuna, vel ab infirmitate. Nauar. c. 22. nu. 50. Sylu. verb. matrimonium. 8. q. 2.

Excluditur etiam metus iustè incussus, vt terminus Iustitiæ, hoc, siue ciuiliter, siue criminaliter. vide Nauar. lo. cit. nu. 5.

QVAESITVM LXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium factum metu leui, an sit validum, cadit sub opinione.*

2 *Autoris sententia explicatur.*

An matrimonium factum metu leui illato ad hunc finem, sit validum?

1 DIC. Quod non, secundum Nauar. loc. cit. num. 51. & in c. non dicatis 12. q. 1. num. 63.

Alij dicunt valere, quia solus metus cadens in constantem virum, in hoc proposito est in consideratione, & hæc videtur melior sententia, & communior.

2 Sed scias, duplex esse malum, nempe culpæ, & pœnæ: malum culpæ est peccatum mortale, seu veniale, malum verò pœnæ est mors, carcer, seruitus, amissio bonorum, & similium, & tunc

Digitized by Google

tunc dic nullo modo esse committendum malum culpæ, vt euitetur malum pœnæ, sed è contra, & ideo in metu imminente, debet eligi minus malum, quod est malum pœnæ, vt euitetur malum culpæ, quod est grauissimum, etiam si sit veniale peccatum, respectu mali pœnæ.

Et hic nota esse validum matrimonium contractum per constitutum in periculo vitæ cum concubina, ne moriendo damnetur, quia est contractum metu mortis imminentis, & sic cadentis in constantem virum, & ab extrinseco, puta, à Deo per infirmitatem. P. Marius loc. cit. & tunc metus cadens in constantem virum impedit, quando fuit extortus ad finem contrahendi, & non ad alium finem.

QVAESITVM LXIX.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium factum à iuuene reperto cum puella metu mortis, non tenet.*

2 *Idem dic, si contrahat timore carceris.*

An sit validum matrimonium factum à iuuene reperto cum puella infraganti crimine cũ consanguineis, qui volebant eum occidere?

1 DIC. Quod est nullum, quia per metum cadentem in constantem virum. c. iuuenis. de sponsal. d. 7. & hoc intellige in foro conscientiæ, etiam copula sequuta, quia in foro exteriori, in quo non constat de metu dicitur validum, si consensus desit interior, sed debet confessor in hoc casu admonere virum, vt animo consentiet, ne sit in peccato mortali, & mulierem cognoscat affectu maritali. Nauar. cap. 12. num. 54. & in c. 17. num. 29. vbi diffusè. & in c. 22. num. 7.

2 Idem dicas, si consanguinei noluissent occidere illum iuuenem, sed tantum ducere ad carceres. Sylu. verb. metus. 8. q. 6.

Digitized by Google

Sed si ille in carceribus condemnatus ad mortem obtuliſſet illam ducere,& duceret,valeret matrimonium, quia fecit ad euitandum maius malum ab extrinſeco ei inflictum, puta, à Deo per ipſius peccatum.

Ita etiam eſſet matrimonium, ſi meretrix proponeret alicui damnato ad mortem, vt eam duceret, & ſic aget cum Iudice, vt liberetur cum hac conditione, quia fecit ad euitandam mortem iuſtam. Ita etiam valeret matrimonium,ſi meretrici permiſſum eſſet aliquem liberare, & ducere in virum, dum conducitur ad patibulum, imò ipſa mulier videtur facere opus charitatis. c. inter opera. de ſponſal. Non ſuccedit,ne daretur occaſio euitandi mortem,& ſic ad malum, olim erat conſuetudo in aliquibus locis, ſed ſi ſuccederet matrimoniũ teneret,vt dictũ eſt.

De impedimento Ordinis.

QVAESTVM LXX.

SVMMARIVM.

1 *Ordines ſacri impediunt matrimonium, & dirimunt, quando procedunt, non quando ſubſequuntur matrimonium.*

2 *Ex diſpenſatione Apoſtolica poteſt Clericus in ſacris ducere vxorem.*

An omnes ordines impediant, & dirimant matrimonium?

1 DIC. Quod non, ſed tantum tres Ordines ſacri, quibus eſt annexum votũ caſtitatis ex præcepto Eccleſiæ, quod procedit etiam ſi ordinatus in ſacris fuiſſet degradatus, vel depoſitus, quia caracter impreſſus per ordines ſacros eſt indelebilis, vt dictum eſt in principio de ſacram. in communi. c. 1. qui Clerici. vel cum Gloſ. & Abb. & eſt cõmunis ſententia Theologorum, & Canoniſtarum.

2 Et tunc dicas ordinem ſacrum impedire, & dirimere matrimonium

Digitized by Google

monium, quando illud præceſſerit, non quando ſubſequatur Ordo, & Clericus in ſacris contrahens eſt excommunicatus latæ ſententiæ. Clemen. de conſang. & affinit. imò eſt irregularis, & peccauit mortaliter. Extrauag. antiquæ de voto. & c. vlt. de vot. in 6.

3 Imò Clericus in ſacris contrahens matrimonium, & hoc modo violans virginem in pænam condemnatur ad triremes loco antiquarum pœnarum, & ſubijcitur inquiſitioni Sancti officij, vt ſuſpectus de hæreſi. Diaz. in ſua practica criminali. cap. 24. num. 7.

Sed ex diſpẽſatione Apoſtolica poſſet Clericus in ſacris ducere vxorem aliquam deſignatam, quia votum caſtitatis eſt annexum ordinibus ſacris de iure poſitiuo, ſupra quo diſpenſat Summus Pontifex, tamen mortua illa vxore, cum qua illi fuiſſet diſpenſatum, non poteit amplius contrahere matrimonium, quia diſpenſatio illa cum deſignata ex cauſa conceſſa exſpirauit, nec extenditur ad alias fœminas, Rom. ſingul. 602. & de benedictis in c. Raynutius de teſta. & ego vidi diſpenſationem manuſcriptam Pauli III. ſuper quibusdam Clericis Germaniæ in ſacris conſtitutis, vt poſſint contrahere quiſque cum muliere, cum qua longo tempore peccauerunt, & ſeparatio erat difficilis, & periculoſa, ſed non poſſent inter alias conditiones (ſi rectè memini) amplius altari inſeruire.

QVAESITVM LXXI.

SVMMARIVM.

1. *Ordinatus per vim, & metum, non habens intentionem obligandi ſe ad votum caſtitatis ſuſcipit caracterem, tamen non eſt obligatus ad votum.*
2. *Hæc intentio debet eſſe poſitiua, & actualis.*
3. *Si vellet ducere vxorem, debet probare per teſtes ſe non habuiſſe talem intentionem.*
4. *Ordinatus ãte annos diſcretionis, nõ tenetur ad votũ caſtitatis.*
5. *Si quis poſt contractum matrimonium inſcia vxore ſuſcipiat*

Digitized by Google

sacros ordines, hic est irregularis, & non potest petere debitum, sed tenetur reddere.

3 *Suscipiens ordines sacros propter adulterium uxoris in foro conscientiæ non peccat, & potest exercere, sed in foro exteriori debet hoc probare, alias incurreret in pœnas.*

An qui esset promotus per vim, & metum cadentem in constantem virum ad ordinem sacrum non habens intentionem obligandi se ad votum castitatis, astringatur voto castitatis ratione ordinis sacri?

1 DIC. Quod non, & sine dispensatione posset ducere uxorem. Natar. c. 22. num. 52. Sot. 4. dist. 25. qu. 1. art. 2. Sylu. verb. ordo 4. §. 1. Angel. verb. ordo. 3.

Sed tamen caracterem ordinis suscepit, & si vellet ad vlteriores ordines ascendere, non esset necesse susceptos reiterare.

2 Non ita res se haberet, si quando quis ordinatur, nil cogitat de ordine suscipiendo, nam tunc tenetur obseruare votum castitatis ratione ordinis susceptí, quia aliud est facere actum positiuum, vt fecit, qui nil cogitauit, aliud actum negatiuum, vt fecit ordinatus per vim, metum, quia si in non cogitante defuit voluntas actualis consentiens, aderat virtualis, & aberat contraria. Inordinato autem per vim, est omnino contraria voluntas.

3 Nihil ominus hoc non est intelligendum ita de plano, sed quando ante susceptum ordinem, qui per vim erat ordinandus aperuisset intentionem suam coram multis, & postea perseuerasset in eadem negatiua signis, & quantum fas illi fuit, & possibile demonstrauit, & eo casu probatis his coram Iudice Ecclesiastico esset expectanda eius sententia. Sed ipse si essem Iudex, hunc talem mitterem ad Summum Pontificem.

Hic talis, vbi nescitur eum esse ordinatum, esse securus in conscientia, sed vbi notum est, ratione scandali, deberet probare,

Digitized by Google

bare, quia metus hic non præsumitur nisi probetur, & aliter faciens Clericus, incurreret pœnas sacrorũ Canonum, vt supra.

4 Idẽ dic de ordinato ante annos discretionis ad ordinem sacrum, quòd non tenetur voto castitatis, sed ordine m suscepit. Abb. in c. 1. de cler. per sal. pro, & ibi Glos. quia qui non potest obligari Diabolo per peccatum, nec obligatur Deo per votum. c. 1. de deliĉt. puer. sed in hoc etiam requiritur sententia Iudicis in foro exteriori, aliàs incurretet pœnas, vt supra, quo ad Ecclesiam.

5 Et quando quis prius contraxerit matrimonium, & postea, inscia, vel inuita vxore, ordinem suscepit sacrum, matrimoniũ est validum, & caracter ordinis imprimitur, sed ordinatus peccauit mortaliter, & effectus est irregularis, & tenetur redire ad vxorem, sed non debet petere debitum, vt dictum est, sed tenetur reddere, nec mortua vxore posset susceptos ordines exercere, quia est irregularis, nec potest aliam ducere, sed debet agere vitam cælibem. c. 1. qui cler. vel vo. c. sane. de cler. coniug. & quo à te. eod. tit. & extrauag. Ioan. 22. antiquæ de voto, & c. vnico de voto in 6. vt supra etiam dictum est.

6 Qui verò suscepisset ordines sacros per adulterium vxoris, non peccauit in foro cõscientiæ, & poterit exercere, sed debet probare in foro exteriori, & obtinere sententiam Iudicis, aliàs incurreret pœnas, vt supra, & si adulterium non fuisset verum, teneretur redire ad vxorem, non obstantibus ordinibus susceptis. In matrimonio rato, & non consumato, potest vterq. coniux ingredi Religionem approbatam, & profiteri, & qui in sæculo remaneret, posset de nouo contrahere. c. votum. de conuer. coniug. sed non potest suscipere ordines clericales in vita vxoris, & ratio diuersitatis est, quia professio Religionis dicitur mors ciuilis, & gloriosa, et sic separat matrimonium, sed clericatus non dicitur mors, sed dignitas, et ideo non separat matrimonium.

Digitized by Google

De impedimento ligaminis.

QVAESITVM LXXII.

SVMMARIVM.

1 *Impedimentum ligaminis quid est, & quando procedit explicatur.*

2 *Non potest alter coniugum contrahere, nisi constet de morte alterius per certum nuncium.*

3 *Habito certo nuncio de morte coniugis, & per decretum Iudicis contraxit cum secundo, quid faciendum sit declaratur.*

Quid intelligitur per ligamen?

1 DIC. Quod est, quando quis est ligatus altero priore matrimonio impeditur iterum contrahere. c. tuas. de sponsal. duorum. Caiet. verb. matrimonium. 5. verbo Quoniã Quod procedit etiam, si prius matrimonium fuisset tantum ratum, & secundum consumatum. c. licet. & cap. vlt. de sponsal. duorum. Procedit etiã, si prima vxor, vel primus maritus fuisset captus ab hostibus, vel perpetuo damnatus carceri, vel triremibus ipse vir, aut alio quouis modo vir vel vxor primo detenta, vt amplius redire ad coniugem, desperatum esset, dũmodo viuus sit coniux, non potest, qui remansit liber, contrahere. l. 1. & l. vxores. ff. de diuor. & cap. in præsentia de sponsal.

2 Imò hoc etiã procedit, si maritus profectus fuisset ad bellum, in Regiones longinquas, & per decennium, vel plures annos nihil de eo auditum esset, quæ remansit non potest nubere, nisi constet de modo, quo constare potest, & decreto iudicis declaretur, & modus esset fides ducis exercitus de morte, liber militum mortuorum, liber hospitalium, nec non probabiles coniecturæ, & violentæ præsumptiones de morte quę habentur loco certi nuncij, vt si ex conflictu cum hostibus multis mortuis, pauci euasernut, nec iste comparuit.

De

Digitized by Google

De iure antiquo. ff. expectabatur per quinquennium de iure Canonico per quatriennium, sed hodie id recessit ab aula, nam quæ sine certo nuncio mortis maritj, & sine decreto Iudicis contraheret, sacrilegium committeret, & esset in concubinatu, & posset puniri.

3 Cum verò aliqua habito certo nuncio de morte primi viri, & cum decreto Iudicis cum secundo contraxit, & post consummatum secundum matrimonium, ecce veniret nuncius primum virum viuere, hæc durante bona fide est exculata, sed nunc nũcio hoc habito pro vero, etiam à Iudice, & ab alijs, tenetur abstinere, & expectare primum virum, & si comisceretur deinceps cum secundo esset adulterium, & posset propterea primus vir adueniens ab ea seperari, nec posset remanere cum secundo, sed vtroque careret.

Et filij in secundo matrimonio, durante bona fide; possunt succedere in bonis paternis, & maternis. c. ex tenore, qui filij sunt leg. & Glos. cum Abb. & alijs communiter. Nauar. c. 22. num. 52. etiam primus vir rediens, tenetur accipere vxorem suam, & cum ea permanere, relicta à secũdo, habito certo nuncio, quòd cum ea non peccauit amplius. c. Dominus. de secundis nupt. c. per bellicam cladem. 24. q. 2. & in c. in captiuit. ibidem.

De impedimento vltimo impotentiæ coitus.

QVAESTVM LXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Impotentia coeundi quæ sit explicatur, & quomodo distinguatur ab impotentia generandi.*

2 *Impotentia coeundi duplex: naturalis, & accidentalis, quæcunque sit, si sit perfecta, impedit, & dirimit matrimoniũ.*

3 *Assignatur regula ad cognoscendum, an sit perfecta.*

Digitized by Google

4 *Spadones Eunuchi, castrati, carentes vtroque teste, non possunt contrahere matrimonium, & si contraherent, est nullum.*

Quid est impotentia coeundi?

1 DIC. Quod est frigilitas coeundi, seminandi in vase debito, & consumandi matrimonium, nam impotentia generandi dicitur sterilitas, & non frigilitas, & hæc non impedit nam si consumetur, etiam, quod non generet fœmina, est matrimonium, sed si non potest consumare, est impedimentum huius impotentiæ, & dissoluitur decreto Iudicis ad euitandum euitanda.

2 Et hæc impotentia, vel est naturalis ex causa intrinseca, puta, infirmitate, vel complexione: vel accidentalis ex causa extrinseca, vt castratus, vel maleficiatus, & simil. ex hominum iniquitate.

Si impotentia huiusmodi, siue sit naturalis, siue accidentalis, quando est perpetua, & præcedit matrimonium, impedit, & dirimit, sed in accidentali causa, si quis per triennium fuisset impotens ad seminandum, diceretur perpetua impotentia, quæ non impedit, quando est temporalis.

3 Et ad cognoscendum, an sit perpetua, vel temporalis, dicēdum est, quod etsi puer sit in ætate perfecta, vt quatuordecim annorum, & puella duodecim, & tamen non potest seminare, non statim erit impedimentum impotentiæ ad coeundum, sed expectandum est per aliquod tempus, vt in mare annus decimus septimus, & in fœmina annus decimus quartus, vel decimus quintus.

Quando verò hoc impedimentum est perpetuum, siue ex parte viri, quia non seminat, siue ex parte mulieris, quia aricta, vt semen recipere non valeat, dirimit contractum, & impedit contrahendum.

4 Hinc sequitur spadones, Eunuchos, castratos, & carentes vtroque teste, non posse contrahere, sed qui careret altero

Digitized by Google

tero teste, si posset seminare, etiam si semen non sit præfiguum, posset contrahere, quia generatio non est de essentia matrimonij. Abb. in cap. quod sede de frigid. & malef.

Et tunc etiam diceretur perpetuum impedimentum in hoc proposito, quando nulla arte, vel remedio naturali tolli posset citra mortem. Quod impedimentũ, quando subsequitur matrimonium, etiam ratum, non impedit, nec dirimit. c. hi, qui. 37. q. 2.

QVAESITVM LXXIIII.

SVMMARIVM

1 *Stante impedimento coeundi perpetuo à Iudice Ecclesiastico potest declarari nullum matrimonium.*

2 *Quid faciendum sit ad cognoscendum, si impedimentum venit ex parte mulieris, an ex parte viri explicatur.*

3 *Si post declarationem nullitatis matrimonij, & dicta causa coniuges alteri nubant, & sic experitur non esse impotentes, debent redire ad primum matrimonium, excepto, si impedimentum fuisset ex maleficio.*

4 *Ipsa seperatio non debet fieri, quando coniuges impotentes sunt concordes, sed debent abstinere à tactibus, & amplexibus, aliàs peccarent mortaliter.*

Quomodo dissoluitur matrimonium per hoc impedimentum?

1 DIC. Quod si impedimentum est perpetuum, poterit à Iudice Ecclesiastico matrimonium declarari nullum, & inualidum verbis declarantibus inualiditatem, non autem dissolutionem.

2 Sed cum nescitur quis coniugum sit impotens, quia vterque dicit se potentem, tenentur per continuum triennium cohabitare, & si post adhuc matrimonium non est consumatum, & per inspectionem honestarum matronarum, adhuc est virgo

sponsa

Digitized by Google

ſponſa, & an ſit ipſa acta, vel vir impotens, & tunc, ſi impedimentum eſt ex parte mulieris, poterit matrimonium declarari nullum, vt ſupra.

Sed ſi aduerteretur impedimentum eſſe ex parte viri, tunc ſunt adhibendi ſeptem conſanguinei, qui cum iuramento deponant eos ex fama audire de impotentia illus viri ad coeundũ, & conſumandum matrimonium, & ſic per Iudicem Eccleſiaſticum matrimonium declarari, fuiſſe nullum à principio, & concedi licentiam alterum contrahere matrimonium. c. laudabilẽ. c. fraternitas, & c. vltimo de frigid. & malef. & Abb. d. cap. vltimo.

3 Cum verò poſt declaratum nullum dictum matrimonium inter dictos ſponſum, & ſponſam, & vterque iunctus eſt alteri in matrimonium, & vterque eſt potens cum altera, & altero, tunc poſſet cogi vterque, vt redeant ad primum matrimonium, & cohabitent, relicto ſecundo coniugio, & filij in ſecundo coniugio procreati, ſunt legitimi, quia Iudex fuit deceptus falſis probationibus.

Sed hoc non procedit, ſi primum matrimonium fuiſſet declaratum nullum ob maleficium, & vterque ſecundo matrimonio iunctus eſſet, quia tunc non fuiſſet deceptus Iudex Eccleſiaſticus, quia potuit verum eſſe impedimentum in primo matrimonio. Abb. de frigid. & malef. in cap. 1. num. 7. et prius Gloſ.

4 Nec eſſet facienda ſeparatio huiusmodi, quando coniuges impotentes fuerint concordes ad cohabitandum, nam poterũt permanere in ſocietate ciuili, ſi non in matrimonio; vt frater, et ſoror. d. c. laudabile. de frigid. et malef. ſed deberent aduertere, quod quoties venirent ad amplexus, et ad alios actus impudicos, peccarent mortaliter, et ideo, quando factum eſſet publicum, ad euitandum periculum, deberent Epiſcopi eos ſeperare monentes de periculo, niſi abſtinuerint, concurrentibus illis quatuor circumſtantijs, in quo caſu poterunt Confeſſores prouidere, ſi fuerit eis notum in confeſſione. Sot. 4. ſent. d. 24. q. 1. art. 1. et 7.

QVAE-

Digitized by Google

QVAESITVM LXXV.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium aliquando maleficio impeditur, quod non potest consumari, & hoc tribus modis.*
2 *Maleficia non debent maleficijs solui.*
3 *Potest tamen inueniri maleficus parasus, vt dissoluas res, quibus maleficium fuit compositum.*

An aliquando matrimonium impediatur maleficio, vt non possit consumari, & coniuges dicantur ligati ad actum matrimonialem?

1 DIC. Quod sic. c. si per sortiarias. 37. q. 1. l. horum. & l. multi. de malef. & C. Anathema. Itaque coniuges aliquando dicuntur maleficiati, & potest accidere tribus modis. Primo, quando fantasia coniugum illuditur arte malorum spirituum, ita, vt vxor appareat exosa viro, & è contra. Secundo, per corporis interpositionem, qui mali spiritus, idest Dæmones interponunt corpus aereum inter sponsum, & sponsam, vt non possint se copulare. Tertio, quando applicantur per maleficum actiua passiuis, vt succus herbarum frigidarum renibus coniugum, & sic redduntur impotentes.

2 Et hic notet Parochus, vt moneat suum populum ad dissoluenda maleficia, non posse adhiberi alia maleficia, sed adhibendas esse orationes ad Dominum, nam maleficia fiunt Deo permittente, & inimico præparante occulta, debent ergo adhiberi orationes, sacrificia, ieiunia, eleemosinæ, & confessiones, &
3 placandus est Deus, quia ex iusta eius ira ista permittuntur.

Possent tamen maleficia ostendi malefico parato, vt inueniat res, quibus maleficium fuit compositum, & sic dissolui, non autem per nouam compositionem. Alfons. de Castr. lib. 1. de pœnal. cap. quendam. num. 155.

Et si per triennium sponsi maleficiati cohabitantes non consumabunt

Digitized by Google

sumabunt matrimonium, dissoluuntur, vt supra dictum est de frigid. & malef.

De oneribus matrimonii, & subsequentibus.

QVAESITVM LXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium multa onera subsequuntur.*
2 *Vir tenetur bene tractare vxorem, & curam habere de familia.*
3 *Vxor tenetur lactare filios, obedire marito, & conseruare res domesticas.*
4 *Tenetur cohabitare cum viro, quocunque iuerit.*

An matrimonium subsequantur aliqua onera?

1 DIC. Quod sic, quia vir debet vxorem suam bene tractare victū, & vestitū illi iuxta conditionem subministrare, aliàs peccat mortaliter, & potest cogi à Iudice. Rip. & alij in l. 1. ff. solut. matrim.

2 Debet abstinere à verberibus, & iniurijs inferendis vxori, quia vxor non est ancilla, sed socia vitæ. Felin. in c. illud. de p. osumpt. Abb. in c. quemadmodum. de Iureiur, quia mulier fuit sumpta de costa Adami, non de capite, nec de pedibus ad denūciandum æqualitatem, non autem superioritatem, vel subiectionem. Felin. Io. cit. & inferentes iniurias graues, vel verbera vxoribus, non sunt absoluendi, nisi promittant abstinere in futurum.

Debet maritus habere curam suæ familiæ, vt in cap. duo ista 23. q. 4. quæ onera, si maritus notabiliter omitteret, peccaret.

Vxor debet præstare obedientiam viro, & reuerentiam, tanquam capiti suo. c. manifestum. & c. sequen. 33. q. 5.

3 Vxor tenetur lactare filios per triennium. c. vlt. de coniug. & l. nec filium. C. de patria potest. per quem textum male faciunt matres credentes filios ad lactandum nutricibus sine iusta causa

Digitized by Google

causa. c. de eius. peccant mortaliter.

Iusta autem causa est, si fuerit nobilis, vel si ita habet vsus loci. l. si qua Illustris ad Senatus Consultum. Esset etiam iusta causa infirmitas, & complexio. Felin. loc. cit. Nauar. dicit has matres peccare venialiter, & dans nutrici ad lactandum, si habet bona extra dotem, tenetur de illis soluere nutricibus mercedem.

4 Vxor tenetur conseruare res domesticas, & operari viro suo. c. manifestum. 35. qu. 5. Boerius decis. 81. & in l. sicut de oper. liber. ff. Hinc sequitur non posse vxorem donare consanguineis, quod lucratur, nam furtum committit, nec facere eleemosinam sine licentia viri, tacita, vel expressa.

Sed quæ lucrata esset ex turpi questu, non tenetur dare viro & potest ad libitum, cui voluerit elargiri, & si mulier fuerit nobilis, non tenetur operari viro, nisi esset loci consuetudo. Geraldus singulari 49.

Et vbi est consuetudo, vt aliquæ mulieres operentur, & aliquæ non, est attendenda necessitas rei domesticæ, si mulier dubitat esse de illis, quæ non operantur. Abb. in c. literas. de restit. spoliat.

Cum verò mulier habet extra dotem, & si sit nobilis, non tenetur operari viro, & si negotiatur, & lucratur, potest de lucro disponere ad libitum de his, quæ lucrata est de bonis extra dotem, sed quæ lucrata esset de bonis dotalibus, vel alijs, tenetur restituere viro, & ratio est, quia illud est viri vna cum interesse, non tamen lucrum. Abb. vbi supra.

Vxor tenetur cohabitare viro, & illum sequi quocunque iuerit, & tenetur ei reddere debitum. c. vnaquæque. 13. q. 2. Nauar. c. 16. num. 26. Ita etiam maritus tenetur cohabitare, nec deberet absolui, nisi promittat cohabitare, quia detinet alienum, quod est corpus suum inuito Domino, qui est ipsa vxor, nisi excusareur aliqua iusta causa. c. non debet de consang. & affinit. Abb. in c. 1. de sponsal. num. 7. & in c. de illis. n. 4. eod. tit. Imo potest poni in limine contractus per pactum, vt vir non discedat ab vxore, & quod vxor teneatur se-

Digitized by Google qui

qui virum, quia etiam absque pacto ad id tenentur, licet ex causa posset rumpi hoc pactum. P. Marius loc. cit. Couar. 2. 2. p. de sponsal. c. 7. num. 5. art. 6. Abb. in c. 1. qui matrim. Nauar. c. 24. num. 10. & iusta de causa discedentem virum, vxor tenetur sequi, aliàs esset in peccato, nec posset absolui.

Possent coniuges inter se cõuenire de obseruanda continẽtia, vel ad tempus, vel in perpetuum. c. significauit. de conuer. coniug. sed vbi dubitaretur de alterius incontinentia, debet cessari omnis conuentio.

QVAESITVM LXXVII.

SVMMARIVM

1 *Filij illegitimi legitimantur per subsequens matrimonium.*

An per subsequens matrimoniũ legitimentur filij?

1 DIC. Quod sic. c. tanta, qui filij sint, & constitutio Sixti V. non habet locum in eis, & id procedit, etiam si matrimonium fuisset contractum in articulo mortis, & est communis sententia DD. Abb. in c. commis. de sponsa. num.

Sed intellige, si quando hi fuerunt concepti, vel nati eo tẽpore, qno parentes erant in ætate, vt possint matrimonium cõtrahere. c. tanta. vt supra, siue illa fuerit concubina domi retẽta, siue extranea. Couar 2. p. c. 1. §. 2. n. 4. desponsa. contra Barth. in l. pæn. ff. de concub.

QVAESITVM LXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *In matrimonio negare debitum, est peccatum mortale.*
2 *Excusatur, quando alter est infirmus, vel dubitatur de contagio, vel adulter.*

3 *Adhi-*

Digitized by Google

5 Adulterans non potest petere debitum.

4 Vxor pragnans non tenetur reddere debitum, si timet abortum

5 Peccat vir, si non seruat legitimum vas, vel semen effundat extra illud.

6 Peccant coniuges coniungentes se non affectu maritali, sed meretricio.

7 Peccant exercentes actū matrimonii in loco sacro, vel publico.

An posset esse peccatum inter virum, & mulierem in ipso matrimonio?

1 DIC. vt infra, quod sic, si mulier negat debitum viro petenti, etiam si neget ex deuotione, vel causa spirituali, peccat mortaliter, & grauius, si propterea vir meretriciatur, & è contra, siue vir fuerit deformis, siue horrendus. & c. si vxorem 37. quæst. 1. Imò procedit etiam, si inter eos fuisset pactū, siue iuramentum de non petendo tempore deuotionis alterius vel alio tempore operis spiritualis, & iuramentum hoc non tenet. c. tua nos. de iureiur. d. 2. Sed in iuramento debet dispensare Episcopus, ne eludatur, & committatur periurium.

2 Sed in infrascriptis casibus vxor sine peccato potest non reddere debitū, primo, quādo vir esset effectus infirmus, vel inhabilis. Sylu. verb. debitum. quia nemo tenetur reddere debitum cum periculo vitæ, vel infirmitatis; secundo, dubitatur de contagio ratione morbi, licet id non sequatur in vxore leprosa, nam lepra vxoris viro non nocet secundum medicos, & sufficientissimè in quodam discursu demonstrauit D. Nicolaus Eustachius, non minus in re medica, quā in philosophia, & Astrologia peritissimus, sed lepra viri potest nocere vxori. vide cap. quoniam. de coniug. leprof. vbi loquitur de viro, quod tenetur reddere debitum vxori leprosæ, sed non è contra Caiet. v. matrim. Nauar. cap. 26. num. 24. Sylu. v. debitum. Tertio, quando vir est adulter, vxor non tenetur reddere debitum, sed potest petere. l. cum mulier fol. matrim. ff. secus est, si vterq.

esset adulter, quia tunc tenentur adinuicem. cap. vlt. de adult. Quarto, quando vir prostituit vxorem.

3 Hic nota, q; si vir adulterasset, & vxor postea cum illo dormisset, videtur remittere iniuriam, & non posse amplius denegare, & hoc in adulterio secreto, quia in publico non possunt adinuicem sibi remittere, nisi corrigantur. & sic intellige. c. si quis vxorem. 32. q. 1.

† Et hic etiam nota, maritum, qui commisit adulterium, vel fornicationem vxori incognitam, peccare petendo debitum, & exigendo, sed tamen precibus, vel blanditijs potest consequi, non tamen per vim, vt debitum, sed vt donum liberum. Couar. de sponsal. 2. p. c. 7. §. 2. num. 2. Caiet. opusc. 27.

4 Et vxor prægnans non tenetur reddere, si timeret abortum, vel mortem ob partus difficultatem, vt quia solita pati, & insolita parturire. Nauar. c. 26. num. 33. sed non debet negare debitum, quando est periculum incontinentiæ viri, quia est anteponenda cunctis. l. sancimus. C. de Sacrosan. Eccles. Possent etiam sine peccato cessante periculo incontinentiæ sibi ad inuicem negare debitum coniuges ob paupertatem nutriendi filios. P. Marius loc. cit.

5 Hic adde peccare virum, qui non seruat vas legitimum cum vxore, vt recipiatur semen ad procreandum, & è contra, & est mortale, vt supra etiam dictum est, sed si seruatur vas legitimũ, licet non ordinario modo sunt peccata venialia, sunt tamen admonendi cõiuges, vt abstineant à modo turpi, & extraordinario.

Sed peccaret grauissimè contra naturam plus stupro, & incestu, qui malitiosè effudit semen in vas legitimum, sed ita circa extremitatem illius, vt semen recipi non possit. hi sunt concubitus inordinati. c. ad adulterij malum. 22. qu. 7. D. Thom. Secunda secundæ q. 150. art. 9. ad 22.

Peccant etiam mortaliter coniuges, si cognoscunt se non ad procreandum, quod est finis matrimonij, sed causa luxuriæ, & delectationis non affectu maritali, sed meretricio, & cum aliena muliere, & committunt mentale adulterium. P. Marius lo. cit. vide Nauar. c. 16. num. 24. & seq. 33. 35. & 44. quando peccent coniuges tempore menstrui.

Pec-

Digitized by Google

7 Peccant etiam coniuges si reddant sibi ad inuicem debitum in loco sacro, quia polluitur Ecclesia, quando scienter, nisi excusarentur tempore belli duraturi, vel longæ obsessionis, ob periculum incontinentiæ, vt supra dictum est.

Peccant etiam si reddant sibi debitum ad inuicem in loco publico, quando fiat contra publicam honestatem corã multis, etiam honestis personis. Nauar. c. 16. n. 4. Idem dic, si coram filijs, vel filiabus, peccarent, non tamen mortaliter: sicut etiam nõ esset mortale in magnis sollemnitatibus, vt feria sexta maioris hebdomadæ, Paschatis Resurrectionis, Pentecostes, & simil. Imò nullum esset peccatum, si fiat ad obuiandum concupiscentiæ, idem si in diebus communionis.

Et hic nota, coniuges, qui ex ieiunio redduntur inhabiles ad reddendum debitum, non teneri ad ieiunia extraordinaria, & ieiunijs debitis standum est arbitrio discreti Confessoris.

Quæstiones matrimoniales.

QVAESITVM LXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Qui emisit votum castitatis, si defloret virginem cum promissione ducendi eam in vxorem, tenetur ducere.*

An qui post emissum votum castitatis, aut Religionis defloravit Virginem, cum promissione ducẽdi eam, teneatur ad votum, vel ad ducendum?

1 DIC. Relictis diuersis sententijs D D. quod tenetur eam ducere, quia votum non obligat rebus notabiliter mutatis, vt in casu proposito. vide Nauar. tit. de spons. Cons. li. 4. cons. 21. Sanchez. de spons. disp. 45. li. 1.

Digitized by Google

QVAESITVM LXXX.

SVMMARIVM.

1 *Iurans ducere puellam in vxorem nulla facta mentione de dote, an teneatur ducere sine dote, est sub opinione.*

An qui iurauit ducturnm se aliquam puellam, nulla facta mentione de dote, cum illa diues sit, & nullam dotem ei consignare velit, teneatur ducere ratione iuramenti?

1 DIC. Quod variæ sunt sententiæ: aliqui dicunt, quod tenetur ducere, quando vir diues esset, & onera matrimonij sustinere valeat. Barbosa ff. soluto matrim. 4.p. nub. n. 21. Couar. lib. 5. institut. maior. tit. 10. num. 71.

Aliqui tenent contrarium, scilicet, quod non tenetur ducere sine dote competenti iuxta viri dignitatem. l. mulier bona. & l. quæro. ff. de iure dotium. Bald. in c. iurauit. de probat. nu. 3. & alij permulti, nam promissio talis debet intelligi dote constita iuxta possibilitatem, ita Sanchez de sponsa. disp. 60. n. 1.

QVAESITVM LXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Quomodo matrimonium cadat sub præcepto, explicatur.*

An matrimonium sit de præcepto, vt contrahatur?

1 DIC. Quod aliqui dicunt, quod, dum genus humanum non erat multiplicatum, obligabat singulos, nunc verò non ita, cum genus humanum iam sit multiplicatum. D. Tho. & alij in 4. sent. dist. 26. q. art. 2. in corpore ad primum.

Sed alij dicunt, quod adhuc durat, & durabit præceptum, quia est præceptum naturale, & præcepta naturalia non extin-

guuntur

Digitized by Google

guuntur, etiam si necessitas vexauerit, licet pro tunc non obligent, sed nunc multiplicatis hominibus, obligat in cõmuni totam Rempublicam christianam, ita vt in necessitate occurrente posset compellere Subditos. D. Thom. 4. dist. 26. q. 1. Sot. q. 1. art. 1. & alij permulti. Sed intellige exclusis obligatis per votum. Duran. dicit, quod si omnes homines perirent, an hoc præceptum caderet, etiam in Monachos, & Religiosos in obligatos per vota, & ipsemet respondet, tunc adesse finem mundi, vide in 4. sent. qu. 2. dist. 4.

QVAESITVM LXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium per Procuratorem contractum secundum aliquos non tenet, si ante contractum fuit à principali reuocatum mandatum, etiam si non sit notificatum.*
2 *Alij dicunt oppositum, & explicatur.*
3 *Matrimonium per Procuratorem contractum est validum etiam post Concilium Tridentinum.*

An in matrimonio contracto per Procuratõrem, si principalis reuocauerit mandatum ante contractum, teneat matrimonium?

1 DIC. Quod secundum aliquos non tenet, reuocato mãdato, etiam si reuocatio notificata non fuerit, vt fit in alijs contractibus, cum hoc sit speciale in matrimonio contra iuris regulam. c. finali de Procuratoribus in 6. Et ratio est, quia in alijs contractibus Ius contrahentium consensus supplere potest, secus in matrimonio.

2 Alij dicunt contrarium, quod reuocatio esset intimanda Procuratori necessario, alioquin matrimonium tenet, hoc intelligat in Procuratore, sed in nuncio, vel quando fit matrimonium per Epistolam, licet non intimetur, vel epistola recipiatur,

Digitized by Google

tur, & principalem pæniteat, matrimonium non tenet. Ioan. Andreas in cap. finali. de procurat. in 6. & ratio diuersitatis est, quia per nuncium, vel epistolam profertur consensus domini quo deficiente, nuncius, & epistola corruunt, etiam si reuocationis nulla habeatur notitia, sed in Procuratore quis voluit obligari facto illius, & sic debet procurator esse conscius reuocationis, sed quia principalis iurauit non reuocare, reuocando esset periurus, sed tenet reuocatio. Glos. c. fin. de proc. in 6. vide Sanchez lib. 2. disp. 11. de matrim.

3 Hic nota, quod non desunt aliqui, qui asserunt matrimonium contractum per procuratorem non valere post Conc. Trid. etiam si coram Parocho, & testibus, quia Trident. pro forma dat. vt consensus contrahentium coram Parocho exprimantur, & quoties petitur præsentia pro forma, non adimpletur per Prucuratorem. Archid. in simili in c. hoc ius 10. qu. 2. & habetur in l. obligari ff. de autor. & consen. tuto. ff. tutor statim, sed his, & alijs oppositis non obstantibus matrimonium valet, quia cõsensus potest exprimi per Procuratorem, & sic adimpletur dispositio Concilij, nec est simile in tutore, quia, vt in l. obligari, quia ibi requiritur industria personæ, & nota, quod matrimonium contractum per epistolas coram Parocho, & testibus, tenet, quia posset dici in epistola, ego do tibi consensum ad accipiendum te, & accepto tuum consensum ad accipiendum me, & sic lecta epistola, si aliter consentiat, videtur adesse vtriusque consensus, vel si alter respondeat, etiam per epistolam, quod acceptat.

QVAESITVM LXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium absque consensu mutuo nullo modo potest consistere.*

An matrimonium possit consistere absque mutuo consensu?

DIC.

Digitized by Google

DIC. Quod aut loquimur de matrimonio, in quantum est contractus humanus dependens à voluntate contrahentium, tanquam à causa, & tunc non potest consistere absq. consensu mutuo, quia consensus est in hoc casu de intrinseca ratione contractus, & ita nulla potentia potest aliter consistere. videas Ledesma de matrimonio. dup. 7. 1. conclus. 3.

Sed quatenus datur potestas alterius corporis in alterius corpus potest absque illorum consensu Deus dare potestatem viro in corpus fœminæ, vel dicas, quod Deus potest supplere vices causæ efficientis. Sot. 4. dist. 27. q. 1. art. 2. & sic dicunt DD. Deum immediatè absque eorum consensu coniunxisse primos parentes nostros.

Sed alij probabilius asserunt absque consensu matrimonium non posse consistere, & ad rationem in contrarium adductam, dicunt quod consensus non tantum est causa efficiens, verum etiam formalis extrinseca matrimonij, & sic requiritur consensus voluntatis, quem adfuisse credimus in primis nostris parentibus, nam spectabat ad Dei prouidentiam, vt primum matrimonium futurorum esset norma.

QVAESITVM LXXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Denunciationes in matrimonio non sunt de essentia matrimonij, sed de præcepto Ecclesiæ.*

2 *Locus in quo, & Parochus, à quo debeant fieri denunciationes explicatur*

3 *Episcopus absque causa dispensans in denunciationibus, peccat mortaliter.*

4 *Episcopus potens ex gratia dispensare, si nolit dispensare non peccat.*

5 *Assignantur regulæ, quando ex gratia, & quando ex debito, Episcopus debet dispensare.*

An denunciationes matrimoniorũ sint de præcepto Ecclesiæ faciẽdæ, vel vt de essentia matrimonij?

Digitized by Google

1 DIC. Quod sunt de præcepto, non autem de essentia, &, sunt antiquissimæ in Ecclesia Dei, nempe præcipiuntur in Concilio Laterensi 2. ca. 51. quod innouauit Trident. sess, 24. cap. 1. de matrim. & sunt arbitrariæ arbitrio Episcopi, nec pertinent ad essentiam matrimonij. Nau. lib. 4. Cons. tit. de sponsa. in 2. edictione. Et sic declarauit sacra Congregatio, & debent fieri in Parochia vtriusq. cõtrahentis, & à proprio vtriusq. Parocho, vel de eius licentia, & propria Parochia in proposito dicitur, vbi coniuges diutius habitarunt, & principaliorem habent larem, & verisimilius est, q reuelabuntur impedimenta.

2 Hinc sequitur non esse opus fieri in Parochia, in qua de recenti habitare cæperunt, nec debent fieri in tribus diebus festiuis immediatè se subsequentibus, sed aliquo spatio interueniẽte, nec possunt fieri in diebus ferialibus, & si facienda sit vna tantum denunciatio de licentia Episcopi, non tamen statim est celebrandum matrimoniũ, sed post aliquot dies, arbitrio prudentis Parochi, vt sciri possint impedimẽta. Et possunt fieri nõ solum in Ecclesia inter missarum sollemnia, sed etiam extra in locis competentibus, vt quando ob populi confluentem numerum extra Ecclesiam prædicatur.

3 Et nota, quod si Episcopus dispenset in denunciationibus faciendis absque causa legitima, peccat mortaliter, vt testatur Spin. speculo testamentorum, & alij, & requiritur aliqualis causæ cognitio, non autem iudicialiter, sed extra iudicialiter, nec dandum est iuramentum, quia sancta Syn. Trid. id reliquit prudentiæ, & iudicio Episcopi, quæ referuntur ad causam suspitionis malitiosi impedimenti, & ad alias quascunque causas. Et ratio est, quia quotiescunque aliquid relinquitur prudentiæ, & Iudicio, idest conscientiæ alicuius (nam conscientia, & iudicium sunt idem) vt ex D. Tho. 1. p. q. 79. art. 13. ad 1. non necesse est probatio iudicialis, vt habetur ex textu, & Glos. in c. statutum de rescrip. in 6.

4 Et non existente iusta causa, qua Episcopus moueri possit ad dispensandum super denunciationibus faciendis, si non dispenset, aliqui dicunt, quod peccat, & probant ex capitulo

quanto

Digitized by Google

quanto 2.q.4 & ex cap. Domino ſancto 50. diſt. & alijs rationibus, ſed verior ſententia eſt quod non, ſemper exiſtente iuſta cauſa, debeat Epiſcopus diſpenſare ſuper his denunciationibus, ſed aliquando eſt debita diſpenſatio, aliquando verò eſt gratia, vt habetur in c. licet. Canon. de electione in 6. Vbi leguntur hæc verba, poſſit ordinarius gratiam diſpenſationis facere, & in c. didici 1.q.7. vbi habentur hæc verba, diſpenſationis enim gratia, & in c. penult. de Cler. excomm. miniſtr. ibi propter quod diſpenſationis gratiam, &c. Itaque concludendum, non peccare ordinarium, quando non vult diſpenſare.

5 In aliquibus caſibus, quando eſt gratia, & difficultas conſiſtit in cognoſcendo, quando ſit gratia, & quando ſit debita huiuſmodi diſpenſatio, pro quo nota has Regulas, quod quotiescunq. publica vtilitas vertitur, vt quia ſcandalum vitatur, aut propter Eccleſiæ vtilitatem, tunc debita dicetur, ſed vbi ſolum priuata vtilitas interuenit gratiam nuncupari poteſt, vt cum Clericus petit diſpenſationem, quia videtur ſibi contritus, tunc ad libitum poteſt, vel non poteſt diſpenſare.

Nec tamen (quicquid dicant multi) licitum eſt pro huiusmodi diſpenſatione imponi aliqua pœna, aut exigi multa, vide Sanchez lib. 3. diſp. 10. & ſunt aliqui, qui aſſerant, ſi Epiſcopus, exiſtente iuſta cauſa, non diſpenſet, poſſe appellari ad Superiorem. Vide Sanchez loc. cit.

QVAESITVM LXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Conſumatio matrimonij abſque denunciationibus adhibita diligentia à Parocho, & à contrahentibus nullum eſſe impedimentum, an ſit peccatum mortale, eſt ſub opinione.*

2 *Conſumatio matrimonij ante benedictiones, non eſt peccatum mortale, niſi adſit contemptus.*

3 *Parochus in confeſſione ſciens impedimentum matrimonij, non poteſt differre tale matrimonium.*

4 Pe-

Digitized by Google

4 Parochus qui in confessione nouit impedimenta dirimentia, debet eos monere, vt desistant, si nolint, eos coniungat.

An sit peccatum mortale consumare matrimoniũ antequam præmittantur denunciationes?

1 DIC. Quod aliqui dicunt non esse mortale, quando adhibita esset à Parocho, aut contrahentibus sufficiens diligentia, & nulla suspitio adsit impedimenti, alij verò verius sentiunt esse mortale, & fundant se in verbis Conc. Trid. Vide Sanchez loc. cit. disp. 11. Et hic nota, quod secundum hanc sententiam non solum peccat quis mortaliter prima vice, sed etiam alijs vicibus ante denunciationes, licet alij sentiant contrarium.

Nota hic, quod quando factum esset matrimonium absque denunciationibus; & coniuges nollent illud consumare, nec facere denunciationes. videas Nauar. in Summ. c. 16. num. 38. qui tenet peccare mortaliter, secus si per breue aliquod tempus secluso scandalo differrent.

2 Nota hic, quod aliqui dicunt consumare matrimonium ante benedictiones Ecclesiæ esse peccatum mortale, vel saltem grauissimum veniale, tu dic, quod nisi adsit contemptus, non erit peccatum mortale consumare matrimonium, imò nec veniale, quando inest periculum incontinentiæ, vt per Sũmistas. Ang. verb. debitum. num. 1. Sylu. q. 9. Armil. num. 12. Nauar. c. 22. num. 83. Imò etiam esset sanum consilium, nempe, quando benedictiones differuntur ex iusta causa. Fallit, quando in aliqua Diœcesi adesset prohibitio, quia tunc esset mortale.

3 Nota etiam, quod confessor, qui nouit impedimentum in confessione dirimens matrimonium, si est Parochus non potest differre contrahere matrimonium, quia videretur nocere sigillo confessionis, & hæc est melior opinio, quia contraria, licet aliquãdo possit confessor aliquo modo iuuare se propter ea,

quæ

Digitized by Google

quæ audiuit in confeſsione, vt ſi audiuit tali die malum ſibi imminere poterit, tali die aſſociatum exire, vel tutius domi permanere, hoc enim modo remotiſsimo in nihilum frangetur delicatiſsimum auricularis confeſsionis ſigillum, in eo tamen debet eſſe cauriſsimus Confeſſor, in quo poſſet confuſio, aut pudor pœnitenti generari, quia eius honori præiudicatur. Itaque habe Regulam, quando confunditur pœnitens per ea, quæ dixit in confeſsione, ſi confeſſor retrahet ſe ab aliquo in confeſſione audito, debet abſtinere. Armill. verb. Confeſſor num. 7. & alij.

4 Eſſet tamen bonum remedium, vt Parochus, qui nouit in confeſsione impedimentum dirimens, vt occulte moneat contrahere volentes, vt deſiſtant, quod ſi nolint, eos coniungat, ſi aliter facere non poteſt abſque periculo ſigilli, ſed ſi poteſt fieri aliter, teneretur ex officio eos non coniungere, pro euitando peccato contrahentium. D. Bonauen. 4. diſt. 21. in 2. p. art. 2. q. 1. num. 61.

Alij dicunt ſi publicè petant volentes contrahere, nullo modo poſſe eos Parochum impedire ob peccatum cognitum in foro occulto pœnitentiali.

QVAESITVM LXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium in aliquibus caſibus eſt validum ſine præſentia Parochi, vel teſtium.*

2 *Parochus, etiam ſi non ſit Sacedos poteſt aſſiſtere matrimonio contrahendo, imò etiam, & ſit excommunicatus, dummodo non ſit notorius.*

An poſſit dari caſus, in quo matrimonium ſit validum abſque preſentia Parochi, & teſtium?

1 DIC. Quod ſic, vt infra, nempe quando contrahitur in locis, vbi Tridentinum non eſt receptum, & ideo non obli-

Digitized by Google

obligat, vt si captiui contrahant apud infideles, quia apud eos non est legitimè publicatum, ita etiam, quando matrimonium contractum est semel ligitimè, sed propter impedimentum est nullum, tunc cessante impedimento possunt coniuges inter se contrahere, & legitimare matrimonium. Hic nota, quod si fideles habitantes loca, vbi Tridentinum non fuit omnino publicatum, dicerem, matrimonium sic contractum absque Parocho & testibus, valere

2 Nota etiã, quod Parochus, etiam si non sit Sacerdos, potest assistere matrimonio contrahendo, Imò etiam si sit excommunicatus, dummodo non sit denunciatus, vel notorius. Imò si aliquis Sacerdos geret se pro Parocho, etiam pro tali habeatur, adhuc matrimonium coram eo validum.

QVAESITVM LXXXVII.

SVMMARIVM

1 *Vnde dignoscitur verus Parochus, vt possit matrimonio assistere.*

Quomodo possit sciri, verus Parochus per habitationem, vt iurisdictionem assistendi matrimonij, acquiratur?

1 DIC. Quod requiritur, & habitatio in aliqua Parochia, & animus perpetuo habitandi, aliàs nullo tempore iuris arbitrio talis Parochiæ, & hic animus solet præsumi cum omnibus bonis per habitationem decennalem. Hoc tamen non est necesse, sed potest quis acquirere domicilium, statim, atq. habitauerit animo perpetuo habitandi, Host. in Summ. tit. de Parochijs. §. penult. num. 7. & alij, & hoc de domicilio habitationis, de originis verò domicilio, non sufficit aliquem in esse natum in aliquo oppido, in quo parentes animi causa ad tempus habitabant, sed hic dicitur natus in ciuitate, in qua parentes

Digitized by Google

tes habitare solent. l. filios. C. de Municip. nam parentes, qui habebant animum reuertendi in ciuitatem, finguntur numquã ab ea discessisse, & ibi mater peperisse dicetur. Nauar. lib. 3. cons. tit. de præb. in 1. dict. & habetur in l. retro. ff. de capt.

Conclude igitur Parochum solius originis non censeri proprium ad adsistendum matrimonio. Glos. in cap. statutum. de rescrip. in 6. Fran. eod. cap. num. 12.

QVAESITVM LXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Si coniux certo sciat superuiuere primũ maritũ, vel alter coniugum sciat aliud impedimentũ dirimens, non potest exercere actum matrimonij cum alio.*

2 *Episcopus ex aliquibus circumstantijs potest dispensare in matrimonio habente impedimentum occultum dirimens.*

An si alter coniugum scit impedimentum dirimens inter eos abortum, possit sine peccato exercere actum matrimonij, vt si sciat per certo, quia superuiuit primus maritus, vel si non certo sciat, sed credat?

1 DIC. Quod si mulier certo scit viuere primum maritum, non potest commercium matrimoniale exercere. c. literis. de restit. expol. vel si scit impedimentum in gradibus, quos
2 Diuina lex prohibuit, & in hoc casu potius debet sustinere humiliter Ecclesiæ excommunicationem, quam peccare cum illa, contra Deum, non debet Iudici in hoc obedire, & hoc sequitur etiam in alijs impedimentis, etiam Diuino iure non cõprehensis. c. inquisitioni. de sent. excom. Itaque non potest conscius impedimenti petere debitum.

Et si coniux negans debitum excommunicetur, quia debitũ negat est verè excommunicatus, dum non probat impedimentum,

Digitized by Google

tum, cum verò probat, est absoluendus.

Nota quod aliquando Episcopus, concurrentibus his circustantijs, vt matrimonium sit publicum, impedimentum occultum, seperatio periculosa, & scandalosa, aditus ad Pontificem difficilis, inopia, & alia iusta causa dispensetur in impedimentis dirimentibus, vt habetur ex Lignado in c. & si Clerici. §. de Adulterijs, & de Iudicijs. Et ibi Abb. n. 9. Bald. in l. omnes populi. ff. de Iust. & Iur. num. 8. Felin. in c. 1. de constit. fallen. 7. Roma. singulari 486. Et eo magis, si concurrat bona fides post Tridentinum.

QVAESITVM LXXXIX.

SVMMARIVM

1 *Regulariter vxor tenetur sequi suum virum.*
2 *Non tenetur ad euitandum peccatum, vel aliquod periculum.*
3 *Tenetur etiam sequi virum peruagum, si sciebat hoc ante contractum matrimonium.*

An vir teneatur habitare in loco vxoris, vel vxor in loco viri, cessante pacto?

1 DIC. Vt infra, Vxor tenetur sequi virum regulariter. c. vnaquaque 13. q. 2. vnaquaque vxor sequi virum, siue in vita, siue in morte, limita, nisi verò absque graui detrimento sequi non posset. Sot. 4. dist. 35. qu. vnica. art. 1. ad secun-
2 dum. limita, nisi vir vellet trahere vxorem ad peccandum, vel vt eam commodius occideret. Sylu. q. 8. Tabien. q. 2. Armil. num. 6. in verb. vxor. & alij Summistæ, sed regulariter vxor tenetur comitari virum in locum, vbi transfert domicilium, dummodo non ex causa turpi.

3 Sed quando vir est peruagus, & vxor nesciebat illum vagari solere, non tenetur eum sequi, sed si sciebat, tenetur sequi, quia eius mores accipiendo in virum approbauit. Glos. in c. 1. de coniug. leprosi. vbi Innoc. in c. de illis.

QVAE-

Digitized by Google

QVAESITVM XC.

SVMMARIVM.

1 *Necessaria est præsentia Parochi, ne dum corporalis, sed moralis, & humana*

2 *Etiam si verba contrahentium Parochus, & testes non audiũt sufficit, vt videant signa.*

3 *Non sufficit attentio virtualis Parochi ad percipiendum consensum.*

4 *Si Parochus fingeret non aduertere, & aduertit, matrimoniũ est validum.*

5 *Si vi detinentur Parochus, & testes, matrimonium valet, licet peccent mortaliter sic detinentes.*

6 *Si fuit coram alio Sacerdote de licentia Porochi extorta metu, dolo, & mendacio, etiam tenet matrimonium.*

7 *Testium matrimonij circumstantiæ assignantur.*

8 *AEtas Procuratoris in contrahendo matrimonio, quænam debet esse.*

9 *Parochus licentiam concedens alteri, vt matrimonio assistat, si illam non possit concedere; quam pœnam incurrat, explicatur.*

10 *Sacerdos suspensus per biennium, quia interfuit matrimonio clandestino; si alteri matrimonio clandestino assistat, per triennium est suspensus.*

An sufficiat præsentia Parochi, & testium, si casu interueniant, & non attendant, imò contrarium animum habent, & ibi per vim detimentur?

1 DIC. Vt infra, quod necessaria est horum præsentia, nõ solum corporalis, sed moralis, & humana, ideſt, vt aduertant, & intelligant vtriusque contrahentis consensum, hinc non esset matrimonium, si dormientibus testibus, & Parocho, aut ebrijs, aut non aduertentibus, vel si testes essent infames, celebra-

Digitized by Google

celebraretur, Glos. Extrauag. execrabilis. coram de præb. Fe-
lin. in proœmio decretalium.

2 Sufficeret tamen, si Parochus, & testes aliquo modo per-
ciperent consensum contrahentium, etiam si verba non audiũt,
vt signis aliquibus, etiam per interpretem, si diuersi sint Idio-
matis, facit l. 1 ff. de verb. oblig. §. fin. Imò in hoc casu crede-
tur dicto solius interpretis, qui est electus declarator consensus
contrahentium. Couar 4. decret. 2.p.c.4. §. 1. num. 3. & sic
sufficere Parocho, & testibus per interpretem de mutuo con-
trahentium consensu.

3 Nec sufficeret attentio virtualis Parochi, vt matrimonium
consistat contra sententiam Henriquez, & est in aliquibus alijs
sacramentis, quia ibi sufficit virtualis attentio, sed hic Paro-
chus, & testes adsunt, vt testes audientes, vt testificari possint,
constetque Ecclesiæ matrimonium fuisse contractum, nam nisi
aduerteret, testificari non posset, & hoc probet etiam declara-
tio 5. Sacri Concilij.

4 Sed si Parochus fingeret non aduertere, & aduerteret, tunc
matrimonium valet, sed si verè non intelligeret, matrimonium
non valeret, quando consulto non attendit, necintelligit ver-
ba consensus, quia tunc reuera non est præsens, & non posset
testificari de matrimonio.

Nota tamen, quod quando Parochus, & testes per eum de-
tempti interuenirent, valeret matrimonium, quia iam audirent,
quod testificari possent. Adest Decisio Rotæ, imò valeret, si per
dolum vocati matrimonio interessent. Nauar. lib. 4. Consil.
de spons. cons. 20. & ita censuit Sacra congregatio. Imò
valeret, si coram transeuntibus Parocho, et testibus aduerten-
tibus Ledesma de matrimonio. q. 45. art. 5. punct. 3. licet ali-
qui dicunt contrarium in hoc.

5 Sed peccant mortaliter, qui celebtant matrimonium coram
Parocho, & testibus inuitis, quia iniuriam faciunt Parocho, &
ratione contemptus Ecclesiæ, nam videntur non contrahere
authoritate Ecclesiæ. Aliqui negant peccatum mortale, quo ad
testes, non gerere in Ecclesia, sed Parochus tantum præstat.

Imò

Digitized by Google

6 Imò valeret matrimonium, si coram alieno Sacerdote de licentia proprij Parochi, quæ licentia fuit extorta metu cadente in constantem virum, & ratio est, quia iurisdictio metu extorta, validè transfertur. cap. licet. quæst. 31. de elect. Cardinal. c. 2. de his, quæ vi. num. vnico. licet aliqui tenent contrarium per l. 2. ff. de iudi. quia lex illa loquitur in casu speciali, dum litigantes compelluntur prorogare Iurisdictionem in Iudicem non suum.

Imò, & si licentia data à Parocho alteri Sacerdoti interessendi matrimonio nomine ipsius sit impetrata dolo, & mendacijs, aliàs nullatenus concessuro, adhuc valida est licentia, & matrimonium, quia ratio illa inducens Parochum impertinens est ad licentiæ concessionem, & fuit impulsiua, & non finalis, & cum est impulsiua ea cessante, non cessat dispositio Tiraquel. tract. cessante causa limit. 1.

7 Nota, quod testes necessarij in matrimonio debent esse duo saltem, vltra parochum, & debēt esse moraliter præsentes, & qui vsum rationis habeant, nec refert, an sint docti, vel indocti, sed sufficit si habeāt qualitates, à iure requisitas, vt censeantur habiles in alijs cōtractibus. Itaq. sufficit si sint parentes cōsanguinei, familiares fœminæ, excommunicati, infames, imò, & infideles, etiam possunt esse testes matrimonio. vt ait Vera Cruz. dup. 7. appendice ad speculum: intellige, quando interueniunt supra notati de consensu partium, & eo magis, quia concurrunt cum Parocho, qui est habilis, qui magnam habet authoritatem, & fidem. c. cum de testamentis, & proinde Parochi præsentia supplet vitium testium.

Sed si tàm testes, quam Parochus sint suspecti, nec Parochi authoritas testium vitium superare potest adhuc valere, dicendum est, neque ad hunc casum, qui rarissimè accidit. Conc. Trid. respexit, sed ad casus frequentiores, nam lex accomodatur ad ea, quæ frequentius accidunt, c. nā ad ea. ff. de legibus, & ratio est, quia legislator non curat prouidere casibus, qui semel, aut bis, aut quæ raiò eueniunt, vt dicebat Theophrastus.

Digitized by Google

8 Nota, quod Procurator constitutus ad matrimonium contrahendum, requirit ætatem saltem decem, & septem annorum, quæ requiritur in Procuratore ad negotia, nam ad causas, & Iudicia debet esse maior vigintiquinque annorum.

Sed dic melius, & certius, quod ea requiritur ætas in Procuratore, ad matrimonium, quam ius naturale requirit ad explicandũ consensũ, nomine alterius, nẽpe, vt habeant vsũ rationis

9 Nota hic, quod si alienus Sacerdos, vel alienus Parochus non assistat ipse sed alteri licentiam concedit, quam non potest concedere, dicendum resolutè (quicquid dicant alij) quod hic mandans non incurrit suspensionem, quia pœnæ sunt restringẽdæ, sed tantum incurrit, qui assistit. Suspensio autem deberet esse, quando incurreret, vel triennalis, & est de iure, de qua in c. fin. de clandest. de sponsa. & hanc suspensionem incurrunt proprii Parochi non impedientes clandestina matrimonia, vel arbitrio Episcopi, vel alterius ad quem pertinebat, similiter, si proprius Parochus det licentiam assistendi matrimonio alteri Sacerdoti, adhuc non incurrit vllam suspensionem Parochus per d. c. fin. neque incurrit coniungens, quia non Parochus, nec Sacerdos, nec coniungit sine licentia Parochi. Idem dic, si non Sacerdos coniungeret aliquos absque licentia. Sed si is nõ Sacerdos esset Parochus, incurreret suspensionem Trid.

10 Nota, quod si aliquis Parochus esset suspensus per trienniũ quia interfuit matrimonio clandestino, si intra hoc triennium adhuc iterum assistat Clandestino, ad aliud trienniũ est suspensus, & hoc vltimum triennium secundum veriorem sententiam incipit à die sententiæ posterioris Iudicis, vel si à iure est à die delicti, atque ita cum priori biennio confunditur, nisi aliter iudex, vel Canones declarauerint. Bald. in l. eum, qui
1 Kal. ff. de verborum publicationibus. & eo magis, quia pœnæ sunt restringendæ, & in pœnis benignior facienda est interpretatio, & ita suspensus absolutè ab officio, multi dicunt, quod sit etiam suspensus à beneficio, maximè si sit suspensus à iure, aliqui dicunt contrarium. Vide plures sententias, quas refert Sanchez. de matrim. lib. 3. disp. 51. Nota hic, quod obtenta licentia

Digitized by Google

iscentia Parochi aliquis Sacerdos si extra Parochiam exerceat; valet, quia iurisdictio voluntaria potest exerceri extra. Vide Ripa. de remed. ad curan. pest. S. sed quia num. 53. & Summistæ ferè omnes.

QVAESITVM XCI.

SVMMARIVM.

1 *Suspensio triennalis, inhabilitas contrahendi, amissio bonorum sunt pœnæ clandestini matrimonij, quæ requirunt Iudicis sententiam.*
2 *Exhæredatio an requirat Iudicis sententiam, est sub opinione.*
3 *Illegitimatio non requirit sententiam Iudicis.*
4 *Delictum matrimonij clandestini est mixti fori.*
5 *Iudex Ecclesiasticus potest inhibere Iudici laico circa munus matrimonij clandestini.*
6 *Iudex Ecclesiasticus, si non puniat hoc delictum, potest punire laicus.*
7 *Punitus sufficienter per secularem iudicem in hoc delicto, non potest iterum puniri ab Ecclesiastico Iudice.*

An pœnas matrimonii clandestini incurratur ante Iudicis sententiã, vel requiratur declaratio Iudicis, seu condemnatio?

1 DIC. Quod pœnæ sunt nonnullæ, nempe suspensio triennalis, hæc requirit Iudicis sententiam: inhabilitas ad cõtrahendum, hæc requirit sententiam Iudicis, similiter dic de amissione bonorum, quæ est altera pœna.

2 De exhæredatione autem, & de illegimatione dic, quo ad exhæredationem, requiritur Iudicis sententia, vt priuet hæreditate, aliqui dicunt, quòd non requiritur Iudicis sententia. Tu 3 dic, quod requiritur ad perficiendum iudicium parentis, qui est Dominus Iudex in hoc.

De illegitimatione verò, dic, quod nõ requiritur Iudicis sen-

Digitized by Google

tia, nam quia filij geniti ex illegitimo clandestino matrimonio sunt illegitimi, non obstante parentum ignorantia, sed circa impedimentum videtur esse necessaria Iudicis sententia, & ratio est, quia, quando priuatio imponitur, non vt pœna delicti, sed ob defectum conditionis requisitæ, vt quis gaudere possit aliquo priuilegio nulla accipitur sententia Iudicis.

4 Nota hic, quod imponere dictas pœnas ob matrimonium clandestinum, aliqui dicunt, quod pertinet ad solum Iudicem Ecclesiasticũ, & ratio horũ est, nã res matrimoniales ad solũ Iudicem Ecclesiasticum pertinent. c. tuam de Ordine cognitio, alij ad solum Iudicem secularem, quia ius Canonicum non imponit pœna contrahentibus, nec testibus. ita Castillo. l. 4.

Sed dic melius, quod delictum hoc est misti fori, & ratio est, quia est quæstio facti, & non iuris. Sed intellige bene, quod hoc sequitur, quando constaret de marimonij clandestinitate, & si non constaret, esset per Iudicem Ecclesiasticum prius definiendum, esset clandestinum, & tunc Iudex seculris poterit cõtra laicos procedere. Couar. 4. decis. 2.p.c.8. qui etiam tenet Quod quando est quæstio facti, adhuc pertinet ad Iudicem Ecclesiasticum, & non ad laicum, cui sententiæ fouet Bolognetus l. 2. num. 42. & seq. ff. de iurisdict. omn. Iudic. & si alij dicãt posse etiam Iudicem secularem cognoscere de clandestinitate matrimonij, quando est quæstio facti.

Sed si dubitaretur matrimonium esse contractum de facto, pertinet ad Iudicem secularem.

5 Nota, quod Iudex Ecclesiasticus potest inhibere Iudici laico, vt coram eo tantũ deponant testes de valore matrimonij. Con. 4. dec. c.6. 2.p. Sed non potest inhibere respectu punitionis, nam est misti fori.

Nota etiam, quod Iudex Ecclesiaticus potest Iudicem compellere, vt permittat deponere testes cõram se de hoc, & hoc erit verum ante Concilium, quando matrimonia clandestina erant valida, secus post Conc. Trid.

Nota etiam, quòd si Iudex Ecclesiasticus non condignè castiget clam contrahentes, tunc potest Iudex laicus iterum punire, &

Digitized by Google

ri, & supplere, ac si non essent puniti, sed debet haberi rio pœnæ 7
inflictæ à Iudice Ecclesiastico. c. 2. de maledicis. & C. fclicis de pœnis, intellige de laicis contrahentibus clandestinè, non de Clericis in minoribus, quia tunc solus Ecclesiasticus punit.

Nota etiam, quod est communis opinio omnium in crimine misti fori per secularem Iudicem, non posse amplius per Ecclesiasticum puniri, dummodo secularis Iudex sufficienter punierit, & pœna per ipsum imposita, non esset leuior imponenda per Ecclesiasticum, nam in hoc casu pœna excommunicationis, quia non est afflictiua, sed medicinalis, non est inter graues pœnas computanda. c. 1. de sent. excom. in 6.

QVAESITVM XCII.

SVMMARIVM.

1 *Parochus in matrimonio vagorum debet adhibere diligentiam & omnia referre ad Ordinarium.*

2 *Si sine licentia ordinarij, Parochus vagos coniungat in matrimonio, peccat mortaliter.*

3 *In Indijs ex priuilegio aliter sit.*

Quomodo se gerat Parochus circa matrimonium vagorum?

1 DIC. Quod vagi appellantur, qui hinc inde vagantes nullibi certam habent sedem, & etiam dicuntur vagi, qui nõ habentes domos, iter habent ad inueniendum solum, vbi habitent, etiam si per aliquod breue tempus in aliqua Parochia habitãt, quia aliò sunt migraturi, & adhuc vagi, & possunt confiteri cuique Parocho, nisi proprius Confessor esset deputatus.

2 Sciat igitur Parochus in horum matrimonijs rem ad ordinarium deferre, qui præuia, & diligenti inquisitione det licentiam illi Parocho, in cuius parochia contrahere intendit, limitæ nisi cessissent domicilio in fraudem proprij Parochi.

Sed Parochus, qui non adhibita diligentia, nec habita licen-

Digitized by Google

tia sui ordinarij vagos coniungeret, peccaret mortaliter, sed matrimonium valeret, & esset suspendendus ad trienniũ. Inn. c. final. de clandest. despons. Similiter peccabit Sacerdos, qui sine Parochi licentia vagorũ matrimonio assisteret, quia requiritur licentia Ordinarij ex Tridentino.

3 Nota, q; in Indijs ex priuilegio Apostolico Religiosi absque licentia Parochi assistunt matrimonijs vagorũ, & aliorũ in locis sibi subditis ab eorum Superioribus. Sed hoc intellige, vbi nõ essent Parochi, & Religiosi habentes curam animarum, aliàs incurrerentur pœnæ Ecclesiasticæ.

QVAESITVM XCIII.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium Christianorum captiuorum, si fiat sine Parocho & testibus, an valeat, diuersæ sunt opiniones.*

2 *Authoris sententia explicatur.*

An fidelis captiuus, si contrahat debeat, contrahere coram Parocho, & testibus?

1 DIC. Quod si ibi non est publicatum Concil. Trid. standum est iuri antiquo, sed si incolæ fuerint eorum locorum, vbi Conc. Trid. obligat, aliqui dicunt, quod inualidum est matrimonium.

Aliqui dicunt valere, si ibi habeant animum habitandi, & aquirant domicilium, secus, si animus talis deesset. Henriquez. 2. lib. 12, de matrim. c. 3.

Aliqui dicunt, quod Tridentinũ non obligat, vbi Parochus haberi non potest.

Aliqui dicunt, quod si id decretum fuit promulgatum in Parochia eorũ in qua postea fuerunt captiui non possunt hi, nisi coram Parocho, & testibus contrahere secundùm Conc. Trid. Secus, tunc non fuerat publicatum. Vide Sanchez. lib. 3. disp. 28.

Digitized by Google

2 Tu dic, quod matrimonium captiuorum, apud infideles sine Parocho, & testibus, est validum, quamuis ad eas Regiones duci sint post publicationem Conc. Trid. etiam si non habeant animum permanendi. Idem dic de matrimonio contracto inter mercatores christianos, qui ibi per modum hospitij sint, etiam si ibi Conc. obligaret, & hoc videtur sonare verba Cõc. Trid. Imò si ibi duo infideles baptizarentur, possent contrahere absque Parocho, & testibus. vide Sanchez. loc cit.

QVAESITVM XCIIII.

SVMMARIVM

1 *Aliqui dicunt posse Episcopum absoluere triennio suspensum illũ qui interfuit matrimonio clandestino.*
2 *Aliqui verò id negant, quorum sententia approbatur.*
3 *Potest Episcopus dispensare à suspensione ipsò iure imposita in Conc. Trid. sess. 24.*

An suspensus, quia interfuit alicui matrimonio clãdestino, vel alijs, quia non ei competebat interesse, possit absolui ab Episcopo?

1 DIC. Sunt variæ sententiæ, aliqui dicunt, quod potest Episcopus absoluere triennio suspensum. Inn. c. final. de cland. desponſ. & mouentur, quia secundum regulam, suspensus à iure nõ reseruata absolutione, potest absolui ab Episco-
2 po, imò hoc est verum, etiam in absolutione ab alijs censuris nõ reseruatis, contrà hoc dicitur, quod est verum, quãdo quis suspenditur indefinitè, nullo designato termino, secus est, quãdo designatur hic, vt etiam ad triennium, & hoc est speciale in suspensione, nam secus, se haberet in excommunicatione, Et ratio est etiam, quia si illa cõstitutio fuit facta in constitutione, in Concilio Lateranensi, & nequit Episcopus dispensare super constitutione Conciliari, & in excommunicatione,

Digitized by Google

quia debet ipsius absolutio necessariò præcedere absolutionem peccatorum, & ideo opus fuit concedere inferioribus illius absolutionem, vt definitur in cap. nuper. de sent. excommun. secus est in suspensione, ex his collige non posse Episcopum dispensare.

3 Potest tunc Episcopus dispensare à suspensione ipso iure impósita in Conc. Trid. sess. 24. Imò, & Vicarius, & quicunq. alius habens Iurisdictionem ordinariam, sed hic ordinarius debet esse ordinis illius Parochi, ad quem pertinebat matrimonium celebrare, aut benedicere Sanchez. lib. 3. disp. 42.

QVAESITVM XCV.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio lata contra coniugem negantem debitum, ligat in foro exteriori, & nō interiori, & est vitandus, si negat debitum, quia scit impedimentum.*

2 *Parochus, vel Sacerdos de cuius licentia potest assistere matrimonio, etiam si sit suspensus, irregularis, vel excommunicatus.*

An esset verè excommunicatus alter coniugum, qui excommunicaretur ab Ecclesia, quia negat debitum, hic tamen negat, quia scit impedimentum?

1 DIC. Quod in hoc casu excommunicatio, quoad Deum, non ligat, licet quoad Ecclesiam liget. Vict. & Summ. num. 264. de matrim. sed hic debet se habere, vt excommunicatum.

2 Nota hic, quod Parochus Ecclesiasticus, vel suspensus, potest licite assistere matrimonio, imò etiam, si esset irregularis, quia ibi præbet authoritatem, non autem exercet iurisdictionē. Nau. lib. 4. Consil. desponſ. Consil. 47. num. 6. Sed non potest

Digitized by Google

teſt dare hanc licentiam aſſiſtendi non ſacerdoti; ſed poſſet dare ſimplici Sacerdoti non approbato à Ordinario, imò ſi eſſet excommunicatus, vel irregularis, & ratio eſt, quia hæc aſſiſtenſtia non eſt actus iurisdictionis, & ideo poteſt exerceri per Eccleſiaſticum, vel irregularem, vel aliàs inhabilem.

QVAESITVM XCVI.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ſecularis non poteſt ſe intromittere in quæſtionibus iuris matrimonij, vt exploratio voluntatis puellæ.*
2 *Huius ratio validiſſima aſſignatur.*
3 *Nec debet Iudex laicus ſe offerre velle tradere puellæ locum ad explorandum voluntatem, vbi vult ipſe iudex Eccleſiaſticus.*
4 *Si Iudex ſecularis vellet ſe intromittere ad ſequeſtrandum puellam, debet excommunicari.*

Ad quem Iudicem ſpectat ſpiritualem, vel ſecularem ſequeſtrare puellam cauſa explorandi voluntatem?

1 IDIC. Quod Iudex ſecularis nullatenus poteſt ſe intromittere in quæſtionibus iuris matrimonij, vt eſt hæc. c. lator. & ibi ſcribentes cauſaliter, qui filij ſint leg. c. tua. de ord. Couar. verb. reſolutio. 2. p. c. 8. §. 13. num. 5. Bart. l. 2. §. de Iuris om. Iud. num. 4. & l. Titia. Sylu. verb. matrimoniũ. Felin. in cap. cum ſit generale. in quibus concluditur non poſſe Iudicem temporalem ſe intromittere in prouidendo puellæ, neq. vt Rector, & Gubernator puellæ, tamquam laicæ, vt poteſt facere de laicis ſibi ſubditis, de loco tuto, & honeſto.

2 Sed hoc pertinet omninò ad Eccleſiaſticum. c. cum locum. de ſponſal. & facit. c. ſiue 33. qu. 2. & c. hortamen. 3. q. 9. imò ſi nollet Iudex Eccleſiaſticus facere poſſet ab eo appellare. Gloſ. ibid.

Ex

Digitized by Google

3 Et quod non possit laicus se intromittere, testatur Butrius. d. c. cum locum num. 7. in 4. notabil. & ratio validissima est, quod cum Iudex Ecclesiasticus est Iudex in causa principali matrimonij, consequens est, vt sit etiam Iudex accessorius, quod est explorator, & simil. DD. in l. quoties. C. de Iudic. & l. 1. c. de Ordin. cognit. Itaque, & electio loci, & explorare voluntatem pertinet ad Ecclesiasticum omninò, quia si aliter esset, vt laicus eligeret locum tutum non haberet vnquam locum dictũ capitulum, cum locum, nam esset Iudici Ecclesiastico difficilis hæc exploratio propter defectum loci tuti, quẽ ipse non elegit.

Itaque conclude, quod quicquid fecerit Iudex laicus, in fine pertinet ad Ecclesiasticum explorare voluntatem, & primo sequestrare.

Nec valebit laico Iudici se offerre velle tradere puellæ in loco vbi vult ipse iudex Ecclesiasticus, quia impediretur Ecclesiastica Iurisdictio, & etiam de positio. c. cum locum, imò per indirectum impediretur matrimonium, & sic laicus Iudex incurreret excommunicationem. Conc. Trid. sess. 24. cap. 9. de reform. Hic nota, quod propter impedimentum ab aliquo illatum, ne quis possit petere, & habere suam vxorem, potest interdici tota Prouincia. c. non est nobis de sponsal.

Itaque cum ista electio loci tuti, & exploratio puellæ voluntatis, vel est specialis, vel annexa iudicio spirituali ipsius matrimonij pernotata in c. consulere de simon. consequens est ad Iudicẽ spiritualem omninò pertinere, & sine eo non potest definiri. c. quando. de Iudic. Imò possunt Iudices Ecclesiastici, quando opus est ad faciendũ huiusmodi explorationem, implorare Bracchium seculare, etiam sub pœna excommunicationis.

Nec obstant huic sententiæ consilia Aymonis, & Castrensis, quia locantur in diuersis terminis, vt videre est.

Vide pro totali resolutione huius quæsiti. Vrsilita add. ad Affl. decis. 138. num. Afft. in constit. sancimus. eundem dec. 210. num 4.

4 Conclude, quod si Iudex laicus vellet ipse sequestrare, & explorare voluntatẽ, potest excommunicari per Ecclesiasticum,

Digitized by Google quia

quia impediretur iurisdictio Ecclesiastica. Socc. vbi supra in c. difficultatem. Vrsil. decis. 30. num. 40. vide Maior. dist. 11. num. 30.

Volui hæc fusius declarare, quia solet frequenter contrauersitas inter Iudicem Ecclesiasticum, & laicum verti.

QVAESITVM XCVII.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius Episcopi, si non sit Sacerdos, vel saltem Clericus secũdum probabiliorem sententiam, non potest præstare præsẽtiam suam matrimonio contrahendo.*

An si Vicarius Episcopi non esset Sacerdos, vel saltem Clericus, siue etiam laicus (licet laicus esse non debeat, nec possit regulariter) possit præstare præsentiam suam matrimonio contrahendo?

1 DIC Quod aliqui dicunt ex sententia Sacræ Congregationis, quòd non, quia Concilium nominat ibi de reform. sess. 24. Sacerdotem: qui verò diceret affirmatiue, esset etiam sententia probabilis, & ratio est, quia ibi Sacerdos non habet vti vlla iurisdictione, nec ordinatione, sed tantum authorizat matrimonium, primæ tamen sententiæ adhæreo. Ex Nauar. Consil. 10. de clandest. desponsi. lib. 4. Consil.

QVAESITVM XCVIII.

SVMMARIVM.

1 *Ficte faciens se ordinare ad ordinem Subdiaconatus, & accipiens vxorem, quid debeat facere explicatur.*

An qui ficte est promotus ad Ordinem Subdiaconatus, postea fingens habere dispensationem accepit vxorem, & suscepit liberos, & dimisit beneficium

Digitized by Google

neficium, quod obtinuit ratione ordinis?

1 DIC. Quod hic debet restituere omnes fructus malè per eum perceptos ex beneficio, quia ipse non ordinatus nō poterat recipere fructus, & hæc restitutio est facienda illi, ad quē fructus posuissent pertinere, si ipse non esset sic ordinatus, debet etiam hic credere se non esse ordinatū ad talem ordinem, vt verè non est ordinatus, nam fictè accessit, & in conscientia, & coram Deo non est ordinatus. vide Nauarrum Consil. 1. qui Clerici. lib. 4. Consiliorum. vbi dat remedia.

QVAESITVM XCIX.

SVMMARIVM.

1 *Adulter occidens maritum adulteræ, vt contrahat cum illo, non potest contrahere cum illa, nam dirimit, & impedit, sed si alia causa occidat, potest contrahere.*

An si adulter occiderit maritum adulteræ, & contraxit cum adultera, teneat matrimonium?

1 DIC. Quod si occidat, vt duceret illam, hoc impedimentum impedit matrimonium, & dirimit. D. Thom. 4. sent. dist. 56.

Sed si occiderit ex odio, vel alia causa absque intentione ducendi in matrimonium illius vxorem, si contrahat, tenet matrimonium. Nau. Cons. 11. lib. 4. Consiliorum. cap. qui Clerici. qui verò vterque machinatur mortem viri impeditur matrimonium ob homicidiū sic patratum, & intellige, quod quando interuenit intentio ducendi in vxorem, vel in virum, illa intentio facit impedimentū, si sequatur occisio.

QVAE-

Digitized by Google

QVAESITVM C.

SVMMARIVM

1 *Matrimonium non potest interuenire inter coniugatam, & illum cum quo rem habet viuente viro, cum spe, & promissione ducendi illam in vxorem.*

An quis haberet rem cum aliqua muliere coniugata, quæ habebat virum absentem per septem annos, & sperabat posse contrahere cum illo, & ille promisit se ducturum, si illam duceret, possit matrmonium inter eos interuenire, & interim erant in adulterio?

1 DIC. Quod inter hos est ortum impedimentum dirimēs nec potest interuenire matrimoniū, & si ille duxit illam matrimonium est nullum, & ratio est, quia non promisit se ducturum post mortem viri, quia tunc valeret matrimonium, sed se ducturum, si illa probaret, quod posset ducere ea viuente, primò viro, nam illa conditio, licet non vitiet, tamen vitiatur. vide Nauar lib. 4. Consil. cons. 11. de eo, qui dúxit vxorem.

QVAESITVM CI.

SVMMARIVM.

1 *Si mulier contrahat matrimonium viuente viro, quem credit mortuum, & viuat, si postea verè sit mortuus, matrimonium non tenet nisi iterum contrahat.*

2 *Si autem post notitiam, quod primus maritus viuat non abstinuit à copula cum secundo, indiget dispensatione, vt postea possit cum illo contrahere.*

Digitized by Google

An

An mulier viuente primo viro, quem crederet esse mortuum (quia in longinquis aberat) si contraxit cum alio, si demum est mortuus primus vir, possit licitè permanere cum illo secundo?

1 DIC. Quòd non, nisi denuò contrahât cum hoc secundo viro, quia prius matrimonium non valuit, quia viuebat prima vxor. c. gaudemus. de diuortio.

2 Sed nota, quod hæc mulier non valet contrahere cũ hoc viro, quia habita notitia, quod viueret primus vir eius, non abstinuit à copula adulterina, sed indigent dispẽsatione Apostolica occultè, & ita denuò occultè contrahere, quia impedimentũ erat occultum, absque denunciationibus, Parocho, & testibus ad præceptum Tridentinum.

Nota hic, quod hæc est declaratio Pij V. huiusmodi praxis & ita seruat praxis sacræ pœnitentiariæ. vide Nau. lib. 4. Cons. de eo, qui duxit in matrim. cons. 3.

QVAESITVM CII.

SVMMARIVM.

1 *Infans habens vsum rationis potest esse Patrinus, & secundũ hanc doctrinam duæ contrariæ sententiæ conciliantur.*

An infans tenendo in Baptismo, vel leuando, vel recipiendo de fonte Baptizatum, fiat Patrinus.

1 DIC. Quod sunt diuersæ sententiæ. D D. Aliqui dicunt, quod non contrahit cognationem spiritualem, quia caret rationis iudicio, nec potest obligari, quia patrinũ oportet esse doctum, qui docere possit baptizatum. cap. vos ante. de cons. dist. 4. quia etiam, quicunque ante primum septennium est ineptus ad quouis modo contrahendum. vide Nauar. 2. de cognatione spirtuali lib. 4 consilior.

Alij

Digitized by Google

Alij dicunt, quod sic, quia sunt multi doli capaces in tali ætate, vt testatur se vidisse Hyppolitus, & tali ætate multi doli capaces obligantur iureiurando, & potest esse periurus.

Concludè ergo, quod infans, qui non habet vsum rationis. non potest se obligare, & rationes adductæ intelligi debent de infante habente vsum rationis. vide Nauar. consil. 2. de cognatione spirit. lib. 4.

QVAESITVM CIII.

SVMMARIVM.

1 *Tenens, vel leuans aliquem de fonte iuxta probabiliorem sententiam non est necesse, quod sit maior natu baptizato.*

An qui aliquem de fonte Baptismali, vel tenet, debeat esse maior natu ipso baptizato?

1 DIC. Quod aliqui dicunt, quod debet esse maior, quia aliàs esset inconueniens, & videretur quoddam monstrum, quod pater debet esse minor filio. Abb. in c. debitum, de baptismo.

Aliqui tenent verius, quod potest esse, & ratio Nauarri est, quia potest esse Patronus etiam minor.

QVAESITVM CIIII.

SVMMARIVM.

1 *Cognoscens carnaliter sponsam de futuro, de qua suscepit filium, & baptizauit in mortis articulo ante Concilium Tridentinum, non contraxit impedimentum dirimens matrimonium.*

An qui cognouit carnaliter suam sponsam de futuro ante Concilium Tridentinum publicatum in eius

Digitized by Google

eius Patria, vel Religione, & prolem suscepit, & pater baptizauit paruulum in periculo mortis, contraxit impedimentum dirimens?

I DIC. Quod non, quia ante Concil. tale matrimonium transibat in matrimonium. c. is qui. de sponsal. & in tali casu vir nullum, quod taliter noceat contraxit impedimentum & adde, quia Conc. Trid. non videtur quicquam disponere circa matrimonium in tertis, in quibus publicatum non fuit, & ratio est, qui in foto interiori copula fuit matrimonialis, & vxorio affectu habita. Secus esset, si copula fuit fornicaria affectu, & ita exterius haberetur. vide Nauar. Consil. 5. de cognatione spirit. lib. 4. consiliorum.

QVAESITVM CV.

SVMMARIVM.

I *Cognati cognatione spirituali, si contrahant inter se matrimonium carnaliter copulentur, & obtineant dispensationem, nulla facta mentione de copula, valet dispensatio.*

An cognati coguatione spirituali, si contrahant inter se, & inter contrahendum mittunt Romam ad obtineudam dispensationem, ante sponsalia, vel matrimonium contractum, & ante obtentam dispensationem, vel mandatum de dispensando, vt moris est, inter se habuerunt copulam carnalem, & post fuit obtenta dispensatione, vel commissione dispensandi, nulla facta mentione de copula, sit valida dispensatio?

I DIC. Quod non expressio huius copulæ non faciat gratiam nullam, itaque dispensatio valebit, & Episcopus absoluet a peccato, & ratio est, quia hoc impedimentum non impedit,

Digitized by Google

pedit, nec dirimit, nam illa copula facit gratiam nullam, si non exprimitur, quæ interuenit ex affinitate carnali, non autem spirituali. Pulchre Nauar. consilior. tom. 2. cons. 8. de cognat. spirit.

QVAESITVM CVI.

SVMMARIVM.

1 *Incestus, an impediat, & dirimat matrimonium, ita si sit cum consanguinea, sicuti cum affine, est duplex opinio Theologorum, & Canonistarum.*

An sit impedimentum dirimens incestus cum consanguinea, sicut etiam cum affine?

1 DIC Quod secundum Theol. non impedit incestus in consanguinea, sicut cum affine. D. Thom. 4. sent. dist. 34. q. 1. art. fin. Sot. d. 37. D. Anton. 3. p. c. 16. num. 4. tit. 1. & ratio eorum, quia, vt eis videtur nullo iure tenetur. quia cap. 1. 2. & 4. de eo qui cognouit consanguineam vxoris suæ, id tribuant solummodo coniunctioni cum affine, & vt dicit Riccardus, hic videtur inductus non ob grauitatem criminis sed ob iniuriam, quæ infertur sacramento matrimonij ob coitum cum cognata coniugis.

Sed contrarium tenent plerique, & ita se habet stilus curiæ in disputationibus, maximè per illam clausulam, vt superstes sine spe matrimonij maneat. Nauar. lib. 4. consil. tom. 2. consil. 1. de eo qui cognoscit. & ego teneo cum Nauar. & Canonistis, & cum Manuali c. 22. num. 25.

QVAESITVM CVII.

SVMMARIVM.

1 *Dubitans, an frater suus habuerit rem cum muliere, quam vult accipere in vxorem, quid debeat facere, explicatur.*

Digitized by Google

An qui vult contrahere cum aliqua muliere, sed dubitat, quod eius frater rem cum ea habuit, possit tota conscientia id facere?

1 DIC. Quod aut est publicũ eũ rem habuisse, & sic non potest sine dispensatione, aut est secretum, & sic etiam non potest seipso sciente sine dispẽsatione, sed si coram Deo credit, quod suus frater non eam cognouit potest contrahere sine dispẽsatione, vel saltem obtenta dispensatione, quo ad forum conscientiæ, & hoc etiam, si nullatenus probari potest, nec ex eo nullum scandalum oriatur. Nauar. loc. cit. consil. 1. de consang. & affinit. lib. 4. consiliorum.

QVAESITVM CVIII.

SVMMARIVM.

1 *Filius mortuæ vxoris potest ducere in matrimonium vxorem relictam sui patris etiam mortui.*

An si Laura fuit ducta in matrimonium ab Andrea qui mortua Laura duxit Lucretiam, & mortuus est, possit frater Lauræ ducere dictã Lucretiam?

1 DIC. Quod sic, quia nullum est impedimentum consanguinitatis inter eos. Nauar. de affinit. & consanguinit. Consil. 3. lib. 4. Consiliorum.

QVAESITVM CIX.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium est validum illorum, qui pro dispensatione alicuius impedimenti miserunt Romam, & post commissionem factam loci Vicario carnaliter se coniungant.*

An

Digitized by Google

An impediti qui miserunt Romam pro dispensatione, & absenti commissione directa Vicario spirituali ordinaris loci iuxtà stylum, vt dispenset nomine Sanctissimi, ante dispensationem coniungunt se carnaliter, & negant commissario id interroganti, valeat dispensatio, quæ postea fuit?

1 DIC. Primo, quod hi peccauerunt peccato incestu, & periurij, sed matrimonium valuit, licet iniustè fuerit cõtractum. Nauar. loc. cit. consil. 10. dummodo Papæ sententiã dixerit debent pœnitere.

QVAESITVM CX.

SVMMARIVM.

1 *Principes seculares non possunt aliquid statuere, & determinare circa matrimonia fidelium.*

An posset statui à Principe seculari impedimentum dirimens matrimonium?

1 ALiqui dicunt; quod non potest, & ratio est, quia matrimonium est quædam res spiritualis, in qua non possunt se ingerere seculares Principes. & ita habetur in c. tuam. de ord. cognit: & in c. multorum 35. qu. 6. in cap. accidentibus de excess. Prælat. Se tu dic, quod Princeps secularis rationis suæ potestatis, potest suis subditis fidelibus ex iusta causa impedimenta dirimentia statutis indicere, ita concludit Sanchez. lib. 7. disp. 3. de impedimentis.

Sed posset Ecclesia nihilominus interdicere vsum huius potestatis his principibus, & sibi soli hoc ius reseruare, ita Sanch. loc. cit. num. Hinc sequitur, cum pontifex summus hoc tempo-

Digitized by Google

re hoc sibi ius reseruauit, non posse Principes seculares circa matrimonia fidelium impedienda, aut dissoluenda statuere. Sed excipe ab hac doctrina Principes infideles. & habetur in c. gaudemus de diuortijs. vide Sanchez. loc. cit. qui multa circa hoc cumulat.

QVAESITVM CXI.

SVMMARIVM

1 *Excommunicatus si contrahat matrimoniũ tenet, sed peccat mortaliter.*

An excommunicatus, si contrahat matrimonium, verè contrahat?

1 DIC. Quod sic, vt habetur in c. significasti, de eo, qui duxit. Sed peccat excommunicatus contrahens, Glos. in cap. fin. de sent. excom. in 6. & in c. nullus de consecratione. dist. 4. & c. illud. & 1. dist. 95. etiam dicas peccare mortaliter si inretitus est minori excommunicatione. Anton. 3. p. tit. 24. cap 76. §. 14. & alibi, & alij permulti, licet aliqui dicant, quod matrimonium tale sit inualidum. ita Martinus de Magistris, quẽ refert Caiet. Secunda secundæ. q. 54. art. 7. sed hoc non est tenendum.

QVAESITVM CXII.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus contrahens matrimonium, an duplex peccatum mortale committat, explicatur.*
2 *Contrahens cum publico denunciato, vel publico percussore Clerici, est excommunicatus excommunicatione maiori.*
3 *Secus, si non est publicus excommunicatus.*
4 *Excommunicati quomodo sunt vitandi*
5 *Explicantur etiam alij casus, quando contrahentes sunt excommunicati.*

Digitized by Google

An

An duplex peccatum incurrat, qui matrimonium excommunicatus contrahit?

1 DIC. Etiamsi videtur duplex peccatum mortale incurrere, vnum, quia est minister huius sacramenti, nam contrahentes sunt Ministri matrimonij; alterum, quia recipit hoc sacramentum) quod vnum est peccatum mortale, quia scilicet recipiendo, non autem administrando, & ratio est, quia non est minister consecratus ad id munus. Sed si sit excommunicatus, & in peccato mortali, tunc duplicè culpam admittit, sed si solum est excommunicatus, quia potest esse in gratia per contritionem, tunc vnica est culpa læthalis, ratione indignæ receptionis sacramenti, non autem ob administrationem; adde, quod si sit in excommunicatione minori iniens matrimonium, peccat etiam mortaliter quia priuatur receptione &c. cap. finali de Clerico excom. ministr. Caiet. in Summ. verb. matrimonium. cap. 1. Nauar. cap. 22. num 81.

Imò erit duplex peccatum mortale, vnum ratione peccati mortalis, quo infectus sic exommunicatus audit recipere cum illa excommunicatione ad sacramentum alterum ratione ipsiusmet excommunicationis.

2 Et nota hic, quod scienter contrahens matrimonium cum ipso excommunicato, si sit publicus denunciatus, aut notorius Clerici percussor peccat mortaliter, quia participat in sacramento cum excommunicato maiori excommunicatione, & hæc est communis opinio.

3 Sed quando excommunicatus non est nec publicè denunciatus, nec notorius Clerici percussor, quos ex decreto Constantiensis Concilij solos vitare tenemur. Aliqui dicunt hunc talem peccare mortaliter saltem non explicando culpæ qualitatem, vt docet D. Thom. 1. sent. dist. 39. q. vnica, art. 1. ad 5. Tolet. in Summ. lib. 7. cap. 7. num. 1. Qui sentiunt contrahentem cum excommunicato matrimonium, siue denunciatum, siue non, aut notorius percussor Clerici, siue non, peccare mortaliter, & hanc sententiam communem testatur Sanch

Digitized by Google

de impedimentis matrimonij. disp. 2. lib. 7. scilicet peccare mortaliter recipientem sacramenta ab excommunicato, etiam non denunciato, si scienter recipit.

4 Et licet ex Decreto dicti Concilij Constantiensis, nõ teneamur vitare nisi notorios Clerici percussores, vel publice denunciatos, tamen ex vi obligationis de non cooperando peccato alterius, obligamur ad non petendum, nec recipiendum sacramenta ab quocunque modo excommunicato, & ratio est, quia ille peccat ministrando. Secus esset, si ex se paratus esset quia Conc. Constantiense non fauet excommunicato.

Itaque non potest excommunicatus etiam secretus ministrare sacramenta, & qui cum eo communicat in sacramentis, etiã peccat, quia cooperatur peccato illius.

Sed verior sententia est, cui adhæreo, quod qui cum excõmunicato maiori excommunicatione, etiam scienter contrahit matrimonium, non peccat, dummodo non sit publicus Clerici percussor, aut publicè denunciatus. Sanchez. loc. cit. Sicut etiã non peccat, qui communicat cum excommunicato minori excommunicatione non denunciato.

5 Nota hic, quod si vterque contrahens est excommunicatus & id potest contingere, quando, vel neuter est denunciatus, & sic vterque toleratus, & tunc qui præuenit alterum, vt secũ contrahat, peccat mortaliter, siue maiori, siue minori excommunicatione sit ligatus, non contra excommunicationem alterius, quia cum sit tolerata liberat prouenientem ad euitandum sed peccat contra propriam censuram, quia prohibetur ea participare cum quocunque, etiam non excommunicato, dum ab ipso non præueniatur, aut vterque est denunciatus, vel publici Clerici percussor, & tunc inducens ad contrahendum alium excommunicatum peccat, quia inducit ad peccandum proximum suum, & ad indignam receptionem sacramenti cum peccato mortali, & censura, quæ omnes qualitates sunt explicandæ.

Sed si vterque contrahens. sola excommunicatione minori interitus denunciatus sit, peccat inducens mortaliter, quia inducit

Digitized by Google

ducit ad mortale, ſed non peccat peccato mutuæ participationis in ſacramento, quia excommunicatio minor non priuat hac participatione.

Quando verò alter eſt excommunicatus toleratus, & alter denunciatus, ſi toleratus inducit, peccat, quia participat in re ſacra contra propriam cenſuram, & alienam, & inducit alterum ad indignè recipiendum cum cenſura. Qui autem non toleratus inducit alterum toleratum ad contrahendũ, & peccat, quia inducit, & peccat, quia indignè ſacramentum recipit, & quia participat in re ſacra contra propriam cenſuram ſolummodo, nam cenſura tolerati, non excludit à participatione.

QVAESITVM CXIII.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus non poteſt contrahere ſponſalia ſine peccato mortali ſecundum opinionem Palud.*
2 *Secundum aliam opinionem tantum venialiter peccat.*
3 *Benedictio nuptialis non poteſt conferri excommunicato.*
4 *Clericus generaliter ſuſpenſus non peccat mortaliter accipiendo vxorem.*

An excommunicatus poſſit contrahere ſponſalia ſine peccato?

1 DIC. Quod Palud. 4. ſent. diſt. 26. q. 2. art. 2. concluſ. 2, num. 9. dicit non poſſe abſque iuramento, ſed tantũ nuda promiſſione, & ratio ipſius eſt, quia cui prohibitum eſt contrahere matrimonium eidem, & ſponſalia, per quæ peruenitur ad matrimonium. l. oratio ff. de ſponſ. nam ſponſalia ſunt ſacramentalia, tanquam initium matrimonij, & proinde ſunt res ſpirituales, & vocantur à D. Thom. ſacramentalia. 4. ſent. diſt. 27. q. 2. art. 1. ad 6. Sed bene concedit Palud. ligatum excommunicatione minori poſſe contrahere ſponſalia.

2 Tu dic, quòd nullam contrahit culpam excommunicatus

Digitized by Google

contrahendo ſponſalia, ſed tantum culpam venialem participationis in contractu humano in eo caſu, cum induceret culpam, & hoc verum eſt, etiam ſi ſponſalia eſſent iuramento firmata. 3

Sed hic nota, quòd nullo pacto benedictio nuptialis poteſt conferri excommunicato. Henriq. in cap. ſignificaſti de eo, qui duxit matrimonium. Tabien. verb. excommunicatio. 2. cap. 7. §. 2. num. 4. Licet alij ſentiant contrarium, ſed ratio propria ſententia eſt, quia excommunicatus intereſſet miſſæ, & officio Diuino benedictionum, & illæ præces ſunt nomine Eccleſiæ, à quibus excommunicatus excluditur, & illis intereſſendo excõmunicatus peccat mortaliter.

Conclude igitur excommunicatum debere prius abſolutionem ab excommunicatione petere, etiam ſi confiteatur confeſſione ſacramentali. quia Conc. Trid. tantùm ad hoc hortatur. 4

Nota hic, quòd ſi aliquis Clericus generaliter eſſet ſuſpenſus, & duceret vxorem, non peccaret mortaliter, & poſſet recipere benedictiones, quia tunc, vt laicus, & non vt clericus, nam ſuſpenſio eſt pæna Clericorum. Palud. 4. diſt. 26. q. 2. art. 2. cond. 4. num. 2. Sed ſi eſſet interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ, non poſſet rècipere ab Eccleſia benedictiones, & ratio eſt, quia interdictum eſt Clericis, & laicis communis pæna, ſed poſſet extra Eccleſiam recipere, & contrahere, nam per interdictum non prohibetur actus geſtus extra Eccleſiam, & ita à contrario ſenſu habetur ex c. 15. cui, & ibi Gloſ. de ſent. excom. in 6.

QVAESITVM CXIV.

SVMMARIVM.

3 *Virginis conſentientis deſtoratio eſt diſtincta ſpecies luxuriæ, & explicanda in confeſſione, ſiue ſit in raptu, ſiue non, &c.*

4 *Duæ aliæ ſententiæ circa hunc caſum recenſentur.*

An poſſit dari caſus, vt ſtuprũ habeat diuerſas ſpecies luxuriæ neceſſariò cõfitendas abſque raptu?

DIC.

Digitized by Google

1 DIC. Primo, quod ſignaculum virgineum conſiſtit in quadam membrana carnea, quæ Eugeon græcè, & hymen appellatur, teſte Vexalio de fabrica humani corporis lib. 5. & hæc membrana, quæ peculiaris eſt virginibus virili coitu laceratur, & hæc membrana non dicitur pars carnis.

Hoc præmiſſo, dic, quod aliqui dicunt virginis defloratione conſentientis eſſe ſpeciem diſtinctam luxuriæ, & circumſtantiâ explicandam in confeſſione, ſiue in raptu, ſiue abſque eo, & ratio eſt, quia fit iniuria naturæ, & fini ipſius in virgine, quem conceſſit ipſa natura, cui non poteſt fœmina renunciare.

Et duo ſunt fines naturæ in conceſſione facta fœminæ de clauſtro virgineo, alter, vt habilior eſſet ad matrimonium contrahendum, alter, vt abſtineret ſe ab actibus venereis, nam virgo non eſt domina clauſtri verginei, vt pro libitu de eo diſponere poſſit.

2 Aliqui dicunt reſtrictius loquendo, tunc eſſe ſtuprum diſtinctam ſpeciem luxuriæ, quando virgo ſub poteſtate parentum conſtituta defloratur, & neceſſariò conſtendam, quia tunc, & fit iniuria caſtitati virginis, & committitur iniuſtitia contra patrem.

Aliqui dicunt, quod non datur ſpecies ſtupri ſine raptu, atq. ira violatio virginis ſponte conſentientis, etiam ſi ſit ſub cura paterna, quod non differt à ſimplici fornicatione, & tunc ſolùm adeſſe ſpeciem ſtupri, quando virgo invita violatur, ſiue ſub parentum cura ſit, ſiue non. vide Sanhez loc. cit. diſp. 14

QVAESITVM CXV.

SVMMARIVM.

1 *Caſtitas annexa eſt Ordini ſacro, & quando.*

2 *An ſit de iure Diuino, vel Eccleſiaſtico multæ ſententiæ recenſentur.*

3 *Caſtitas annexa ſtatui Epiſcopatus, an ſit de iure diuino, vel Eccleſiaſtico etiam explicatur.*

Digitized by Google

An

An castitas sit annexa Ordini sacro iuri Diuino, vel positus iure Ecclesiastico?

1 ALiqui dicunt ratione voti teneri, continere ordinatos in sacris, & sic continentiam ex iure Diuino naturali, & ita concedunt emitti hoc votum in susceptione ordinum, aliqui negant hoc votum, & consequentes negant obligationem, quæ castitas obiter nota, quod debet esse non solum non contrahēdo matrimonium, sed etiam ab omni actu venereo.

Aliqui dicunt iure Diuino annexam esse continentiam ordini sacro, & ratio horum est, quia ab Apostolorum tempore Ecclesia latina, & Græca obseruauit, vt promoti ad ordines sacros continerent, & videtur esse iuris Diuini.

2 Aliqui dicunt solo iure Ecclesiastico continentiam esse annexam ordinibus sacris, & ratio horum est, quia Græcis permissus est vsus matrimonij, quando est initum ante ordines. cap. cum olim de Cler. coniug. & D. Greg. lib. 1. Epist. 42. concessit Subdiaconis Siciliæ posse permanere in matrimonijs ante ordines contractis. Et Paulus 11 I. idem Clericis Germaniæ, & hæc est probabilior sententia. Vide Sanchez. 6 disp. 27. lib. 7.

3 Sed de castitate status Episcopalis, dic, secundum aliquos, quod iure diuino, & essentialiter sit annexa castitas, quia exemplar virtutum, & lux mundi esse debet, sed verius est solo iure Ecclesiastico illi annecti, ratione ordinis sacri, hinc sequitur Episcopum solum electum, & non ordinatum, non teneri ratione status ad castitatem, & legitur multos Episcopos habuisse vxores, vt D. Dionysius Areopagita, & alij. Hinc Turonica Synodus vxorem cuiusdam Episcopi, Episcopum appellat.

QVAESITVM CXVI.

SVMMARIVM.

1 *Ordinatus per vim cum contraria intentione non suscipit, nec caracterem, nec obligatur ad castitatem.*

2 *Suscipiens ordinem sacrum obligatur ad castitatem, etiam si*

Digitized by Google

non habeat intentionem se obligandi.

3 *Ordinatus per vim, & metum, non tenetur ad Castitatem ex voto.*

4 *Secus, si cessante metu ratificet, & libere exerceat.*

An Ordo sacer obliget ad castitatem, si suscipiatur per vim, vel metum?

1 DIC. Quod si vi præcisa suscipiatur ad nihil prorsus obligat, quia nec ordo valet, nec carafter recipitur, omnino ut res de Baptismo, quia defuit voluntas.

Q Sed nota, quod metus simpliciter cum voluntate non tollit ordinem, neque Caracterem. Conclude igitur, quod metus cadens in constantem virum, facit ordinem nullum, dummodo adsit contraria intentio.

2 Nota de promoto ad sacros ordines sine intentione obligandi se ad continentiam, adhuc obligatur saltem ex Ecclesiæ institutione, quæ obligat sponte promotos, siue velint, siue non, & sic promotus peccat mortaliter cum illa intentione, & tenetur obseruare castitatem.

3 Conclude igitur, quod metus cadens in constantem virum operatur, vt qui continere non teneatur, imo idem, si metus non fuerit cadens in virum constantem, dummodo sit talis, vt ob illum timorem quis initiatus esset, & sine illo non fuisset initiandus. Nauar. lib. 1. conf. tit. de his, quæ vi. Imo aliqui sentiunt matrimonium hoc modo contrarium esse nullum in foro conscientiæ, sed contrarium est verius.

4 Sed nota, quod si metu ordinatus etiam graui, postea verbo vel facto ratificet vsens ordine liberè statim tenetur continere, quia tunc eligit permanere in ordine, Sanchez. de impedimentis disp. 29. num. 9.

QVAESITVM CXVI.

SVMMARIVM.

1 *Ordines suscipiens ante vsum rationis secundum aliquos tenetur*

Digitized by Google

tur continere ex voto, sed verior est opinio, quod non tenetur.

2 *Ordines suscipiens post usum rationis, sed ante pubertatem, teneatur ex voto continere, multa sententia & verior explicatur.*

An ordo susceptus ante usum rationis, aut ante pubertatem obliget ad continentiam?

1 DIC. Quòd ordo susceptus ante usum rationis, aliqui dicunt, quod obligat ad continentiam. Palud. 4. dist. 37. q. 1. art. 1. num. 14. D. Antoninus 3. p. tit. 1. c. 8. & proinde matrimonium postea contractum irritum esse. Ledesma 2. p. 4. quæst. 56. art. 4.

Alij dicunt, quod non tenetur continere ex voto, sed quod non potest contrahere matrimoninm. Angles. 1. p. de Sacram. Ord. quæst. vnica, art. 4. diffic. 1. Et ratio est, quia licet non ligetur voto, potest ex statuto Ecclesiæ prohiberi contrahere matrimonium. Sed tu dic verius, quod hic nulla ratione tenetur continere.

4 Sed de ordinato post usum rationis ante pubertatem. Aliqui dicunt, quod non tenetur continere.

Sed de ordinato post usum rationis ante pubertatem, aliqui dicunt, q tenetur continere Glos. in c. pueri el. 1. q. 1. & c. vnico. de Cler. per saltum promoto, aliqui dicunt, quod si impubes ille sit doli capax continere tenetur, si secus non tenetur. Aliqui dicunt, quod non tenetur continere, nisi ratificet post pubertatem, & hæc est verior sententia, & ita volens recedere potest inire matrimonium, idem de ordinato ad ordines sacros ante annum decimum septimum, sed si quis fuerit ita ante legitimam ætatem ordinatus non potest vti ordine, donec ætatem requisitam adeptus sit, & est suspensus, nec ante dictam ætatem tenetur ad recitandum Diuinum officium. Sed si adeptus ætatem ratificet, tenetur recitare, & non potest retrocedere. vide Sanchez.

Digitized by Google QV AE-

QVAESITVM CXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Vxor Clerici coniugati non gaudet priuilegijs mariti.*
2 *Secundum aliquos gaudet priuilegio fori superstite marito, vel etiam existente vidua.*
3 *Nec gaudet aliquo priuilegio vxor cuius maritus de sui consensu transit ad sacros Ordines.*

An vxor Clerici coniugati gaudeat priuilegijs mariti?

1 DIC. Resolutè, quod non, neque quo ad priuilegium fori, neque quo ad priuilegium Canonis, cum sit personale, & conceditur soli viro ratione ordinis, vxor non potest esse capax participationis alicuius Ordinis, quicquid dicāt alij, quoad priuilegium fori existimant gaudere priuilegio viri sui ratione, quod familia gaudeat priuilegio Domini sui. c. final. de officio Archidiaconi, & vxor censetur de familia viri. Glos. final. ff. ad municip. l. mulieres. C. de dignitate lib. 12. Angel. verb. excom. 7. casu 5. num. 8.

2 Aliqui tenent gaudere priuilegio fori, dum superstes est vir eius. Glos. l. 2. C. de Episcopis, & Clerici, ibi Bald. Imo aliqui tenent gaudere, etiam dum durat vita, quia censetur esse in priori matrimonio, sed hæc opinio non est probabilis.

3 Sed quando vir de licentia vxoris transit ad ordines sacros, quidam dicunt gaudere priuilegijs viri, id apud græcos, non apud latinos. Tu tamen dic, nullo gaudere priuilegio, nec effici personam Ecclesiasticam, vt aiunt aliqui, & satis priuilegiata erit, si honestè viuat.

QVAESITVM CXIX.

SVMMARIVM.

1 *Impotentia coeundi respectiua quomodo impediat, & dirimat matrimonium explicatur.*

An

Digitized by Google

An impotentia ad coeundum impediat, & dirimat respectiuè?

1 DIC. Vt infra, quod aliqui ex cap. 2. 33. q. 1. negant impotentiam naturalem respectiuam, ac perpetuam diri mere, & hinc sequitur; quod non dirimat respectu aliarum, si cum alijs dignosceretur non adesse eadem impotentia, & ratio primæ conclusionis est, quia respectu illius non posset esse viri obligatio ad copulam, vtpote, quia impossibilis est, sed bene verum respectu alterius; cum qua est possibilis. Hic dicas, quod si respectu mulieris ita sit arctum vas, vt virga virilis penetrare nullo modo possit respectu mulieris, & illius viri propter forsan membri virilis excessum, si nec ars succurrere possit, impedimentum dirimens est. Rosella verb. impedimentum. impedim. 15. num. 5. Et Supplementum Pisanæ eodem impedimento, & numero. Host. in Summ. de effigijs maleficiatis num. 16.

QVAESITVM CXX.

SVMMARIVM

1 *Maleficijs quis potest reddi impotens ad copulam.*
2 *Quibus modis fiat impotentia explicatur.*
3 *Si hæc impotentia sit perpetua, impedit cum illa persona, quia est impotens.*

An maleficium subsequens matrimoniuin, si reddat virum, aut vxorem impotententes ad copulam, faciat impedimentum dirimens?

1 DIC. Vt infra, quod verum est maleficijs posse quem reddi impotentem ad copulam cap. fin. de frigidis maleficijs, & maleficiatis. D. Thom. 4. dist. 34. q. vnica. art. 3. & 3. par. q. 85. art. 2.

Et

Digitized by Google

2 Et hæc impotentia potest succedere excastratione, elisione, ruptione, deficcatione, infrigidatione, quibus poterit vti dæmon, & reddere hominem impotentem; sic etiam ex tristitia, timore, & aliis passionibus, tempore quo coire velit quis. Vitur etiam Dæmon corpora impediendo, ne mutuo accedant, inflammando ad actum, vt ante validus postea impotens sit, turbando imaginationem, prohibendo rigorem membri, prohibendo etiam missionem spirituum ad membra, vt virtus motiua non moueat semen. Palud. 4. dist. 34. q. 2. art. 3. num. 16.

2 Tunc dic, quando hoc impedimentum est perpetuum impedit cum persona illa, ad quam est impotentia. c. final. 23. q. 1. cæteros casus curiosos matrimoniales. Vide in tractatu Doctissimi Sanchez.

QVAESITVM CXXI.

SVMMARIVM.

1 *Quid debeat facere Parochus, si mulier credens mortuum maritum alteri nubat, explicatur.*

Quid faciat, & quomodo se gerere debet Parochus cum muliere, quæ credens esse mortuum virum suum, vult iterū nubere, asserens, quia eius maritus, multi anni sunt, abest, & iuit ad bellum, & simil.

1 DIC. Quod in hoc casu debet Parochus rem deferre ad Episcopum, vel Vicarium, qui oculate rem perpendat, cum de maximo præiudicio absentis agatur, & capta informatione de certitudine mortis primi viri, poterit dare licentiam mulieri, vt nubat cum secundo viro, videat D. Iudex Sylu. v. matrim. 8. n. 3. Capp. Tolos. decis. 17. & ibi addit. Thea. form. Eccles.

Digitized by Google

Eccleſ. p. 1. de ſponſal. & matr. c. 24. num. 87. Prax. Curiæ Archiepiſc. Neap. c. 26. num. 10. Maſcard. cond. 1074. & ſequen. & textum in cap. in præſentia de ſponſalib. & in his locis reperiet hanc materiam, & deciſionem huius cauſæ, quæ tamẽ præcipuè remittitur eius arbitrio, ſicut in multis alijs cauſis.

QVAESITVM CXXII.

SVMMARIVM.

1 *Explicatur quid debeat facere Epiſcopus, vel eius vicarius, cũ ſponſus defraudat ſponſam, nolens eã accipere in vxorem.*

Quid faciet Epiſcopus, ſeu Vicarius, cum ſponſus defraudauit ſponſam, & poſtea noluit eam ducere?

DIC. Quod poteſt eum carcerare ad finem, vt contrahat. prout tenetur, vt habetur in c. 1. de adulterijs, & cognitio hæc ad ſolum Epiſcopum pertinet. cap. multorum. 35. q. 4 cap. Auditis de præſcript. Couar. variarum. 1. p. c. 7. §. 6. nu. 8 & hoc eſt tam poſt Trid. Conc. 3. ſeſſ. 23. de reform. quam de Iure antiquo, vt per Francum, & Dominicum in cap. cũ Epiſcopus de offic. ordinarij in 6. Quod poteſt Epiſcopus & eius Vicarius in hoc caſu carcerare hunc ſponſum, ſicut in omnibus cauſis ciuilibus coram eo vertentibus, vt etiam docet Praxis iuris Archiepiſc. Neap. c. 13.

Imo poteſt ſponſus hic etiam excommunicari, ſi nolit contrahere, vt colligitur. & cap. ex literis. il. 1.

Sed nota, quod quando adeſt iuſta cauſa non contrahendi, quia ſuperuenit odium tale, vt potius ſcandalum, quam matrimonium ſequatur, tunc tantum eſt monendus ſponſus; vt docet in cap. requiſiuit de adulter. Cum vero non adſit iuſta cauſa non contrahendi, tunc poteſt excommunicari iuxta cap. antedictum ex literis, & ita concordant Scriptores dicta capitula.

De-

Digitized by Google

Debet tamen maxima prudentia procedere iudex Eccleſiaſticus in hoc caſu, ne cogat, vbi timet infelices exitus euenire, vltra etiam, quod in tali caſu matrimonium tali metu contractum, eſt nullum. Abbas in cap. requiſiuit. de ſponſ.

QVAESITVM CXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Requiritur nouus conſenſus habita diſpenſatione Papæ ad ſponſalia inter conſanguineos.*
2 *Etiam ſi ſponſalia non ſint iurata, poſſunt ſponſi compelli ad contrahendum.*
3 *Sed quæ praxis debeat à Iudice obſeruari.*
4 *An ex adulterio occulto vter coniugum admittat ius petendi, ſunt variæ ſententiæ.*

An ſponſalia de futuro contracta inter conſanguineos, ſub conditione ſi Papa diſpenſauerit, habita diſpenſatione requirant nouum conſenſum partium, vel ſufficiat primus?

DIC. Quod requiritur nouus conſenſus, nam per diſpenſationem Papæ non cenſetur ratum, quod prius illicitè promiſſum fuerat. Abb. in cap. de condict. appoſ. Qui loquitur in fortioribus terminis, ſcilicet in ſponſalibus per verba de præſenti. Ita etiam tenuit Rota in vna valentina coram Illuſtriſſimo Blanchetto 1578. matrimonij, & in vna ſponſalium 1594. coram Giſſio.

Nota hic poſſe compelli ſponſos ad contrahendum, etiam ſi ſponſalia non fuerint iurata. Sed ad hoc non debet de facili procedere cum quælibet leuis cauſa poteſt diſſoluere coactionẽ Abbas in cap. requiſiuit de ſponſalibus.

Colligat igitur Dominus Iudex Eccleſiaſticus, ꝙ, licet poſſit cogere ad contrahendum per carceres, ſiue etiam per excommunicationem, ſi viderit tamen eum pertinacem, debet eum

Digitized by Google

absoluere, etiam nolentem, & cõdemnare ad interesse partis læsæ, & hæc est bona praxis, quam sæpè obseruaui in hac metropolitana Curia Beneuentana.

Et notetur hic, quod vter coniugum non amittit ius petendi debitum, si adulterium sit occultum. Lopez. cap. 83. Couar. p. 1. c. 7. §. 2. Sed Ambr. Caterinus lib. 5. tenet contrariũ contra Caietanum. Imò Couar. tenet ita esse, etiam si alter coniugum cognoscat secretè coniugis adulterium, dummodo primo ab Innocente non exigat, tamen conceditur Innocentem posse iustè denegare. Ledesm. qu. 62. Nauar. & putat, ex iustitia posse petere, non autem exigere.

QVAESITVM CXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Potest Iudex sequestrare puellam in aliquo loco tuto pro exploratione voluntatis.*

2 *Locus tutus est monasterium, vel domus paterna, &c.*

3 *Potest extrahi extra oppidũ in casu necessitatis, si fieri potest.*

An pendente lite super matrimonio, videlicet super electione viri inter cõcurrentes in vnã puellam, possit Iudex Ecclesiasticus sequestrare puellam, ne illi inferatur violentia, & eius consensus sit liber?

1 DIC Quod potest in aliquo loco tuto eam sequestrare ad finem explorandi eius voluntatem, quia ad eum spectat prospicere, vt matrimonia sint libera. cap. cum locum. de de sponsi. & c. pæn. de probat. de Butrio dicto cap. cũ locum. Cum enim Iudex Ecclesiasticus competens sit Iudex matrimonij, imò priuatiuè, quo ad alios, est etiam Iudex incidentium, nempe explorationis, voluntatis, & liberè consensus.

2 Et locus tutus in hoc proposito decreto Iudicis assignatus, potest

Digitized by Google

poterit esse, vel monasterium, vel domus paterna cum matre, & patre, fratre, & alijs Sororibus nubilibus, & cum hi aderint, non erit reponenda in monasterio, vt tradit decisum per Rotam Grassis in vna de diuortijs, sed si timeatur iniusta persuasio per dictos consanguineos, non erit ibi reponenda, vt in vna Romana decisum fuit coram Blanchetto 1569. Sed in hoc multum valebit officium Iudicis, vt eam non reponat in loco suspecto

Et si interuenerit casus, vt ad tollendam suspectionem coactionis, necesse sit extra oppidum, vel ciuitatem puellam extrahi si tute id fieri potest, tunc communibus expensibus, scilicet sponsi, & sponsæ, ipsa sponsa adducetur. Casus autem posset esse, si timeatur præsentia Principis, vel alicuius potentis. vide Annotat.

Praxis
Curiæ Archiep. Neap.
cap. 14.

* * *

Sint pro completo laudes tibi Christe labore.

IL FINE.

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX
RERVM NOTABILIVM.

Absolutio.

ABsolutionis definitio. 298.
Absolutio cõditionalis valet non de futuro, in qua non est necessaria eleuatio manuum. ibid.
Absolutio nulla est data laico. 299.
Absolutio data ab inferiori debet esse iuxta tenorem facultatis. 303
Absolutio ab excommunicatione data sub conditione quomodo tenet. 304
Absolutio potest differri in aliũ diem. 305
Absolutio an debeat impendi ex cohabitatione peccãtibus explicatur. 305. & 343
Absolutio, quomodo reiteranda. 306
Absolutio an debeat dari ei, qui loquelam amisit. 307
Absolutio denegatur reo nolenti fateri veritatem iuxta formam iuris. 307
Absolutio ab excõmunicatione potest dari mortuo, qui signa dedit contritionis. 311
Absolutio in articulo mortis potest dari à quolibet Sacerdote dummodo non sit hæreticus, vel scismaticus. ibid.
Absolutio non debet dari nolentibus restituere. ibid.
Absolutio potest dari dolenti de homicidio, vt offensa Dei, licet gaudeat de illo propter sui bonum. 313
Absolutio potest dari iuxta pœnitentis probabilem opinionẽ. fol. ibid.
Absolutio non potest dari non intendẽti euitare peccatũ. 313
Absolutio denegatur nolenti relinquere proximam occasionẽ peccati. 316
Absolutio ab omnibus casibus, & censuris potest dari ad mortem damnatis, & etiam cõmunio. 238
Absolutio data existenti in mortis articulo, si conualescat tenetur adire Superiorem. 341
Absolutio ab excommunicatione Papæ reseruata tribuens est excommunicatus. 342

Digitized by Google

Absolutio an debeat dari nolenti acceptare pœnitentiam, explicatur. 207
Absolutionis potestas à reseruatis non expirat per pœnitentis fictam confessionem. 337
Absolutionis potestas à reseruatis quomodo intelligatur explicatur. ibid.

Adulterium.

Adulterium alterius coniugis causa est diuortij, & quomodo. fol. 598. & 600
Ex adulterio occulto, an uter cõiugum amittat ius petendi. fol. 701

Adultus.

Adulti baptizandi non debent confiteri, nec alia pœnalia exercere tenentur. 71
Adultus baptizandus debet pœnitere de vita præterita. 72
Adultus baptizandus non tenetur diligens examen facere de peccatis. 73
Adultus baptizandus debet habere intentionem suscipiendi baptismum. 42. & 73
Adultus, qui petijt baptismum si loquelam amisit, debet baptizari. 74

Affinitas.

Affinitas quid sit, & quotuplex, quomodo contrahatur, & cognoscatur, & ad quem gradum extendatur, explicatur. fol. 626

Amentes.

Amentes à natiuitate sub potestate constituti possunt baptizari. 75
Amentes ex infirmitate, an sint baptizandi ex signis oportet iudicare. 75
Amentes dilucidi interualli, cum sunt sanæ mentis, debent baptizari. ibid.

Apostoli.

Apostoli fuerũt baptizati baptismo Christi. 41
Apostoli quomodo sacramentum confirmationis conferebant, explicatur. 126

Archiepiscopus.

Archiepiscopus non debet confirmare subditos aliorum Episcoporum. 123

Atritio.

Atritionis species assignantur, & quomodo quis ex attrito fiat contritus. 221

Baptis-

Digitized by Google

Baptiſmus.

Baptiſmus in neceſsitate poteſt abſque peccato adminiſtrari ab exiſtente in peccato mortali. 29

Ad Baptiſmum inuitus ductus ſi habuit intentionem, vere eſt baptizatus. 34

Baptiſmus Ioannis non fuit ſacramentum, nec de præceptò, ſed quid fuit explicatur. 35

Baptiſmi plura nomina, & eorũ ſignificationes. 36

Baptiſmi definitio. 38

Baptiſmus fuit inſtitutus à Chriſto. ibid.

Baptiſmus triplex, & explicatur. ibid.

Baptiſmus ſanguinis, quomodo aliis præſtantior. ibid.

Baptiſmus eſt neceſſarius ad ſalutem. 41. & 42

In Baptiſmo tria ſunt neceſſaria materia, forma, intentio miniſtri, quæ explicatur. 42 & 43

Baptiſmi miniſter quis ſit aſſignatur. 43

In baptiſmo, qualis debeat eſſe intentio explicatur, quæ ſi deſit in baptiſmo paruuli non eſt baptizatus, in adulto verò ſiaes ſupplet, qua ſaluatur. fol. 44.45.46

Baptiſmi materia, quare eſt aqua. 46

De Baptiſmi materia figuræ, & prophetiæ in veteri teſtamẽto. 47

Baptiſmi materia non poteſt eſſe lixiuium, broduim, aqua vitis, nec omne, quod non eſt aqua naturalis, nec aqua admixta alia materia quæ perdat naturam aquæ, nec aqua reſoluta ex ſale, nec aqua admixta veneno, vel ebulliens ſi ſit periculum mortis: de aqua rubea, vel nigra, vel aliàs alterata, dubius eſt baptiſmus. 47. 48. 49. & 50

Baptiſmi aqua neceſſariò debet tangere corpus. 50

Baptiſmus poteſt fieri aquæ effuſione, aſperſione, immerſione. 51

Baptiſmi ritus ſeruetur iuxta morem Cathedralis Eccleſiæ fol. 51. 52

Baptiſmus paruuli infirmi debet fieri leuiſsimis guttis. 55

Baptiſmus pueri in alqua parte factus non dum egreſsi eſt dubius. 53

Baptiſmus non debet dari puero ſuper ventrem matris, nec debet apperiri mater, niſi verè ſit mortua. 54. 78.

Digitized by Google

Baptismi forma, omissa particula ego, vel Amen tenet. 16 & 49
Baptismi forma debet exprimere nomina personarum sanctissimæ Trinitatis, vnde collatus in nomine Trinitatis, Dei, vel Domini, non tenet. fol. ibid.
Baptismus collatus ab Apostolis in nomine Christi, fuit verè baptismus 58
Baptismus debet exprimi per verbum baptizo, si loco eius dicatur lauo, abluo, abstergo, & similia verba, tenet, sed peccat minister. 60
Baptismi forma debet explicare personã, quæ baptizatur, per verbum Te, loco cuius, si dicatur Petrum, vel vestrã Dominationem Maiestatẽ, Ducẽ, &c. esset verè Baptismus sed peccat minister. 61
Baptismus datus in nominibus Patris, & Filij, & Spiritus sancti, vel in nomine patris, in nomine Filij, in nomine Spiritus sancti, non est validus, in nomine genitoris, geniti, & procedentis secundum veriorem sententiam non est sacramentum. 63
Baptizans filium, quem habuit ex sponsa de futuro non contraxit impedimentum dirimens matrimonium. 687
Pecuniã an liceat dari Parocho pro Baptismo explicatur. 84. & 85. 88.
Baptismus à pluribus datus, est validus, sed si intenderẽt concurrere vt causæ partiales, nõ esset validus, & si vnus solũ prius alijs proferat verba, iste solus baptizat. 64
In baptismo puer habens vsum rationis, potest esse patrinus. fol. 686.
Baptismus potest simul pluribus conferri in casu magnæ necessitatis. 65
Baptismus debet ab eodem fieri, a quo proferuntur verba. fol. 65
Baptismus non est dandus filijs infidelium, nisi sint adulti, nec pater inuitus debet baptizari fol. 66. 67.
Baptismus nõ debet dari infideli existenti in peccato mortali, qui si baptizetur recipit characterem, sed non gratiam. 70
Baptismus non debet differri. fol. 76
Baptismus datur filijs infidelium vel quorum ignoratur pater in fide parentũ spiritualium vel baptizantis. 76
Baptismus datus infanti in periculo

Digitized by Google

culo mortis in capite est validus, in alijs partibus est dubius, & sub conditione reiteratur. 77
Baptismũ qui verè non recepit, sed credit se recepisse, saluatur per fidem, & opera charitatis. 82
Baptismus, siue in forma, quam vtuntur latini, siue qua vtuntur græci est verus. 83
Baptismus datus vt masculo, qui postea euadat famina, est validus. 86
Baptismus datus à patre filio, an causet in patre aliquod impedimentum explicatur. 87
Baptismi effectus numerantur, & explicantur. 91.92
In Baptismo nominis impositio non est de necessitate sacramenti. 90
Baptismus non facit seruum liberum. 91
Pro Baptismo licet emere aquã, non vt sanctificatam. 85
Baptismum nemo potest sibi ipsi dare. 94
Per Baptismum confertur pueris æqualis gratia, adultis verò maior, vel minor iuxta eorũ dispositionem. 93
Baptismus, an sit rectè collatus, debet Parochus inuestigare, præsertim de baptizatis domi ab obstetrice. 96
In Baptismo requiruntur patrini à Parocho designati, non de necessitate sacramẽti; qui debent esse baptizati, & potest esse vnus, & ad sũmum duo, quorum onus, quando desunt debet subire Parochus. 96.97 & 98
In baptismo non possunt esse susceptores puerorum pater, & mater, nec Religiosi possunt sine necessitate baptizare, & esse compatres. 97
Baptismum potest cõferre cæcus & surdus, & mutus. 89
Baptismi cæremoniarum significationes explicantur. 103
Christus recepit baptismum flaminis, aquæ sanguinis, & cur voluerit Baptizari, explicatur. 49
Baptismus an debeat dari monstro explicatur. 79

Beati.

Beati in patria non dolent, sed pœnitent de peccatis.

Benedictiones nuptiales.

Benedictiones nuptiales nõ sunt de necessitate sacramenti, nec præcepti, nec faciendæ in secũdis nuptijs. 36
Benedictiones nuptiales non possunt

Digitized by Google

sunt conferri excommunicatis. 695

Beneficium.

A beneficij consecutione iniustè impediens, tenetur ad restitutionem. 407

Caracter.

CAracter quid sit, explicatur, & in qua parte animæ reperiatur. 16

Caracter Ordinis præsupponit caracterem Cõfirmationis de congruitate. 124

Canones pœnitentiales.

Canones pœnitentiales recensentur. 128. *& infra.*

Casus reseruati.

Casus reseruati ex aliqua circũstantia effecti veniale peccatum non sunt reseruati. 337

Census.

Census sunt liciti, si iuxta Bullas Pontificias sint constituti. fol. 419

Census vitalitius, an sit licitus. fol. 444

Census venditio ad tempus determinatum, an sit licitum. ibid.

Census conditiones iuxta Pontificias constitutiones, & Regni consuetudinem. 446

Census quædam illicita pacta re censentur. 448. *& 449.*

Cæremoniæ.

Cæremoniæ in administratione Sacramentorum, si omittantur ex contemptu est mortale alias veniale in casu necessitatis possunt omitti. 21

Chrisma.

Chrisma debet singulis annis renouari. 114

Chrisma conficitur ex oleo, & balsamo, & eius mysterium. fol. 207

Chrisma in vltima cœna Christus Dominus docuit conficere. 116

Chrismatis cæremoniæ in eius confectione, quæ? 136

Confessio,

Confessio sacramentalis quomodo necessaria in omni lege. fol. 246

Confessio, quomodo necessaria pro administratione Sacramẽtorum. 30

In confessione aliquid tacere, quando sit peccatum mortale, explicatur. 273

Confessio in quibus casibus sit reiteranda explicatur. 277

Digitized by Google

Confessio fuit instituta à Christo cuius definitio assignatur. fol. 247.268.
Confessio non potest fieri per nuncium, vel per Epistolam. 25
Confessio est de iure Diuino determinatio temporis de iure Ecclesiastico, & quando debet fieri explicatur, 247. & 248
Confessio numquam reuelanda, nisi de licentia pœnitentis. fol. 280
Confessionis sigillum in multis casibus frãgitur, & malè. 283
Confessio venialium potest fieri cuilibet Sacerdoti. 253
In confessione mentiri, quando est peccatum mortale. 255
Confessionem dilosè audiens, tenetur ad sigillum.
Confessionem reuelantium pœnæ quæ sint. 196
Confessio sacramentalis, quando & quomodo sit necessaria explicatur. 188. & 161.

Confessor.

Confessoris sex conditiones explicantur. 280
Confessoris peccata in audiendis confessionibus quæ sint explicatur. ibid.
Confessor plures simul in confessione audiens, qui sint doli capaces, peccat. 289
Confessor, nec etiam metu mortis, etiam si à Summo Pontifice interrogaretur, potest reuelare confessionem, nec etiã fictè accedentis. 290. 291.
Confessorem licet adire peritiorem ad consulendum casum conscientiæ, si faciat modo debito. 292.
Confessor plures audiens in confessione, & tantũ vnum laudans de bona conscientia, frãgit sigillum. 296
Confessoris facultas ab Episcopo approbati, non expirat per mortem Episcopi. 345
Confessor qui absoluit, quem non potuit, quid facere debeat. fol. 292
Confessor quomodo se gerere debet in imponẽdis pœnitentijs, & quæ opera potest imponere explicatur. 333. 353.
Confessor, qui habet facultatem absoluendi à casibus Episcopo reseruatis potest absoluere ab excommunicatione lata per generalem sententiam. 33
Confessariorum regulæ ad audiendas confessiones. 452
Confessariorum modus audiendi confessiones. 458
Confessariorum interrogationes apponuntur. 459
Confessoris iudicio probatur annus

Digitized by Google

nus discretionis. 194

Confirmatio Sacramentum.

Confirmationis definitio traditur. 105
Confirmationis effectus assignatur. 206
Confirmationis sacramentum fuit figuratum in veteri scriptura. 206
Confirmationis plura nomina, quorum significationes explicantur. 207
Cõfirmatio fuit instituta à Christo. 208. & 7
Confirmationis datur causa, forma, & minister. 110
Confirmationis materia est oleũ oliuarum, an etiam balsamũ, explicatur. 110
Confirmationis minister est Episcopus, & in oleo consecrato ab Episcopo debet fieri, & nõ aliter. 112
Confirmationem potest administrare Sacerdos delegatus à Papa, Chrismate tamen ab Episcopo consecrato. 123
Confirmationis forma, quæ sit explicatur, quæ habetur Apostolica traditione. 114.115. & 116
Confirmatio debet fieri in fronte confirmandi. 117
Confirmatio regulariter datur pueris cum ad vsum peruenerint rationis, licet possit dari in omni ætate. 118
In cõfirmatione datur leuis alapa, & cur. 118
Confirmatio non est necesse, quod à ieiunis suscipiatur, & administretur, nec ligamen in fronte, nec oblatio cerei sunt de essentia sacramenti. 119
Confirmationem suscipientes, lide consilio teneantur confiteri de necessitate præcepti teneantur confiteri, si sint in peccato mortali. 120
Confirmatio non est simpliciter necessaria ad salutẽ, & omittens ex cõtemptu peccat mortaliter. 121. 122.
Confirmari non curans paterfamilias suã familiã, an peccet explicatur. 123
In confirmatione, qui nõ possint tenere explicatur. 129
In confirmatione, qui debent esse patrini explicatur. 128 & 130
In confirmatione vnus, vel duo possunt tenere, & qui contrahunt affinitatem, explicatur. fol. 131
Confirmationem bis uscipientes sunt irregulares. 32
Confirmationis susceptores, qui debent esse. 133

Confir-

Digitized by Google

Confirmatio imprimit carctcrem. 134
Confirmatio an sit nobilior Baptismo. 135

Cognatio.

Cognatio spiritualis, inter quos contrahitur, explicatur. 99
Cognatio spiritualis de iure anti quo erat triplex. 99
Cognatio spiritualis contrahitur in Baptismo, & etiã ex Catechismo. 101
Cognatio quæ, & quotuplex sit. explicatur. 99
Cognatio non cõtrahitur per procuratorem, & multi casus explicantur. 621
Cognatio carnalis definitur, & explicatur. 623
Cognatio legalis quæ? 633
Cognatione spirituali coniuncti, si carnaliter copulentur, & obtineant dispensationem nulla facta mentione de copula, valet dispensatio. 868

Contritio.

Cõtritionis, & attritionis significatio, & definitio assignatur. 219
Contritonis effectus assignatur. fol. 223
Cõtritio quomodo necessaria. 227
Contritionem quando quis tenetur habere. 228
Contritionis dolor quantus debet esse. 229.231.
Contritio de quolibet peccato actuali haberi potest.

Consecratio.

Ex vi verborum consecrationis fit transubstantiatio panis, & vini in corpus, & sanguinem Christi. 180
Consecrationis materia indebita excluditur. 184. 185. 187 188. 191. 192. 193. 194.
Consecrationis ritus duplex in fermentato, vt græci, in azimo, vt latini. 169
Consecrari quis numerus hostiarum potest, vel quantitas vini. 189
Consecrationis forma, si mutetur non fit consecratio. 199.201.
Consecrationis sanguinis forma quæ sit explicatur. 200

Damnum.

Damnum proximo quatuor modis infertur. 376
Damnum emergens potest interuenire in mora soluendi, & quando potest exigi in mutuo. 424
Damnum in corpore sex modis infertur. 382

Debitum matrimoniale.

Debitum matrimoniale quid sit explicatur, & quando debeat reddi

Digitized by Google

reddi, & quibus casibus excusatur ab illo alter coniugum. fol. 604

Defloratio.

Defloratio virginis consentientis est distincta species luxuriæ, & necessaria explicanda in confessione. 697

Denunciationes matrimoniales.

Denũciationes matrimonij quãdo, & quomodo debeant fieri explicatur. 570

Denunciationes matrimoniales sunt de præcepto Ecclesiæ, an possint dispensari explicatur. fol. 665

Detractio.

Detractio ex suo genere est peccatum mortale, licet possit ex circumstantia esse veniale, & detrabentem de odio audiens, peccat mortaliter. 397

Dimissoriæ littere.

Dimissorias litteras ad ordinationes suscipiendos quis debeat concedere, explicatur. fol. 101

Diuortium.

Diuortij multæ causæ assignantur. 603

Dos.

Dos in matrimonio ob tria datur. 566

Dotare.

Dotare tenetur pater filiam, etiã pro matrimonio spirituali in ingressu Religionis approbata, si tenetur pro matrimonio carnali, idem dic de Vassallis. fol. 565

Dotare tenetur pater filiam, etiã spuriã, & potest cogi, in cuius defectu tenetur frater. 566

Dotare tenetur pater Clericus, etiam filiam spuriam, etiam ex fructibus beneficij. 566

Emere.

Emere vt carius vendatur, quando est iniusta actio, obligans ad restitutionem explicatur. 441

Emere emptione dicta de fortuna, an, & quomodo sit licita. fol. 440

Episcopus.

Episcopus degradatus, si confirmet, conficit sacramentum, sed peccat. 128

Episcopus potest extra Ecclesiã in loco decenti confirmare. 132

Episcopus non potest conficere Chrisma extra Ecclesiam. fol. ibid.

Episco-

Digitized by Google

Episcopus potest absolui à Confessario à se electo ab omnibus casibus, in quibus ipse potest alios absoluere. 33
Episcopus est minister sacramenti Ordinis, & debet esse proprius, nisi in aliquibus casibus. 106
Episcopus à tribus Episcopis ordinatur. 507
Episcopus ordinans ordinandum sine literis dimissorialibus est suspensus, nisi in aliquibus casibus. 511
Episcopus potest dispensare in irregularite proueniente ex defectu ætatis in ordinato, explicatur. ibid
Episcopus ordinans ad sacros ordines aliquem sine beneficio, ad quid tenetur. 516
Episcopus confirmans oleo non consecrato, vel non consecrat ex balsamo, vel Chrismate veteri, peccat mortaliter. fol. 125.
Episcopus potest reuocare licentiam audiendi confessionem. fol. 345
Episcopus potest absoluere impeditos eundi ad Summum Pontificem. 346
Episcopus quid debeat facere cũ sponso, qui defraudat sponsam nolens ducere in uxorem. fol. 704

Eucharistia.

Eucharistiæ Sarramentum quid sit explicatur. 138
Eucharistiæ nomina, & effectus explicantur. 140
Eucharistia in lege veteri præfigurata, & in nouo ante institutionẽ significata. 140.209
Eucharistia fuit à Christo instituta. 141
Eucharistiæ materia est panis, & vinum, forma verba consecrationis, minister est Sacerdos ritè ordinatus. 103
De Eucharistiæ Sacramẽto tres præcipuè veritates sunt credendæ. 145
Eucharistiæ sacramentũ est vnũ vnitate perfectionis, & finis. fol. 147
Eucharistiæ sacramentum est necessarium ad salutem adultis estq. de iure Diuino, determinatio temporis pro sumptione de iure Ecclesiastico. 148
Eucharistiæ effectus explicantur fol. 152
Eucharistia publicis peccatoribus non pœnitentibus, etiam in articulo mortis denegatur. fol. 152
Eucharistia non denegatur peccatori secreto publicè petenti. ibid. & 155. 310

Digitized by Google

Eucharistia denegatur amentibus, & furiosis perpetuis. fol. ibid.

Eucharistia quibusdam conditionibus potest dari in articulo mortis freneticis ex infirmitate, & à dæmone obsessis pro aliquo tempore. 154 & 155

Eucharistia denegatur publico peccatori, & secreto petenti. fol. 155.

Eucharistia non denegatur ad mortem condemnato, nec cuilibet peccatori pœnitenti, etiã hæretico. 157.

Eucharistia debet sumi à ieiunis ieiunio naturali, cuius ieiunij multæ rationes assignantur. fol. 166.168.

Eucharistiæ sumptio in articulo mortis est de iure Ecclesiastico, in vita de iure Diuino. fol. 168

Eucharistiæ sumptionem non impediunt reliquiæ cibi inter dẽtes. &c. 170

Eucharistiæ sumptionem, vomitus quomodo impediat. 173.

Eucharistiæ sumptionem, quando impediat effusio seminis. 174 & 175

Eucharistiæ sumptionem quando impediat somnium sacrilegij, furti, &c. 177

Eucharistia verè, & carnaliter continet Corpus, & Sanguinem Christi. 179

Eucharistiæ sacramentũ omniũ Saramentrum est dignissimum. 17

Eucharistia sumentium octo cõditiones explicantur. 150

In Eucharistia species sacramẽtales possunt nutrire, & quomodo explicatur. 181

In Eucharistia Corpus Christi, quãto tempore permanet, explicatur. 181. 197

Eucharistia adoratur adoratione latriæ. 181

In Eucharistia, si appareat puer, vel caro humana, &c. quid debeat fieri explicatur. 182 & 183.

Eucharistiæ, si species Sacramentales vini alterentur per appositionem alterius vini, an cõtineãt sanguinẽ Christi explicatur. 197

Eucharistiæ consecrationis forma panis, & vini traditur & explicatur. 198.199.

Eucharistiæ cõsecrationis forma explicatur. 206. 207

Eucharistia confert gratiam non ponentibus obicem. 200

Eucharistia solus Parochus administrat in articulo mortis. fol. 200

Eucha-

Digitized by Google

Eucharistia ex Indulto Clemen- VIII. *datur existentibus in triremibus.* 202
Eucharistiam quotidie sumere, an sit laudabile. 213
Eucharistiæ species panis, & vini sunt sacramentum tantũ, res tantum est gratia, res, & sacramentum Corpus, & sanguis Christi. 143
In Eucharistia quomodo causet gratiam Corpus Christi, & sumptio sacramenti, & species Saramentales. 143

Excommunicatus.

Excommunicatus publicus in articulo mortis, potest absolui, si conualuerit, tenetur adire Superiorem. 157
Excommunicatus ab Episcopo, & à Papa ob eandẽ causam, si absoluatur ab vna excommunicatione non censetur absolutus ab alia. 336
Excommunicatus excommunicatione Papali, nisi sit reseruata, possunt absolui ab omni Confessario, licet in foro exteriori ab habente authoritatẽ. fol. 318
Excõmunicatus contrahens matrimonium, peccat mortaliter sed valet matrimonium. fol. 693
Cum excommunicato, & publico contrahens, excommunicatur, & alij casus ponuntur. fol. 605
Excommunicati quomodo vitãdi. 695
Excommunicati, an peccent mortaliter contrahentes sponsalia. 691

Extrema Vnctio.

Extrema vnctio, quare hoc nomine appellatur. 472
Extrema vnctio non est necessaria necessitate præcepti citra contemptum. 472
Extremæ vnctionis definitio assignatur. ibid.
Extrema vnctione non expleta, si moriatur infirmus, an recipiat gratiam. 473
Extrema vnctio fuit à Christo instituta, & ab Apostolis promulgata. 473
Extremæ vnctionis materia est oleum ab Episcopo consecratũ fol. 474
Extremæ vnctionis olei consecratio, si oleum non consecratum, an totum, sit consecratũ explicatur. 475
Extremæ vnctionis forma quæ sit explicatur. 476. 477. & 478.

Digitized by Google

Extrema vnctio in quibus partibus corporis debet fieri, explicatur. 478
Extrema vnctio vnicum est sacramentum. 479
Extrema vnctio per mortem Presbyteri, potest per alterũ Presbyterum suppleri. 479
Extremæ vnctionis effectus explicantur. 479
Extrema vnctio principaliter ordinatur ad delenda peccata venialia, & reliquias peccatorum. 481
Extrema vnctio quibus, & quãdo administranda. 483. 484 & 489
Extrema vnctio à pluribus Sacerdotibus non debet dari, debet esse simul cum prolatione verborum, & plures potest dari in eadem infirmitate, si pluries subeat periculum mortis. 485
Extremæ vnctionis quis sit minister. 486. 488

Fama.

FAma quatuor modis laeditur. fol. 385
Famam laedere si semper sit peccatum mortale. 392. 393

Furtum.

Furtum ex suo genere est peccatum mortale, ex circumstantia veniale. 401

Filij illegitimi.

Filij illegitimi legitimantur per subsequens matrimonium. fol. 656.

Homicida.

HOmicida tenetur satisfacere Deo, & hæredibus. fol. 383.

Incestus.

INcestus an impediat, & dirimat matrimonium, ita cũ consanguinea, sicut cum affine, duplex opinio. 689

Iudex.

Iudex non potest procedere cõtra aliquem cuius peccata scripta pro sacramentali confessione inueniat. 196
Iudex potest sequestrare puellã in loco tuto pro exploratione voluntatis, & alia declarantur. 706

Legatum.

LEgatum integrũ debet dari puellæ maritandæ, si ingrediatur Religionem, quod si excedat, quid faciendum explicatur. 765.

Digitized by Google

Legatum pro maritandis, vel pro vxore, si non transeat ad secundas nuptias, an si ingrediatur Religionem, debeat illis erogari. 562

Lucrum cessans.

Lucrum cessans, an sit licitum exigere. 425
Lucrum cessans non debet exigi à sponte mutuante. 425
Lucrum cessans, quando sit licitũ paciſci. 425
Lucrum cessans quando licet taxari à principio. 326
Lucrum triplex, & in quibus cadat explicatur. 414

Maleficium.

Maleficium maleficio tolli non debet 653

Matrimonium.

Matrimonij definitio traditur, & explicatur. 556. 567
Matrimonium potius à matre, quàm à patre dicitur, & quare. 559
Matrimonium si propter impedimentum sit inualidũ, quid faciendum explicatur. 548 & 577. 558
Matrimonium duplex, & explicatur. 560
Matrimonij dotem ad iudicem secularem eiusdem validitatem recognoscere ad Ecclesiasticum spectat. 534
Ad matrimonium cogentes aliquos sunt excõmunicati. 564
Matrimonium quando censetur ritè factum per verbum volo explicatur. 546
Matrimonium carnale quotuplex. 566
Matrimonij quatuor sunt præparatoria. 566
Matrimonium contractum non præmijs denunciationibus, an sit validum explicatur. 580
Matrimonium potest contrahi per Procuratorem, per nuncium, per Epistolam. 572 & 583. 661
Matrimonij minister quis sit, explicatur. 573
Matrimonij materia, & forma traditur, & explicatur. 537
In matrimonio verba Parochi non sunt de essentia. 537
Matrimonium clandestinè contrahentes, sunt inhabiles ad contrahendum. 575
Matrimonium clandestinum in quibus casibus sit validum fol. 575
Matrimonij consensus an possit per alios exprimi, quàm per contrahentes. 582
Matrimonij consensus, quam ætatem requirat, in mascula & in femina. 583

Digitized by Google

Matrimonij consensus conditionalis an validus. 583
Matrimonium turpi conditione contrahentes, peccant. 587
Matrimonij conditiones quotuplices. 588
Matrimonium est indissolubile, vbi multa dicuntur de maerimonijs infideium. 594
Matrimonium ratum non consumatum, potest dissolui. 395
Matrimonium per mortem dissoluitur. iaid.
Matrimonium contrahens animo ingrediendi Religionē post emissum votū castitatis, peccat mortaliter, & non potest petere debitum. 606
Matrimonium contrahentes, si existant in peccato mortali, peccant, non vt ministri, sed vt susciptentes. 33
Matrimonium quomodo impediat maleficium. 658
Matrimonij impedimenta qua, & quot sint explicatur. 610 & 611.612.613.
Matrimonij separatio quo ad thorum, propter adulteriū, quomodo possit fieri, vel quo ad habitationem explicatur. fol. 600
Matrimonium in quibus casibus sit validum sine præsentia Parochi 661
Matrimonium captiuorū Christianorum sine Parocho, & testibus, an teneat, explicatur. 677
Matrimonium nullum est si fiat inter coniugatam, & illum, cum quo rem habuit suppositā promissione. &c. 685
Matrimonium an cadat sub præcepto, & quomodo. 661
Matrimonium est nullum, si fiat cum adultero, qui occidit maritum illius, quam ducit in vxorem. 685
Matrimonij clandestini delictū est mistifori, eius pœnæ requirunt sententiam Iudicis, & quis sit Iudex, explicatur. fol. 675
Matrimonio clandestino qui interfuit, an possit dispensari ab Episcopo explicatur, & assignatur. 677
In matrimonij quæstionibus iuris non potest se intromittere Iudex secularis, vt asseritur. fol. 681
In Matrimonio dispensatio in gradibus prohibitis spectat ad Summum Pontificem. fol. 629
In matrimonio dispensatio, in quibus casibus spectet ad Episcopum declaratur, & explicatur. 630

In

Digitized by Google

In matrimonio dispensatio, si cõsumetur ante expeditionem Bullæ, an teneat. 631
In matrimonio criminis impedimentum publicæ honestatis, quod sit. 636
Matrimonium cultus disparitas impedit, & de matrimonio infidelium. 638.639.640
Matrimonium vis, & metus, quomodo impediunt. 641. & 642.643
Matrimonij ligamen, impotentia, quomodo impediunt. fol. 648.650.651.701.702
Matrimonij onera quæ. 645. & 646
Matrimonium non valet sine mutuo consensu. 665
Matrimonium contractum viuente altero coniugum, quem credit mortuum, an sit validum, & quid faciendum. fol. 685.703

Monialis.

Monialis per vim professa potest in foro conscientiæ contrahere matrimonium, at in foro fori debet petere dispensationem. 616

Ordo.

ORdinis Sacramentum definitur. 589
Ordines sunt septem. ibid.
Ordines omnes, quomodo sint sacramenta. 490
Ordo Episcopatus, quomodo distinguatur à Sacerdotali. 400
Ordinum singulorum materia, & forma, & officium explicatur. 490. 592. 494.
Ordinum incapaces, qui sint explicatur. 495
Ordinem suscipiunt, si ordinantur amentes, pueri, cæci, ineptes, &c. 595
Ordinum incapaces sunt irregulares. 495
Ordinem superiorem non suscepto inferioris, suscipiens est suspensus ab exercitatione illius ordinis. 397
Ordinum suscipientis ætas, quæ explicatur. 497
Ordines quo tẽpore, & quo loco conferri debent, explicatur. fol. 498
Ordinum per interstitia quomodo obseruanda, & dispensanda. 499
Ordinum suscipientium, quæ sufficientia requiratur. 500
Ad ordines debet Episcopus pro se ordinandos examinare, & impeditus approbatos ad alios Episcopos ordinandos mittere. 501
Ad ordines examinari debent etiam

Digitized by Google

etiam Religiosi. 101
Ad ordines sacros ordinandus debet habere titulum. 503
In ordinatione administrans in peccato mortali, an peccet? fol. 504
Ordinibus maioribus ordinatus ad quid tenetur, explicatur. fol. 507
Ordines minores, qui possint conferre explicatur. 507
Ad ordines sacros promotus ante legitimam ætatem, quas pœnas incurrit, tam ipse, quam ejus ordinator. 509
Ordines suscipere quis potest ratione domicilij, originis, & seruitij triennalis. 510
Ad ordinem promoti, si retrocedat donationem sibi factam, pœna assignatur. 528
Ad ordinem promouendorum examen. 119
Ordinem non recipit non baptizatus. 28
Ordines sacros per vim suscipiens non tenetur ad castitatē, si non habuit voluntatem se obligandi, & quid facere debeat, explicatur. 643. 699
Ordines suscipiens injecta uxore est irregularis, & non potest petere debitum. 146
Ordinem suscipiens contraria intentione non suscipit character, nec obligatur ad castitatem. 699
Ordinem suscipiens ante usum rationis, vel ante pubertatē, an teneatur ad castitatem. fol. 700

Opus.

Opus operatum, & opus operantis, quid sint explicatur. 5
Opus factum in peccato mortali non est satisfactorium. 133

Parochus.

PArochus proprius quis sit explicatur. 251
Parochus quomodo se gerere debeat in matrimonio inter exteros, & inter vagos. 571. & 677
Parochi præsentia in contrahendo matrimonio necessaria, & quibus potest committi. 573 & 575. 671
Parochus in mortali non peccat mortaliter assistens matrimonio. 31
Parochus deponendus cū culpatur de morte infantis sine baptismo. 89
Parochus qui clandestino matrimonio interfuit, quam pœnam incurrit, vel dans licentiam assistendi matrimonio, quam non potest dare. 672

Pec-

Digitized by Google

Peccatum duo continet: auersionem à Deo, & conuersionem ad creaturas. 223
Peccata venialia, si fiant modo confessionis, debent vt mortalia detestari. 227
Peccata quædam difficilius remittuntur propter malitiam peccantium. 232
De peccatis alienis quis dolor esse debet. 235
Peccata venialia quomodo remittuntur. 236.239.244
Peccata venialia, quomodo possint fieri mortalia. 232
Peccatum multiplex, & explicatur. 240
Peccatum nullum, nisi voluntarium, in quo dantur plures motus 241
Peccatum mortale, ac veniale definitur. 242
Peccata mortalia, quomodo discernantur à venialibus. ibid
Peccata remissa, qnomodo in damnato redeunt. 245
Peccati occasio duplex, proxima & remota. 316
Peccata coniugum in consumatione matrimonij. 657
Peccatum in quo casu potest taceri in confessione explicatur. fol. 165

Pœnitentiæ sacramentum fuit præfiguratum in veteri lege. fol. 215
Pœnitentiæ nomen plura significat. 215
Pœnitētiæ malæ plures acceptiones. ibid.
Pœnitētia bona multiplex. ibid.
Pœnitentiæ sacramenti descriptiones, materia, forma partes assignantur, & explicantur. 217.218.
Pœnitentia, vt virtus, quomodo differt à contritione. 233
Pœnitentiæ sacramentum non fuit institutū ab Apostolo Iacobo, neque in Concilio Nizæno. 7.
Pœnitentiæ sacramenti definitio assignatur. 217
Pœnitentiæ sacramēti forma, & effectus assignantur. 217.
Pœnitentiæ sacramentum constat ex partibus essentialibus, & integralibus. 218
Pœnitentiam tenetur pœnitens acceptare, & adimplere, vt assignatur. 553
Pœnitentia in extremis constituto tantum est notificanda. fol. 155
Pœnitentia prius imponi, quam dari absolutio tutius est. 353

Digitized by Google

Pœnitentia publica non debet imponi, nisi pro peccato publico. ibid.

Pœnitentia est necessaria, siue in sacramento, siue extra, & tribus modis potest fieri. 148

Pœnitentia imposita, à quo possit mutari. 457

Pœnitens.

Pœnitens potest Deo satisfacere, & opere, ad quod tenetur ex præcepto. 148. 133.

Pœnitens ex obliuione omittens confiteri casus, vel censuras reseruatas confessori habenti facultatem, à quolibet potest absolui. 304

Potestas Papalis.

Potestas Papalis quanta sit explicatur. 299

Pretium.

Pretium non consistit in indiuisibili, sed habet latitudinem. fol. 432

Pretio currenti quando debent vendi res destinatæ, & non destinatæ humano vsui explicatur. 458

Principes sæculares.

Principes seculares non possunt aliquid statuere circa fideliũ matrimonia. 69

Publicum.

Puplicũ quid sit explicatur. 158

Religio.

Religionem profitens inuita vxore, potest ab illa reuocari, & illa mortua non tenetur iterum ingredi. 608

Religionem vouens peccat mortaliter, si matrimonium contrahat, & prima vice etiam peccat petendo debitum. fol. 608

Religionem non potest quis ingredi post matrimonium consumatum, nec sacros ordines suscipere. 617

Res sacra.

Rei sacræ nomine quid intelligatur in definitione sacramenti. 3

Res sacra significata nomine sacramenti, triplex. 3

Restitutio.

Restitutionis definitio assignatur. 360

Restitutio spectat ad metum iustitiæ commutatiuæ. 360

Restitutio in quo differt à satisfactione. 360

Restitutionem quis facere teneatur.

Digitized by Google

tur. 362
Restitutionem facere an teneantur consentientes in re iniusta. 369
Restituere quando tenetur laudans. ibid.
Restituere quid, & quando tenentur receptares furum. fol. ibid.
Restituere quando tenetur mutus, vel non obstans, non manifestans. ibid. & 334
Restituere an teneantur custodes viarum, exactores Gabellarum. &c. 372
Restitutio de qua re sit facienda explicatur. 375
Restitutio famæ quomodo faciẽda. 390. 191. & 192.
Restituere quis nõ tenetur, explicatur. 399.
Restitutio quibus modis debet fieri, & in quo. 404
Restitutio rei inuentæ, quomodo debet fieri. 404
Restituere tenetur recipiens aliquid, vt faciat id, ad quod aliàs tenetur. 480
Restituere tenetur recipiens aliquid ab amẽte pupillo, filiofamilias, seruo Religioso, vxore de bonis maritis, & cui prohibitum est à lege donare. fol. 409
Restituere tenetur, qui impedit debitorum exactiones. 410
Restituere quis tenetur ratione rapinæ belli. &c. 411
Restitutio famæ quomodo facienda. 386. 387.
Restituere tenentur famam libellos famosos affigentes. 388
Ad restitutionem tenetur miles, qui sine licentia Superioris comburit Sylua, &c. 359
Reuelare secreta amici an sit peccatum mortale. 295

Reus.

Reus, quando potest vti verbis equiuocis in interrogationibus iudicis. 309
Reus non tenetur prodere seipsũ, ad liberandum innocentem. fol. 390

Sacerdos.

Sacerdos aquam benedicens in mortali, an peccet mortaliter. 31
Sacerdos baptizans sine licentia Parochi, an peccet. 52
Sacerdos irregularis, vel excommunicatus, vel alio impedimento detentus, an possit celebrare ad euitandam infamiam. 160. 172.
Sacerdos in quo casu sola contritione, potest licitè sine præuia confessio-

Digitized by Google

confessione celebrare. 163
Sacerdos qui de licentia Episcopi peregrinatur, à quo, & à quibus casibus possit absolui explicatur. 163
Sacerdos non ieiunus non potest celebrare, & solus Papa dispensat. 167
Sacerdos post oblationem sacris indutus potest sumere fragmenta Hostiæ. 173
Sacerdos cæcus non potest sine dispensatione celebrare, sed verè consecraret. 191
Sacerdotis intentio, in consecratione panis, & vini explicatur in aliquibus casibus. 190 & 203
Sacerdos præparatus, & omittes celebrare, plura malafacit. fol. 213
Sacerdos quilibet in articulo mortis habet potestatem absoluendi. 251

Sacramentum.

Sacramentorũ significatio apud Ethnicos, & catholicos. 1. & 2.
Sacramenti plures descriptiones assignantur. 2
Sacramenta sunt signa ad placitum. 3
Sacramenta ex opere operato æqualem gratiam conferunt. fol. 3
Sacramenta nouæ legis fuerunt instituta à Christo Domino. fol. 7.8.
Sacramenta nouæ legis sunt septem, cuius numeri ratio assignatur. 8.10.
Sacramentorum effectus explicatur. 10
Sacramenta ob plures causas fuerunt instituta. 11
Sacramenta omnia sunt necessaria, sed non omnibus, & explicatur. 12
Sacramentum quodlibet tria habet de necessitate materiã, formam, & intentionem. fol. 14
In sacramentis intentio ministri potest esse, vel actualis, vel virtualis, vel habitualis fol. 15
Sacramenta quædam reiterabilia, quædam irreiterabilia. fol. 15.16.
Sacramentum vnum alio dignius. 17
Sacramentorum comparatio, & differentia. 17
Sacramenta nouæ legis in quo differant à sacramentis veteris Legis. 19.20
Sacramentorum effectus communes, & particolares assignantur.

Digitized by Google

tur. 31
Sacramenta noue legis constant ex determinata materia, & forma. 21 23.
Sacramentorum quædam materia propinqua, quædam remota. 24
Sacramentorum materia debet habere certas qualitates, forma externa voce explicanda fol. 25.
Sacramentorum forma multipliciter contingit variari, & assignatur. 26
Sacramentum, quando redditur inualidum ex defectu formæ. 26
Sacramenta à quibus licitum est petere, explicatur. 27.28 & 49 33
Sacramenta in mortali administrare, peccatum est mortale, fol. 24
excusatur tamen ignorantia inculpabili. 29.30
Sacramenta irreiterabilia reiterantes, an sint irregulares explicatur. 33

Satisfactio.

Satisfactio definitur, vt est pars sacramenti, & vt est restitutio.
Satisfactio voluntaria facta ab existente in mortali, non est valida, sed illa quæ est imposita à Confessore est valida, sed tutius est illam adimplere in gratia. 351
Satisfactio ad æqualitatem non potest fieri Deo, nisi ab existente in gratia. 351
Satisfacere an possit pœnitentiniuncta audiens missam de præcepto explicatur. 135

Signum.

Signi definitio assignatur, & explicatur. 3.

Sponsalia.

Sponsalia quid sint, & quot modis dicantur. 537
Sponsalia quomodo contrahantur. 538
Sponsalia tacitè, & expressè contrahuntur. 539
Sponsalia quam ætatem requirant. 539
Sponsalia etiã per signa contrahuntur, & quid faciendum in dubijs. 539
Sponsalia non requirunt præsentiam Parochi, & testium, nec contrahentes debent habere impedimentum. 542
Sponsalia requirunt consensum in determinatam personam. fol.

Digitized by Google

fol. 545
Sponsaliorum promissio obligat sub mortali ad obseruationē. fol. 555
Sponsalia contrahentes in foro exteriori, passunt postea cogi ad matrimonium. 547
Pro sponsaliorum obseruatione possunt apponi arrhæ. 547
Sponsalia quibus ex causis possunt dissolui. 548
Sponsaliorum tempus assignatur. 540
Sponsaliorum dissolutio quid requirit. 557
Ex sponsalibus inualidis, & de futuro secretis contractis nullū oritur impedimentū. 637.
Ad sponsalia requiritur nouus consensus habita dispensatione Papæ. 701

Summus Pontifex.

Summus Pontifex celebrat in Altari, & in Sede communicat, & alias facit cæremonias quæ explicantur. 211

Testis.

TEstis falsus potest repulsari per vera crimina, non autem falsa. 388
Testis qui vera deponit, non licet repulsare. 388

S. Thomas Aquinus.

S. Thomas Aquinus composuit officium Corporis Christi.

Thesaurus.

Thesaurum inueniens in alieno solo an possit retinere. 406 *fol.* 213

Thesaurarius.

Thesaurarius, vel depositor pecuniæ communitatis potest de ea negotiari, sine tamen damno communitatis. 443

Tortura.

In tortura quando quis tenetur dicere veritatem. 395

Vendere.

VEndere rem vltra pretiū, est peccatum mortale. fol. 432
Vendere animal vitiosum pro sano, non licet. 441
Vendere sub tassa, quando, & quomodo licet. 443
Vendens rem defectosam, tenetur

Digitized by Google

tur manifestare. 445

Votum.

Votum de non petendo debito an valeat in coniugibus explicatur. 607
Votum castitatis factum de voluntate coniugis, valet, nec potest illum reuocare coniux. fol. 607
Voti dispensatio ad quem pertinet, explicatur. 608
Votum castitatis non impedit matrimonium cum virgine defiorata cum promissione ducendi in vxorem. 659
Votum simplex irritat matrimonium in Religiosis Societatis Iesu. 617
Votum castitatis, & Religionis semper est simplex, nisi per professionem fiat solemne. fol. 617
Votum quid sit, & quotuplex, & quod impedit matrimonium, explicatur. 615
Votum castitatis impedit petitionem debiti, nisi dispensetur ab Episcopo. 617
Votum castitatis, an sit annexũ ordini sacro, vel Episcopatui, & an sit de iure Diuino, vel vel humano explicatur. fol. 678

Vsura.

Vsuræ definitio traditur. 414
Vsura duplex sex habet conditiones. ibid.
Vsura nõ est, si quis lucrũ accipiat ex pecunia mutuata ob ostentationem. 417
Vsura quando committitur in venditione, & mutuatione frumenti. 317
Vsura in mutuatione vini, vel census explicatur. 418
Vsura ex mutuo, vel anticipata solutione explicatur. 419
Vsura ex mutuo cum aliquo pacto explicatur. 421.422.
Vsura non est mutuare ob solam amicitiam, vel aliud non estimabile pecunia. 422
Vsura non est recipere aliquid ratione lucri cessantis, vel damni emergentis 422.
Vsura quando est propter depositũ, vel mutuum ad recuperandam pecuniam exponitur fol. 424
Vsura non est mutuare, ne iustè accusetur, vel deponatur contra ipsum. 294
Vsura quot modis potest contingere in pignore. 429
Vsura quando potest contingere in pacto de retrouendendo. fol. 430

Digitized by Google

Vsura quando potest contingere in emptione, & venditione, explicatur. 431
Vsura an cõmittatur in venditione pretio plus iusto, vel data dilatione, vel tali tempore vel in emendo debitum, fructus acerbos, domum, vel agrum, explicatur. 432.433 434.435.436. & 437.
Contra Vsuram remedia assignantur. 437
Vsura est mixti fori. 450

Vsurarius.

Vsurarius publicus quis sit, & eius pœnæ explicantur. 450.

Vxor.

Vxor Clerici coniugati, quomodo gaudeat priuilegijs mariti explicatur. 701

Errata benignus emendet Lector.

FINIS.

Digitized by Google

Imprimatur.

Alexander Boſchius, Epiſcop. Carin.
Vic. Gen.

M. F. Dominicus Grauina, Ord. Prad. Cur. Archiepiſc. Theol. vid.

Ioannes Longus Can. Prabend. Cur. Archiepiſc. Theol. dep. vidit.

Digitized by Google

REGISTRVM.

† A B C D E F G H I K L M N
O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii KK
Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ
Tt Vu Xx Yy Zz.

Omnes ſunt Duerni.

NEAPOLI. MDCXXIII.

Ex Typographia Octauij Beltrani.

Digitized by Google

Digitized by Google

00567104 1

Digitized by Google


Digitized by Google

Digitized by Google